14
7 R
1

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

14.2.10. 14 14
F A
14 1

Digitized by Google

IVLIANI IMP.
OPERA,
ET
S. CYRILLI
CONTRA EUNDEM
LIBRI DECEM.
GR. LAT.

IULIANI IMP.
OPERA
ET S. CYRILLI
ARCHIEP.
ALEXANDRIÆ
DE EO OPERA
IULIANUM
LIBRI

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ,
ΚΑΙ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ
ΚΥΡΙΛΛΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ
ΠΡΟΣ ΤΑ ΤΟΥ ΕΝ ΑΘΕΟΙΣ ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ
ΛΟΓΟΙ ΔΕΚΑ.

BIBL. SEC. CO. IESV

IVLIANI IMP.
OPERA QVAE SVPERSVNT OMNIA,
ET
S. CYRILLI
ALEXANDRIAE ARCHIEPISCOPI
CONTRA IMPIVM IVLIANVM
LIBRI DECEM.

Accedunt DIONYSII PETAVII *in* IVLIANVM *Notæ,*
& aliorum in diquot ejusdem Imperatoris libros Prafationes ac Nota.

EZECHIEL SPANHEMIVS

Græcum IVLIANI contextum recensuit, cum Manuscriptis codicibus contulit, plures inde lacunas suppleuit & OBSERVATIONES tam ad IVLIANVM, quam ad CYRILLVM, addidit.
CVM INDICIBVS NECESSARIIS.

LIPSIÆ,
Sumptibus Hæredum M. J. WEIDMANNI & IOH. LVDOVICI GLEDITSCHII.
Anno M DC XCVI.



SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO PRINCIPI

FRIDERICO TERTIO

MARCHIONI BRANDENBVRGICO, SACRI ROMANI IMPERII ARCHICAMERARIO ET PRINCIPI ELECTORI, PRVSSIAE, MAGDEBVRGI, CLIVIAE, IVLIAE, MONTIVM, STETINI, POMERANIAE, CASSVBIORVM VANDALORVMQVE, NEC NON IN SILESIA CROSNAE DVCI, BVRGGRAVIO NORIBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII, MINDAE ET CAMINI, COMITI HOHENZOLLERAE, MARCAE ET RAVENSBERGAE, DOMINO IN RAVENSTEIN, LAVENBVRG ET BVTOW,

DOMINO CLEMENTISSIMO

EZECHIEL SPANHEMIVS.

Digitized by Google

fortiter, mota, ac feliciter geſta: conſertas acies, victricesque in iis Tuas Aquilas: captas arces validiſſimas: expugnata iisdem ferme in locis oppida, non ſitu magis & operibus, quam numero & virtute præſidiariorum munitiſſima, Bonnam, Cæſaris Inſulam, Rhenobergam: indeque vere recuperatam itidem, non exciſam quidem, vti ad principis huius eas in oras aduentum, apud Ammianum Marcellinum legitur, ſed obſeſſam velut Agrippinam. Ita primo ac altero principatus Tui anno, ſicut ab illo factum ſimiliter fuerat, erecta a Te ad Rhenum tropæa: verum eadem non de ſubitariis, aut ſemiermibus, *vt de iis IVLIANI geſtis aiebat apud eundem Hiſtoricum Conſtantius, vel inconditis hoſtibus; ſed de veteranis, de exercitatis accurata diſciplina militibus, de fortiſſimis ordinum ductoribus, relata. Sed quam potiora ſunt ac illuſtriora, præ militaribus huius Cæſaris actis, bellica illa Tua decora? dum non ad Rhenum ſolum legiones Tuæ ſumma virtute & gloria dimicarunt, ſed eædem hinc ad Moſam, illinc in inferiori ac ſuperiori Pannonia, ad Iſtrum, ad Sauum, ad Tibiſcum; modo in Taurinis ac in Ciſalpina, vti a Romanis olim dicebatur, ad Padum Gallia, in oppugnandis denuo validiſſimis vrbibus, inexpugnabilibus propemodum arcibus, committendis prœliis, conſociatæ Tuæ cum fœderatis copiæ, idem vbique virtutis gloriæque certamen ſubiere, illibatamque fortitudinis laudem, non ampliſſimo ſolum ſociorum, ſed ipſius etiam ferociſſimi hoſtis iudicio, ſunt conſequutæ. Ita Vandalicæ Tuæ acies, non iam ad Italiæ, aut vero ad aliarum gentium terrorem ac excidium, laribus ſuis egreſſæ, trans Alpium iuga, (vt illarum haud inſolitas tutandis ad Orientem, ac ad montes Carpathios, Chriſtianorum finibus expeditiones hic mittam) ductore fortiſſimo Auguſtæ Tuæ Gentis, eodemque Tecum inuicto Genitore prognato, crudeli vero fatorum lege, nuper rebus humanis exempto Principe, formidata ſua intulerunt ſigna: ſed ad Italiæ tutelam; ad excelſi faſtigii & animi, alterius*

Prin-

Principis, qui in ope etiam Tua aliquod ſibi præſidium fore intellexit, defenſionem; ad propellendum non imminentem ſolum hoſtem, ſed iis in oris Tarpeiæ velut arci denuo ac dudum inſidentem. Ita partam ſub Diuo Parente Tuo, tot laureis, tot victoriis, tot triumphis, Brandenburgici militis gloriam, latius adhuc Tuis ſub auſpiciis, ad commnem quaſi gentium ſalutem ac libertatem, diffuſam, idque intra aliquot demum annorum decurſum, primumque velut Tuæ laudis ac potentiæ auctoramentum, altius adhuc extuliſti. Quod vero præclarius eſt & memorabilius; nullo, vt eadem bella ſuſciperes, ad priuatam vtilitatem reſpectu inductus; non ad prolatandos ditionum Tuarum fines; non cupiditate inanis gloriæ, vel quæſito ſpecioſo quopiam cruentæ vaniſſimæque ambitioni colore: ſed vna in patriam fide, in adflictos caritate, in fœderatos religione, in publicam libertatem ſtudio ac voluntate. Adeo, vt quum principatus Tui primordia in illud grauiſſimum rerum diſcrimen incidiſſent, vbi ad nouas rurſus inclinationes temporum vergere non Germaniæ ſolum, ſed Europæ totius fata videbantur: Tu vni illi, quæ ad ſalutem publicam ac ſecuritatem adſerendam adfulgere videbatur, occaſioni diuinitus oblatæ intentus, in hanc fauſtam conſiliorum ſocietatem es continuo adſcitus, quæ Tuis quoque viribus, Tua fide ac auctoritate, erat omnino confirmanda. Qua vero animi magnitudine, vel tum ea ſpreuiſti, quæ inde Tuis ad Rhenum ditionibus a vicino & formidando hoſte imminebant, vix, non Tuis dicam, ſed humanis viribus depellenda, in prima nempe belli alea, pericula; vel Te amplisſimis conditionibus ineſcari non es paſſus, quibus a generoſo fortique, illatas in Germaniam infeſtas acies, direptasque aliquot eius prouincias, repellendi recuperandique propoſito, quoque pacto recederes. Quam alti vero illud fuit prouidique conſilii, præclaras ſpes non ad præſentem vtilitatem, non ad quietis illecebras, non ad alicuius periculi, aut

damni

damni etiam leuioris reſpectum ; ſed ad futuram tam ſui, quam ſociorum, maxime quorum conditioni aut fortunis quis eſt magis illigatus, ſalutem, ſecuritatem, gloriam; ad mutandas tandem, haud vana vel male fundata opinione, rerum vices, conuertere ac metiri! A quo autem conſilio quantum receſſit nouiſſimum illud, cuiusque in his eius operibus facta eſt ab eodem mentio, ſuſceptum a IVLIANO, vno æſtu inanis gloriæ, contra Perſas bellum ! inde vltro iis quiescentibus illatum ; improuide extra præſcriptos & conſtitutos velut a natura Romano orbi fines, ſine idoneo commeatu, perque inuia velut loca, geſtum; idemque etiam eo infelici exitu, ipſius ſcilicet Imperatoris cæde, imperii autem nobilisſimarum aliquot prouinciarum iactura, nec citra leue Romani nominis dedecus, terminatum. Sed quam abeunt itidem ab illius principis, tot alioquin belli & pacis laureis, quas paullo ante adtigimus, cumulati exemplo ac inſtitutis, alia Tua, quæ vel populis Tuis impertis, vel quæ ad alios etiam pertingunt, & quorum fructus ac memoria ad poſteros, cum æterna Tui nominis laude, transibit, decora ac ornamenta. Quum enim non iisdem ſacris, ſeu de religione ſententiis, ſint addicti, qui in ampliſſimis illis lateque diffuſis prouinciis Tuis habitant, ciues vel oppidani ; pari tamen eos humanitatis, beneuolentiæ, patrocinii nexu foues, complecteris, tueris: qui nec vim ſolum, ac iniurias a ſingulorum arces capitibus, ſed eorum ſaluti, concordiæ, & commodis, quaquauerſum conſulis. Hinc tantum abeſt, vt, fœdo rurſus huius Imperatoris exemplo, interdicta ſint iis, qui a Te in nonnullis religionis capitibus diſſentiunt, liberalium artium ſtudia, quique illos in iis erudiant, doctores & magiſtri; vt a Te nuper ſint erecta noua adhuc & lauta litterarum ac doctrinarum prytanea, in quibus, præter aliarum diſciplinarum cultum, iis etiam imbuantur dogmatibus, etſi illa a Tuis in nonnullis diſcrepent, quicunque iis vel naſcendi conditione, vel proprio iudicio ac inſtituto, ſunt dediti. Immo qui illud ſatagis vnice, vt, ſi non ſen-

ten-

tentiarum vbique, at animorum saltem fiat maneatque inter eos consociatio : vt ciuile non bellum solum, sed nec odium, non rixæ, contentiones, contumeliæ, clandestinæ artes, inter ciues populosque Tuæ fidei ac tutelæ creditos, serpant occulto, vel paullatim adolescant; iique dein inter se, malo fato & exemplo, aduersis frontibus concurrant aut collidantur. Sed quam alia adhuc sint, & insignia, ac testata Tua, in omne litterarum ac optimarum artium & doctrinarum genus, merita! Bibliotheca, quam Divus Parens Tuus, non huius adeo IVLIANI, cui & hanc laudem tribuit familiaris eidem Sophista, aut aliorum veteris vel recentis memoriæ laudatissimorum principum exemplo; quam excelsa illa, & omnibus, pacis haud minus quam belli artibus, facta, mente inductus, exquisito studio sumptuque fundauerat: eadem, inquam, Tuo prouisu iussuque non in dies solum locupletatur, sed ad vsum insuper singulorum, qui illam omnium doctrinarum penum consulere gestiunt, patens quotidie est & exposita. Accedit insignis prisci auri, argenti, æris, signorumque veterum aut gemmarum supellex; cuius præclaram ac multiplicem vtilitatem, ad omnem veteris eruditionis elegantiam, quiuis hodie non plane illitteratus intelligit: eademque non in nummariis solum arculis ac thecis, ad splendorem Tuæ penus antiquariæ, recondita; sed iam Tuis auspiciis, Tuaque munificentia, hoc ipso tempore, in omnium oculos & vsus incurrens: immo præmiis insuper adlecti, qui latentes alibi aut sparsos, variis in Gazis aut Museis, locupletissimos veterum nummorum thesauros in publicam lucem, intento studio ac labore, breui quoque expromerent. Quæ dum hic tango, vel delibo, summa laudum Tuarum capita, ad ea me demum hic respicere quiuis facile intelligit, ad quæ studiosi omnium cognitionum, *vt de eo grauis eique coætaneus Auctor loquitur,* principis, *multisque præterea, qua pace qua bello, communibus Tecum virtutibus aut gestis, celebrati, opera me continuo re-*

reuocarunt. In quam proinde classem referri, nec inter postrema vtique, meretur illa singularis in egenos quosuis ac peregrinos beneficentia; quam a Christianis suo æuo passim ac effuse præstari solitam, non commemorat solum, sed extollit, commendat, sibique ac aliis Gentilibus imitandam proponit, qui a Christianorum cæteroquin sacris ac fide non defecerat solum, verum eadem in iisdem illis conditis a se libris insectatur, IVLIANVS. Quam vero præclaram ac sinceram huius beneficentiæ laudem, ab illo Heroe, Parente Tuo, diuina quadam mente susceptam, omnis ætas, vt de hac taceam, sed nunquam satis prædicabit: qua is impulsus, patria, laribus, fortunis eiectos, aut profugos; alios tetro etiam carcere, omnis generis contumeliis, verberibus, remigii pœna, aliaue calamitate mulctatos, vel adflictos; nullius cæteroquin in principem vel in patriam culpæ reos vel adfines, nisi quod potiorem habuissent eo, quo auita eiurare sacra iubebantur, imperio, suam in Deum fidem; hospitiis, opibus, priuilegiis, honoribus etiam prosequi, fouere, immo adlicere, promulgatis quoque ea de re humanissimis indulgentissimisque Edictis, est adgressus. Quam virtutem ad Te, cum reliqua paternæ hæreditatis gloriæque, qua splendidior vtique ac integrior obtingere Tibi non potuit, amplitudine transmissam, ita ab ipso principatus Tui exordio excoluisti; vt in media etiam, ad quæ continuo Te Europæ fata ac salus adegerunt, bellorum mole, non ademptum sit, aut vero conseruatum duntaxat, sed duplicatum mox illud tot miseris ac adflictis impertitum a Diuo Parente Tuo beneficium: quibus vndique in ditiones Tuas confluentibus, in iisdem perfugium, asylum, hospitium, alimentum est a Te diuinitus concessum itidem vel adsertum. Ita fundatæ paullo ante in hac Tua vrbe vere regia, aliisque prouinciarum Tuarum oppidis aut locis, e veteranis non solum Christi militibus, sed e promiscuo exulum omnis ordinis ac ætatis, iisdem puriori-

bus Tecum sacris addictorum, grege, coloniæ, nouis ad-

huc

huc maioribusque incrementis cœperunt efflorescere : non Romani quidem aut Italici iuris vel ritus legibus, ceremoniis, aut priuilegiis ornatæ ; sed eo, cui omnia nec immerito posthabuerunt, sacrorum cultu; patriis etiam, verum innoxiis probatisque, cum statutis, tum rectoribus; scholis præterea, gymnasiis, opificiis, alioque haud vno benignitatis genere, singulari Tua indulgentia ac liberalitate, recreatæ & locupletatæ. Cuius equidem solatii, quo inde tot miseri alleuantur ac eriguntur, sensu, non possum non eo intimius adfici : quod, qui illius calamitatis, qua iidem ante annos haud ita multos sunt primum in florentissimo Regno, pacatis eius rebus, a ciuibus suis ac popularibus, regiisque Edictis, vexati ac adtriti, testis fueram; idem Tuæ illius singularis ac inexhaustæ hactenus in eos beneficentiæ, idque Tuo iussu ac nutu, subinde iis interpres esse soleam. Equam dissimili vero fonte, a beo IVLIANI consilio, profluxit illa diuina Tua virtus: quæ non adeo ad communia humanitatis iura, nec ad varias, quibus mortalium conditio subiacet, rerum vices, respicit ; quam ad Deum, auctorem illius, quam in Te prouide, & largiter quidem, contulit, ad subleuandos egenos, facultatis; quam ad communia illa Tecum sacra, quæ omnibus rebus Tuis, omnibus Tuæ potentiæ fastigiique ornamentis, ducis longe antiquiora : ob quæ autem iidem in eas miserias sunt coniecti. Ita dignam reputas illorum in eiusdem Tecum fidei ac veritatis professione constantiam, quam in Christianis suæ aut superioris ætatis agnoscit ac enarrat similiter in hisce operibus, sed quam inuitus idem IVLIANVS, quam ipse vltro & assidue Tua liberalitate remuneres & complectaris. Ne illud iam attingam, sed tamen quo colore hic prorsus reticeam ? quam propioribus adhuc rationibus non possit non me adficere vel commouere, Tua in Palatinos exules haud minus effusa ac singularis benignitas. Quomodo enim mihi vnquam excidet, nisi vbi me mei capiet obliuio ? aut quod e cumulata illa diuinitus omnibus cœli solique bonis regione, ceu e ma-

tori-

iori patria, originem ducam; & in qua ipſe, reſtitutis ac florentibus eius rebus, florentem ætatis partem, neque in vnius præclari honoratique muneris procuratione, olim egerim: aut vero, quod lætam eandem pulcherrimamque prouinciam, non iam adflictam ſolum, aut ſæuis bellorum procellis conquaſſatam; ſed inaudita inſuper immanitate proſtratam, iacentem, ac, vbi Troia fuit, vbi gloria tot veterum Heroum, ac Sionis quondam in Germania Domus, ne ſegetem quidem propemodum relictam intelligam. Hic vero ille, tot nempe miſeros & egenos, tot, aut diritate bellorum vel hoſtium, aut vna communium Tecum ſacrorum cauſſa, profugos & extorres ſubleuare ac erigere, non beneficentiæ ſolum Tuæ ac humanitatis, PRINCEPS OPTIME, ſed pietatis, flagrantis quippe ac ſinceræ, fructus, vberrimus; quæ vt virtutum non ſolum regina, ſed ſumma velut & compendium, ita in Te elucet, vt ad eius normam, actiones Tuas omnes & conſilia referas, vitam inſtituas, publicam rem ac priuatam cures, ſacrorum vel in primis procurationem, in amplisſimis illis Tuis prouinciis, adtente riteque reſpicias ac tuearis. Ter equidem de die, ſin minus mane ac veſperi, Diis eſſe ſupplicandum; alibi, vtroque illo tempore, ſacra a ſe, nempe Pontifice Maximo haud minus quam Imperatore, ſtudioſi fieri iisdem Diis, teſtatur in Epiſtolis a ſe ſcriptis, quæ hic itidem leguntur, IVLIANVS. Sed quam aliena ab eadem mente! quam ab impio & ſuperſtitioſo eius cultu, diuerſo vtique conſilio, ritu, fine, vota quotidie ſummo imperiorum arbitro nuncupas & exſoluis! vt Tuam, eorumque, qui Tibi ſunt ſubiecti, populorum ſalutem fortunet, illumque, quem Tibi diuinitus indidit, animum, ſupra caducam imperiorum ac fortunarum quarumcunque ſortem euectum, adſerat Tibi & confirmet ſtabilem ac perpetuum. Hinc illa intemerata ac ſollicita in iudiciis, conſiliis, decernendis præmiis ac pœnis, nouis conſtituendis legibus, cura Tua & adten-

tio

tio. Hinc (vt in eo, regiæ huius Tuæ virtutis, ſed quam inſigni ſaluberrimoque documento! nunc acquieſcam) ſub ipſo principatus Tui exordio, ſeueris edictis coercita illa plus quam gladiatoria ruentium, leuiſſima ferme de cauſſa vel futili obtentu, in mutuam corporis animique perniciem, feritas: immo eadem recentibus etiam, quæ inter triſtia, ſed iuſtiſſima ac neceſſaria, reputabas, exemplis, in ſuperſtites illius ſæuitiæ reos animaduerſa. Alia Tua decora iam omitto, quæ Te potentia, viribus, prouinciarum amplitudine, Regibus parem; dignitate proximum; animo, virtute, fide, multis ſuperiorem, certatim ambiunt; Europa vero, conuerſis quaqua verſum in Te oculis ſtudiisue, vel colit vel agnoſcit. Neque enim aliud ſuſcepti huius de Te ſermonis vel conſilium vel argumentum mihi nunc propoſui: quam vt hoſce cum fortiſſimi eruditiſſimique Imperatoris, tum grauiſſimi ſanctiſſimique Antiſtitis, illuſtratos, aut illuſtrandos adhuc, mea qualicunque opera, libros, Tibi ſubmiſſe nuncupandi rationes, haud a me vtique, vel ab iis alienas, omnibus hic adprobarem. Quas dum ſubinde, immo frequenter, mecum reputo; ita inclinata mea iam ætate, poſt eam in publico munere, multos annos, neque in vno terrarum tractu, exactam, eo me tandem bono mactum ab annis aliquot video; vt eorum, quæ modo de Te adtigi, non laudatori quidem, neque enim talibus vel modeſtia Tua, vel faſtigium Tuum indiget, ſed quotidiano velut teſti, ſingulari Tuo beneficio, mihi eſſe liceat. Qui enim Diuo Parenti Tuo, vna obſequiorum fide (quo enim alio magis iure id potuiſſem, aut iam ante, ſub alio eiusdem ordinis laudatiſſimo Principe, plures annos, promereri?) probatus in eundem, in quem me ab illo prouectum itidem videram, honoris locique gradum ſum a Te, vbi in excelſo Maiorum Tuorum ſolio conſediſti, clementer adſumptus; haud vna inſuper Tuæ in me benignæ voluntatis propenſique iudicii ſignificatione recreatus. Vnde hoc vnum, iisque

quam

quam possum feruidissimis iugibusque precibus, a Deo liceat hic mihi contendere; vt eam mentem ac felicitatem, quibus ille Te hactenus, & propitio quidem ac singulari fato, decorauit, ad Populorum Tuorum salutem ac tutelam; ad Germaniæ decus & præsidium; ad Europæ quietem ac libertatem; ad sereniſſimæ Gentis Tuæ gloriam, nouaque illius incrementa, conferre, læto semper & quam longiſſimo vitæ cursu, valeas.

Berolini Prid. Idus Apriles M DC XCVI.

PRAEFATIO.

Quæ hic denuo in lucem exeunt, eaque nunc primum coniunctim edita, Augusti Scriptoris, grauissimique Antistitis aduersus eundem, opera, haud dubito quin eruditis hominibus grata futura sint & accepta. Adeo vt neutiquam hic mihi in limine laborandum putem, quo specioſas illius instituti rationes exquisite aut etiam ambitioſe exponam, ac vnde litterati cœtus studium & adtentionem excitare nunc intendam. Etsi enim eorum, & quidem quæ IVLIANVM auctorem præferunt, operum vulgandorum consilium, non meo primum nutu, vti ea de re paullo post dicetur opportunius, fuerit susceptum: haud eo minus, vbi ea de re sum conuentus, illud continuo comprobaui, vt eam quoque, quæ a me ad illud accurandum ornandumue flagitabatur, operam haud cunctanter addixerim. Neque enim latere me quodammodo poterat, quanta doctrinæ & elegantiæ copia abundarent illæ eiusdem Imperatoris lucubrationes, quarum pulcherrimam haud indiligenter a me excussam olim ac illustratam dederam. Vnde sepositis vel abiectis, quæ me aliis scriptis quibusdam meis diuulgandis tum intentum ab eo proposito dimouere cæteroquin poterant, curis, in eas, quæ ad operis illius rationes facerent, mihi pro re nata incumbendum credidi. Quod dum semel sum adgressus, de IVLIANO ipso, seu de iis, quæ vel is olim, sed pridem abolita vel adhuc abdita, condidit; vel quæ ad nostram vsque ætatem propagata sunt, & hoc opere continentur, illius ingenii, doctrinæ, & facundiæ monumentis: tum de prioribus eorundem hoc & superiori seculo editoribus: deque noua hac, & quæ CYRILLI quoque aduersus illum libros exhibet, editione, nonnulla erunt pro more, nec inutili vtique aut Lectori ingrata, vt opinor, disquisitione delibanda.

Et IVLIANVM quidem quod adtinet, nemo iam id a me hic exigit vel exspectat, vt de eius genere, natalibus, patria, parentibus referam: aut quibus studiis fuerit a teneris deditus: quando Christianæ religionis ac pietatis deferror exstiterit: quibus eluxerit virtutibus, aut vitiis fuerit deformatus: quid ab illo, in vtroque vel Cæsaris vel Augusti fastigio, sit bello aut pace gestum: quis denique fuerit vitæ exitus, commemorare nunc instituam. Præterquam enim, quod hæc partim sint ab hoc loco aliena ac supertuacanea, partim iam in vulgus nota, ac in reliquis illius æui monumentis obuia; exstant ad calcem huius operis, nonnullis eiusdem IVLIANI opusculis præmissæ olim a viris eruditis ac disertis Præfationes, quæ harum rerum narratione defunguntur. Quamquam quoad ea, quæ ad ingenii vim aut cultum, vel ad doctrinæ aut

facundiæ in IVLIANO lumen ſpectant, quædam in commemoratione operum ab eo editorum paucis adtingenda nobis venient.

Illud equidem non magis aliorum, & qui IVLIANO coæui fuerunt, Auctorum fide, quam ex iisdem monumentis conſtat: eum a teneris animum ad capeſſendas præclaras artes ac doctrinas haud mediocriter incenſum, ſtudiumque præterea haud vulgare, ſed peruicax ac intentum contulisſe. Inciderat autem in ea tempora, quibus duo maxime florebant doctorum genera: vnum eorum, qui oratoriam ſeu declamandi artem profeſſi, Sophiſtæ pridem dici conſueuerant; alterum illorum, qui Philoſophicas diſciplinas, easque ferme a vulgi notitia retruſas, excolentes, inde nomen ſibi & ſectatores, ambitioſe vt plurimum, aucupabantur. Et quamquam Chriſtiana pietas ac Religio, e latebris velut educta, iam caput cœpiſſet efferre; eaque regali etiam ſeu Imperatoriæ, vt eo æuo loquebantur, purpuræ nouum ſiue diuinius adtuliſſet lumen; Gentiles tamen numero longe adhuc præualebant, maxime qui liberalium illarum artium ac ſcientiarum ludos in celeberrimis Romani orbis ciuitatibus aperuerant, aut in iis cæteroquin diſciplinis, cæteris earum magiſtris præſtare illa ætate credebantur. Adeo vt his doctoribus vel ducibus, Nicocle nempe, Ecebolio, Libanio, Iamblicho, Maximo Epheſio, & ſi Suidæ fides habeatur, altero Maximo Epirota ſeu Byzantio, Chryſanthio præterea, Priſco, ſummis illa ætate Grammaticis, Oratoribus, vel Philoſophis, vſus in primo pueritiæ ac adoleſcentiæ decurſu IVLIANVS, mirificam inde ſibi cum in dicendi arte, tum in Philoſophiæ cognitione facultatem comparaverit, cui dein conſummatum velut faſtigium adtulit eiusdem Athenas iter. Ibi enim tanquam in florenti adhuc vtriusque illius diſciplinæ, quas vrbs illa quondam extulerat, emporio, eo intentiore ſtudio ſummaque alacritate in easdem incubuit; veterisque ibi vel Lycei, vel Academiæ, vel Porticus duces ac heroas; vel, qui pro concione quondam aut in iudiciis regnabant, Oratores verſandos ſibi diligenter ac imitandos propoſuit. Acceſſerat inſuper a primis pueritiæ annis, data Grammaticis, vti memorato paullo ante, & de quo poſtea adhuc dicetur, Nicocli ab eodem opera; ac inde in antiquis Hiſtoricorum ac Poëtarum, Græcorum maxime, monumentis, nocturna diurnaque manu tractandis, contentio quædam & aſſiduitas incredibilis, & vt de eo tradit alicubi Eunapius, præcox eruditio, quidquid librorum proferebatur, memoria complectens.

in Maximo. *vid. Eunap in Maximo pag. 91.* *vid Orat. III p. 119.* *in Maximo p. 85.*

Ita excitatum illud ac diſcendi auidum, quod a natura nactus fuerat, ingenium, omnibus, quibus animus etudiri poteſt & excoli, diſciplinis egregie perpolitum & ſubactum, ad imperium adtulit IVLIANVS: & quod adhuc maius eſt ac præſtantius, mentem inſuper cupiditatibus illis, quibus adoleſcentum animi, maxime illius ordinis ac loci, emolliuntur, aut a vero laudis curſu abducuntur, nullatenus infractam, ſed iisdem liberam plane ac inuictam. Quibus vtique excelſis, ac in iuuentutis Principe, & imperatoriæ ſtirpis propagine, inuſitatis animi, ingenii, ac virtutis, admirabilis puta temperantiæ, continentiæ, vigilantiæ, diuitiarum cultusque corporis iuſto mundioris contemptus, dotibus; vt de fortitudine iam eius, quam in rebus a ſe contra Germanos & Perſas geſtis, in oppugnandis vrbibus, in ordinanda acie, & manu cum bellicoſiſſimis hoſtibus dimicando, luculenter poſtea comprobauit, nihil dicam; quibus, inquam, viam is ſibi ad ſummum non humanæ

næ ſolum potentiæ, ſed laudis gloriæque faſtigium ſtrauerat. Verum a quo felici auſpicatoque laudum curriculo, alia eum longe abduxerunt: præceps nempe ingenium; inquies animus; teſtata in inceſſu, ſermone, obtutu leuitas; cupido laudis immodicæ; vanisſima inſuper abdita quæque, etſi nefaria, perſcrutandi libido; ac nata inde paullatim a pietate, a religione, cui innutritus fuerat, abalienatio primum, tum clandeſtina, mox aperta deſertio; & quæ ſubſequi vulgo eadem ſolent, acerrimum illinc odium, ac immanis tandem inſectatio. Hinc dæmonum illorum ſeu idolorum, quæ ex orco denuo ac erebo, in quem deturbari felicibus auſpiciis cœperant, excitare induxit, ſuperſtitioſus, vt ea de re ipſi Gentiles, ſummique ejus laudatores, loquuntur, ad inſaniam cultus. Ita non tam deceſſorum ſuorum, qui haud multis ante annis regnauerant, exemplo, diſtricta ab eo in Chriſtianos ſica; quam nefariis artibus, ignotisque antea & exitioſis bonæ menti Edictis, eorum diſciplinæ, inſtitutioni, pietati inſidiati voluit: adde, ni ipſemet manu inſuper ac ſtylo, eorum Religionem tentaret confodere, ſanctisſimis præceptis illuderet, veritati, cui litauerat, cui ſacramentum dixerat, cuius ſeu ſacrorum, quibus eadem eſt conſignata, librorum fuerat haud ita dudum publicus in ſtatis piorum conuentibus anagnoſtes, (opportune enim hanc vocem iam Latio donauerat Tullius) inexpiabile bellum indiceret. Adeo, vt in quem illius ordinis ac fortunæ Principem, vel a natura, vel ab inſtitutione, vel ab ingenio, vel a doctrina, vel a facundia & ab exercitatione, plura animi, virtutis, fortunæque bona: aut, a præpoſtero veſanoque eorundem vſu, ſingulari quodam ſupremi Numinis iudicio, mala confluxerint, reperias vtique neminem.

vid. Ammian. Marcell. Lib. XVII. cap. X & Lib. XXV. cap. V Aur. Vict. de Imperatoribus.

Superſtitioſus magis, quam ſacrorum legitimorum obſeruator. Ammian. Marcell. Lib. XXV. cap. V.

Si enim ad elucubrata a IVLIANO opera nos conuertamus, eorum ſubinde occurrit præclara apud Auctores illius & ſequentis æui, ac inferioris etiam ætatis, mentio. *Orationes* quidem ante & poſt imperium ab eo ſcriptas, & quo nomine *πατέρα πολλῶν λόγων*, *multarum Orationum patrem*, eundem vocat, tradit alicubi Libanius: alibi, Orationes ab eo conditas, antequam ſolus imperium obtineret; quarum in genere alio rurſus loco, tanquam quæ ſingulari arte forent elaboratæ; vti & *Epiſtolarum*, quæ Orationes adhuc illas vincerent, ſingulari cum laude idem Sophiſta, eiusque in arte dicendi magiſter, meminit. Ipſe vero in eadem funebri huius Auguſti laudatione, nominatim duas tangit eius orationes, quasque ille vna nocte ſingulas conſcripſerit: vnam nempe contra adulterinum Cynici Antiſthenis ſeu Diogenis, vt de eadem paullo ante, imitatorem, cuique Orationi contexendæ horas bidui ſubciſiuas ſe impendiſſe teſtatur ſub eius finem IVLIANVS; alteram, in laudem Matris Deûm: quæque duæ etiamnum huic operi leguntur inſertæ, & quas inter Imperatoris huius ſcripta retulit itidem Suidas. Meminit vero ipſe IVLIANVS Orationum, quas a ſe iuſſu Imperatoris, nempe Conſtantii, in nobilem freti coniunctionem elaboratas, ad Iamblichum mittit; quæ hodie inter eius opera non comparent: vti nec illa *Oratio acris & inuectiua*, quam probra in Conſtantium, vbi nempe ab eo deſciuerat, explanantem & vitia, ad Senatum Conſtantinopolitanum miſiſſe eundem tradit Ammianus Marcellinus. Conſcriptum vero ab eodem IVLIANO eatum rerum, quas contra Germanos per annos aliquot, ſumma virtute ac felicitate geſſit, & in ipſo quidem earundem actu, ſed qui iniuria temporum periit, commentarium

de Vita ſua pag. 44. Tom. II. Paneg. Iuli. p. 248. Orat. Funebr. Iulp. 330. Ibid. pag. 300.

Epiſt. XLI. p. 421.

Lib. XXI. cap. XI.

um, ex eodem prætetea Libanio diſcimus. Nempe vbi haud opus eſſe ait, vt res eas contra Barbaros a ſe geſtas eoram enarret IVLIANVS, *ἀλλ' ἀποχρήσει δῆναι τὴν συγγραφὴν, ἣν, αὐτὸς ὁ πράξας, συνέθηκας· ὁ αὐτὸς γενόμενος καὶ στρατηγὸς καὶ συγγραφεὺς, ſed ſatis ſuperque fuerit commentarium earum rerum, quas ipſe geſſiſti, a te conditum exhibuiſſe: ipſe, inquam, qui & dux exercitus & ſcriptor exſtitiſti.* In ineditis etiam eiusdem Sophiſtæ, quæ vltra mille & viginti exſtant in eodem Codice, in quo ipſa IVLIANI opera continentur, & de quo dicendi infra erit locus, eius rei mentionem fieri aliquoties video: vt Lib. I. Epiſt. XXI. ad illum nempe Cæſarem adhuc in eo terrarum tractu contra Barbaros militantem, *κάλλιστον δὲ, ὡς ἤκουον, τὸ ἐλάυνειν τε τὰς βαρβάρους, καὶ ΤΑΣ ΝΙΚΑΣ ΕΙΣ ΣΥΓΓΡΑΦΗΝ ἄγειν· καὶ τὸν αὐτὸν ὄντως ῥήτορά τε εἶναι καὶ στρατηγόν. Ἀχιλλεῖ μὲν γὰρ Ὁμήρου ἔδει, καὶ Ἀλεξάνδρῳ πολλῶν συγγραφέντων· τρόπαια δὲ τὰ σὰ μνήμης τεύξεται τῇ τῶ σήσαντος Φωνῇ, pulcherrimum illud, vt audiui, inſequi Barbaros, & VICTORIAS SCRIPTIS conſignare; eundemque eſſe, reuera Oratorem, & belli Ducem. Achilles quidem Homero indiguit, Alexander autem multis Scriptoribus: tua vero tropæa, illius, qui ea erexit, voce poſterorum memoriæ mandabuntur.* Sic ille rurſus ad eundem Cæſarem Lib. IV. Epiſt. LX. *Διπλὴν ἀνήρησας νίκην· τὴν μὲν ἐν ὅπλοις, ΤΗΝ δὲ ΕΝ ΛΟΓΟΙΣ. καί σοι τρόπαιον ἔσηκας· τὸ μὲν ἀπὸ βαρβάρων, τὸ δὲ ἀπὸ ἐμῦ τῦ φίλυ· τυτὶ δὲ τρόπαιον ἥδιον τῷ κεκτημένῳ, duplicem conſequutus es victoriam: hanc quidem armis, ILLAM vero LIBRIS a te ſcriptis: & tropæum tibi erexiſti; illud quidem e Barbaris; iſtud vero a me, tuo amico: hoc autem tropæum ei, qui illud poſſidet, iucundius.* Ad *Miſopogonem* vero ſeu *Antiochicum*, quo dicacis populi contumelioſos ac ſcurriles in ſe ioeos, Satyrico vicisſim ſermone potius, quam alio vindictæ genere, vleiſci voluit, qui iam vnus ſummæ rerum præerat IVLIANVS, reſpexit, quod non obſeruarunt priores illius opuſculi editores, idem Antiochenſis Sophiſta, vbi agens de illis ſuorum ciuium in Principem maledictis ait, *καὶ παρὸν στρεβλῶσαι καὶ ἀποκτεῖναι, ΛΟΓΩ τὴν πόλιν ἀμύνεται, & quum liberum licitumque eſſet torquere atque interimere, ſcripto libro vrbem vlciſcitur.* Cujus lepidi alioquin libelli plures ex antiquis Scriptoribus, Gregorius Nazianzenus, Ammianus Marcellinus, Zoſimus, Socrates, quod viderant alii, addo & Suidas, occaſionem & argumentum memorant. Eiusdem pariter *Cæſares*, quo rurſus Satyrico ſcripto nihil venuſtius vel eruditius ad poſteros transmiſit IVLIANVS, haud præteriit, vt aliorum de eodem, præter Socratem & Zonaram, ſilentium mirari ferme ſubeat, Suidas. Nonnulla vero, quæ elucubrauit IVLIANVS ſcripta, adducit idem Grammaticus, quæ hactenus ex iis, quas ibidem recenſet, huius Principis commentationibus, deſiderantur: vnum, *περὶ τῶν τριῶν σχημάτων, De tribus figuris:* alterum *περὶ τῦ πόθεν τὰ κακὰ, κατὰ τὰς ἀπαιδεύτυς, Vnde ſecundum indoctos mala oriantur.* Quæ enim exſtat IVLIANI Oratio *εἰς τὰς ἀπαιδεύτυς κύνας, Aduerſus Indoctos* ſeu *Imperitos Canes*, de eo, quod memorat Suidas, argumento non agit; ſed tota in veræ Philoſophiæ natura explicanda, & conſentaneis eidem Cynicæ ſectæ, eiusque auctoris Diogenis, inſtitutis verſatur.

Paneg. Iuliani, p. 178.

In Iuliani Nitem pag. 307.

Qua VI. p. 180.

Aliud

Aliud insuper Iuliani scriptum tangit Suidas, *Saturnalia* nempe, quæ cum ibidem ab eius *Cæsaribus*, quod ad eosdem dudum monui, & viderat iam Petauius, aperte distinguit; tum nonnulla inde adducit, quæ in dictis Cæsaribus non leguntur, & quorum etiam Saturnalium meminit sub finem Orationis in Solem IVLIANVS. Adde, quod ad ejus de Nesibena obsidione commentarium, seu ad Orationes, quæ inter opera ejus, & principe quidem loco leguntur, primam ac secundam, lectorem, vti mox dicetur, ablegat Zosimus. Neque vero elucubrata ab eodem IVLIANO, quibus Christianam Religionem impie simul ac acerbe impugnauit, scripta, vti de CYRILLI, quod hoc opus itidem exhibet, aduersus eum Apologetico mox agetur, reticuit Libanius. De quibus autem singulis liquidius constare cuiuis poterit, ex ipsorummet Auctorum, quæ ad calcem huius Præfationis adponentur, verbis; qui illas nempe Augusti hujus Scriptoris, vel obiter commemorauerunt, vel etiam laude sunt prosequuti, lucubrationes. Neque enim alias adnotarunt, qui supersunt hodie veteres Auctores & Grammatici; nisi forte quod Epistolas omnis generis ab eo scriptas tradit Libanius, vt ex iis plures hodie desiderari, facile liceat statuere: aliquas alibi nominatim tangit, vti etiam Zosimus, de quibus paullo post dicetur, quæ inter reliquas huius Principis Epistolas hodie non leguntur. Mitto quod summæ venustatis & elegantiæ *Poëmata* ab illo condita, & adeo quidem, vt Oratores ac Philosophos arte Poëtica, immo admirabili quoque, eodem Sophista iudice, vocis concentu, superarit IVLIANVS. Vnde alibi de eodem refert, Philosophum Athenienſem, qui ad eum accesserat, in discessu munus ab illo accepisse, quod solus ex Imperatoribus dederit, nempe versus: etsi simile quid de Augusto fuerat iam antea memoriæ traditum. Exstant vero etiamnum, & quæ in hoc opere itidem leguntur, duo huius Imperatoris Epigrammata: vnum in vinum hordeaceum, alterum, quo organum describit: vtrumque, quod illius eo in genere facultatem satis prodit.

Orat. IV. p. 157.

in Juliani Necem p. 255.

in Juliani Necem p. 248.

Lib. III. c. IX.

Libanius Paneg. Jul. p. 248. Ibid. p. 240.

In Præfat. P. Martini

E quibus autem, & ex iis quidem, quæ ad hanc ætatem sunt prodita, & hoc volumine continentur, IVLIANI operibus liquet, ad quatuor classes eadem reuocari, *Orationes*, *Epistolas*, duos satyricos libellos, *Cæsares*, ac *Misopogonem*, & tandem quos *aduersus Religionem Christianam* conscriptos ab eodem libros, & a se grauissima disputatione confutatos, vnus ad posteros transmisit Antistes Alexandrinus. De *Commentario Belli Germanici*, qui iniuria temporum, vti de eo paullo ante, periit, iam non est agendi locus: aut de iis eius Orationibus, vel scriptis, quæ idem fatum subiere. Ex iis autem, quas adhuc hodie versamus, ORATIONIBVS, aliæ sunt, quæ CONSTANTII patruelis ac Imperatoris, a quo in Cæsarem fuerat adscitus, tum EVSEBIAE Augustæ, cuius beneficio seruatus, eamque dignitatem adeptus potissimum fuerat IVLIANVS, amplissima laude defunguntur. Quæ autem illas excipiunt, duæ IN SOLEM, ac IN DEORVM MATREM Orationes, seu, vt de priori sub eius finem loquitur, *Hymni*, ea occasione, quam eædem produnt, aut de qua aliunde constat, conditæ: prior nempe, vt ipse haud obscure in eadem innuit, tempore Ludorum INVICTO SOLI apud Romanos, exeunte Decembri, solemnium; & ab eo quidem, qui non vbique solum se in peculiari Regis magnique Dei Solis

Orat. IV. p. 158. Ibid. p. 156.

clientela conſtitutum tradit; ſed cui Aedem etiam in media Regia ab illo
In Necrm Jul. p. 250. Panegyr. Jul. p. 247. erectam docet Libanius. Alteram vero, occaſione ſuſceptæ a IVLIANO ad Deam Phrygiam expeditionis elucubratam, liquet ex eodem Sophiſta; de cuius autem vtriusque Orationis argumento, abſtruſo illo ſimul ac vaniſſimo, nonnulla differendi erit adhuc locus. Quæ vero eosdem Hymnos ſeu Orationes ſubſequuntur, ambæ CONTRA IMPERITOS, ſeu verius adulterinos, CYNICOS, qui a veris ſectæ illius placitis, & eiusdem auctorum moribus ac inſtitutis longe recederent, ſunt comparatæ. Prioris autem occaſionem & argumentum ſuppeditat itidem, non eo ſolum loco, quem ad eundem adduxit Petauius, ſed alio adhuc, quemque iam antea obiter adtigimus,
In Necrm Julianum p. 255. Tom. II haud minus notabili, Libanius: vbi nominatim ad Boſporum ea Oratione, eademque incredibilis venuſtatis plena, perſtrictum quendam ait, qui præ inſcitia ſe Diogenis imitatorem ferebat. Ex ipſo autem ſequentis Orationis lemmate, eiusque exordio, eadem redargui liquet alterius, Cynicum falſo ementiti, impios de Diis ac Religione ſermones, vitamque pariter & mores, a genuinis & ſalubribus Cynicorum inſtitutis ac moribus longe abhorrentes. De qua inſuper Oratione illud hic non eſt prætereundum, quod eandem non a IVLIANO conſcriptam ſolum poſt Conſtantii obitum, ſed habitam in-
Vid. Orat. VII. p. 205. & p. 223. ſuper, ipſemet teſtatum ab eius ferme initio & alibi in eadem reliquerit. AD SALVSTIVM, Galliarum nempe Præfectum, non alterum vero (vt bene iam ex Ammiano Marcellino notarunt, & qua de re ſilet Petauius, eruditi)
Vid. Jac. Gothofr. in Prosopog. Cod. Theod & Ant. Pagi Crit. Baron Præfectum Prætorio Orientis, ſcriptus eſt Sermo, qui dictis modo Orationibus adnectitur, CONSOLATORIVS; ob eundem nempe Saluſtium, Conſtantii iuſſu, a IVLIANI iam Cæſaris & in Galliis tum agentis latere auul-
p. 186. ſum, vt iſtud tangunt Libanius ac Zoſimus: & prior quidem, dum ſub *Phœnicis* nomine eundem indicat Saluſtium, quod vt Achillem Phœnix, prout id
Panegyr. Jul. p. 236. Lib. III. c. V. Lib. XXV. cap. V. erudite ad Ammianum iam vidit doctiſſimus Valeſius, ſic ipſe IVLIANVM præceptis imbuerat. Præclara certe eiusdem Saluſtii in ſe beneficia, ac in omnibus laboribus, periculis, ſtudiis, rebus gerendis, omni denique publicæ priuatæque vitæ actu, ſecum communionem prædicat, ac inde incredibilem quendam ob eius diſceſſum, quo intime adfectus eſſet, dolorem ibidem enarrat. Adeo, vt excellentis cuiusdam in eo faſtigio, ad quod iam euectus fuerat IVLIANVS, naturæ, quæ a cariſſimo vtiliſſimoque vitæ duce ac ſocio ægerrime diuelli vellet, imaginem, eadem Oratio nobis exhibeat. His adnectuntur duæ longiores EPISTOLAE; prima Ad THEMISTIVM, clarum ea ætate Philoſophum ac Oratorem; qua arduum maiusque humanis viribus imperandi onus, quibus ſubiaceat incommodis, aut officiis, vel præceptis; quam procul a tranquillitate, vmbra, otio, in præſens rerum diſcrimen, ad actionem, ad vim fortunæ prudentia temperandam, traducat principem; quid ſibi priuatim, vt ſe illi faſtigio haud imparem præbeat, incumbat; apud amicum, a quo iis de rebus fuerat prudenter admonitus, præclare ac opportune diſſeritur. Altera vero, AD ATHENIENSES EPISTOLA, ſeu de ſuſcepto imperio, ac inde contra Conſtantium expeditione, liber
In Necrm Jul. p. 285. Panegyr. Jul. p. 242. Lib. III. c. X. apologeticus, vti a Libanio, qui & alibi rurſus illius meminit, dicitur: & qualem ad Lacedæmonios quoque & Corinthios ſcripſiſſe IVLIANVM, teſtantur Zoſimus, & qui inde, ex ea nempe ad Corinthios ſcripta, quædam

addu-

adduxit verba, Libanius: innuitque ipſemet ſub finem huius ad Athenienſes Epiſtolæ, dum eadem *ad Communes omnium Græcorum ciues ſe perſcripſiſſe* ibidem perhibet. In FRAGMENTIS ſequentis ad Pontificem quendam Gentilem EPISTOLAE, quæ male in ſcriptis IVLIANI codicibus, ac in Vosſiano itidem, quo vſi ſumus, *Epiſtolæ ad Themiſtium* fuerat intexta, de hominum inter ſe communione, præſtanda in egenos beneficentia, ſimulacris Deorum colendis, qualesque eſſe deceat ſacerdotes, agitur: cuiusque poſtremi argumenti exſtat itidem, quæ haud paullo integrior, & primum a nobis conuerſa hic prodit, inter Iuliani Epiſtolas poſtrema. Duos vero omni ſummæ venuſtatis ac eruditæ elegantiæ laude conſpicuos libellos, CAESARES ac MISOPOGONEM, qui hæc proxime excipiunt, non iam tango: qui & alibi pridem ad eosdem Cæſares, in linguam Gallicam a me conuerſos ac illuſtratos, de illius ſcripti Satyrici natura, inſtituto, doribus, prolixe diſſerui. De MISOPOGONE, altero Satyrico itidem libello, ſeu de eius argumento, quaque occaſione ſit ille a IVLIANO conſcriptus, egerunt iam alii; & præter veteres, quos eam in rem adduxit Petauius, Auctores, addi poſſunt, qui elegantiſſimæ illius lucubrationis meminêre, quem paullo ante iam innui Libanius, ac Theodoritus. Subduntur vero iisdem libellis, a IVLIANO ſcriptæ ad varios EPISTOLAE, quarum nonnullæ ab antiquis etiam Scriptoribus memorantur. Agmen vero eædem claudunt in antiquis, qui hactenus reperiuntur IVLIANI codicibus: vt nuſpiam in iis conditi ab eodem aduerſus Chriſtianorum Religionem, & pro tuenda Gentilium impietate, libri, de quibus poſtea dicetur, compareant. Quam autem ſingularem cum eloquentiæ, tum doctrinæ laudem, IVLIANO Gentiles iuxta, ac, de quorum iudiciis minus licebit dubitare, Chriſtiani illa & proxima ætate ſcriptores, certatim tribuunt; vtramque luculenter eadem, de quibus modo egimus, quæque hoc opere connnentur, eius ſcripta nobis etiamnum produnt.

pro Arſ. p. 317. Tom. II. περὶ τῆς πρὸς τοὺς πάντων Ἑλλήνων πολίτας φιλοφροσύνης p. 287.

P. Martinius in præfatione.

Hiſt. Eccl. Lib. III. cap XXII.

Ac eloquentiam quidem quod attinet, quæ inſita IVLIANO a natura ad eam capeſſendam vis ac indoles fuerit, & quantum in ea, ſub præſtantiſſimis illa ætate dicendi magiſtris, ſtudii operæque poſuerit, liquidum ex iis, quæ de eius inſtitutione, Conſtantinopoli primum, dein Nicomediæ, ac Athenis tandem, eſt memoriæ proditum, ac obiter ſupra adtigimus. Quum vero eam artem tum profiterentur, qui vulgo Sophiſtæ, qua de re iam ante, appellari conſueuerant; & a quibus natiuus ille ac antiquus Atticæ venuſtatis lepos, quibusdam verborum arguiis, ac minus rotundo & æquabili dictionis genere, haud parum imminuebatur: hinc ad veterum illorum, quibus ipſæ quondam Athenæ inclaruerant, Oratorum normam, prouide ac diligenter ſuam dicendi ſcribendique rationem exegit IVLIANVS. Accesſit aſſidua, quemque totum, vt hæc ipſa eius ſcripta paſim arguunt, in ſuccum verterat, Platonis lectio: e qua orationis copiam, ſuauitatem, ac ſplendorem ſibi affatim comparauit. Vnde etſi clarum eſſet ea ætate, quem adoleſcens potiſſimum ſectabatur IVLIANVS, atque inter familiares, quod vel Epiſtolæ huic operi inſertæ luculenter oſtendunt, dein cariſſimum habuit, Libanii inter artis oratoriæ magiſtros nomen; haud parum tamen, ſi vtriusque ſcripta inter ſe conferas, infra diſcipuli caſtigatum, æquabile, ac elegans dicendi genus, reperietur declamatorius, & nimiam diligentiam ac curam, vel Photio iudice, redolens

lens Sophiſtæ Antiochenſis ſermo. Vt non immerito πρὸς θεὶς eidem IVLIANO, & quidem poſt eius etiam fata, palmam in illa ſua arte tribuat haud vno loco Libanius; dum & ῥητορικώτατος ſeu *eloquentiſſimus* ab eo dicitur, illiusque *Sermones* ſeu *Orationes* in ſumma eſſe admiratione; dum alibi ab Oratoribus legendum dicit eum, qui *& dicendi, & dicentem examinandi, eſſet adprime peritus:* & alio rurſus loco, de eius in Senatu facundia ait, eum modo pauca & ſuauia, modo imbribus ſimilia effudiſſe. Quibus conſentanea, & quo etiam nomine in arte ſua a IVLIANO, non in vmbra, non in forenſi, ſed in militari acie, in ipſo rerum diſcrimine, præuentum ſe non ſolum, ſed victum agnoſcit Libanius, in iis ineditis ad eundem Principem Epiſtolis, quarum iam ante facta eſt a nobis mentio, & quibus hæc continuo ſubdit, τοσοῦτον ΕΦΘΗΣ ΤΟΥΣ ΣΟΦΙΣΤΑΣ, οὐ τὰ ἔργα μόνον αὐτοῖς προστεθεὶς, ἀλλὰ καὶ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ, ἃς ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἐποίησας, ΑΜΙΛΛΑΝ, *in tantum SOPHISTAS* (ſeu *dicendi magiſtros*) *ANTEVERTISTI; non res ſolum a te geſtas iis proponens, ſed IPSVM etiam CIRCA LIBROS, quos de rebus tuis condidiſti, CERTAMEN;* ac de ſe in altera Epiſtola nominatim, καὶ σοὶ τρόπαιον ἔστηκας, τὸ μὲν ἀπὸ βαρβάρων· τὸ δὲ ΑΠ' ΕΜΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟΥ, *ac tropæum quidem tibi erexiſti, illud quidem de Barbaris, iſtud vero DE ME.* Cuius etiam in IVLIANO vis eloquentiæ ac ſuada, non in eius ſolum Orationibus elucet; ſed in aliis etiam eius ſcriptis, duobus maxime ſummæ venuſtatis ac elegantiæ Satyricis libellis, ac in Epiſtolis præterea, ſe paſſim exſerit; in quibus omnibus nulla in verbis nouitas, in dictione argutia, in oratione mollities aut redundantia, in ſententia obſcuritas; ſed cum maieſtate, lepore, decenti verborum ſtructura ac delectu, culta omnia, clara, & perpolita. Adeo vt quamquam iisdem ferme orationis virtutibus eadem ætate celebratus fuerit, cuius Orationes ad nos peruenerunt, idemque IVLIANO itidem familiaris, Themiſtius; nemo tamen, vt opinor, qui vtrumque, harum rerum haud imperitus cenſor, & qui quid Atticum ſonet nouerit, conferre paullo adtentius inſtituet, non IVLIANO Atticæ venuſtatis ac elegantiæ poniorem continuo laudem adiudicabit.

de Vita ſua pag. 41. λόγων δὲ οἷς τὸ θαυμάζεσθαι *Ibid.* *In Necem Iul. p. 257. Orat. Funebr. p. 299.* *Lib. I. Epiſt. XXI.* *Lib. IV. Epiſt. LX.*

Doctrinam vero diffuſam ac reconditam, eadem hæc IVLIANI ſcripta paſſim produnt: ſiue illius, quæ in accurata interiorum litterarum, antiquitatis, ac hiſtoriæ veteris notitia verſatur: ſiue alterius, quæ Philoſophiam, eamque a vulgi etiam ſtudioſorum cognitione ſubmotam, complectitur, &, qua arcana ſeu myſtica Gentilium Theologia continebatur, rationem tradit. Adeo vt haud immerito de IVLIANO, vt *erudito & ſtudioſo cognitionum omnium principe*, iudicium tulerit, qui næuos cæteroquin eius haud diſſimulat, grauis eique familiaris Auctor: aut e priſcis Oratoribus, Hiſtoricis, Philoſophis, nullum illius diligentiam effugiſſe tradiderit Libanius. Adde nec Poëtas, prout alibi hoc de eo memoratum ſupra elogium idem perhibet; quod Oratores, vnius ſapientiæ ſtudio; Philoſophos, oratoria facultate; Poëtica autem, ne & hac laude, vti iam de ea paullo ante, eum putemus caruiſſe, vtrosque ſuperarit. Vnde etiam hæc Mamertini Conſulis de eodem Principe verba: *tu exſtincta iam LITTERARVM ſtudia inflammaſti: tu PHILOSOPHIAM paullo ante ſuſpectam, ac nedum ſpoliatam honoribus* &c.

Ammian. Marcell. Lib. XXI. cap. I. *Legat. ad Iul. p. 257.* *Idem Panegyr. Iul. p. 248.* *Grat. Act. cap. XXIII.*

auro

auro gemmisque redimitam, in regali solio collocasti. Quæ autem magnifica nimis & adtentatorie, de Principe solo rerum potiente, in ipso iuuentutis flore, eoque præterea summe laudis cupido, dicta ab eius amicis & clientibus, videri forte nec immerito nobis possent; ni & ab aliis, qui ob derelictum ab eo & adflictum, vtrumque impie ac nefarie, Christianæ Religionis cultum, non ornandum eum sibi, sed omni potius probrorum genere infectandum credidere, testata ferme eadem forent; immo ni eius rei luculentam & certissimam fidem hæc ipsa eius opera nobis etiamnum facerent. Greg. Naz. Inuect. I. p. 58. 61. Socrates Lib. III. c. 2.

Ac priorem quidem illam doctrinæ supellectilem, qua quicunque haud tenuiter sed laute sunt instructi, vulgo eruditi censentur, quæque sub liberalium disciplinarum nomine, per omnes interiorum litterarum ac abditæ vel remotæ antiquitatis recessus, per veterum Auctorum ac Bibliothecarum forulos peruagata, lumen inde ac opes, seu thesauros verius, mutuatur; eam, inquam, in IVLIANO nemo vtique, qui non in eadem fuerit plane hospes, iure desiderabit. Ita ea facultas passim in omnibus eius scriptis, in singulis etiam paginis elucet, ita opportune simul ac perite inde orationi suæ vim ac splendorem arcessit, aut, quod ei præ manibus est, argumentum scite explanat ac illustrat; vt eo quidem in genere nullum, non illius solum ætatis, sed vel anterioris, aut quæ est eam proxime subsequuta, Auctorem eidem merito anteponas. Neque vero eam in rem huc adducam, quæ vel ad vnum eius libellum, *Cæsares* nempe, olim differui vel adnotaui: vt ex omni ac retrusa subinde veterum Auctorum, Oratorum, Historicorum, Poëtarum, Philosophorum penu, singula ferme aurei dicerem, si ab eo omnis exulasset impietas, illius scripti verba desumpserit, aut ad quæ erudite, ac citra pædagogicum fastum, adluserit IVLIANVS. Neque multum infra eam laudem, eiusdem ferme genii vel indolis *Misopogon*; vt vel ex adtenta eius lectione, cuiuis hisce litteris vel mediocriter tincto, aut præter Petauianas ad eum curas, ex adnotatis etiam ad eundem nostris, vberius liquere cuiuis poterit. Verum neque illis liberalis ac elegantioris doctrinæ ornamentis, vel præsidiis, aliæ huius Principis lucubrationes, *Orationes* nempe & *Epistolæ*, destituuntur. In iis vtique singula ferme, veteris alicuius & melioris quidem notæ Auctoris vel Sapientis, Homeri, Socratis, Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, Plutarchi, aliorumue illius ponderis ac famæ testimoniis comprobantur; aut prisci laudatique Legislatoris, Solonis, Lycurgi, Zamolxidis, iurisque Romani conditorum, scitis & auctoritate firmantur; aut petitis e veteri Persarum, Græcorum, Macedonum, Carthaginiensium, Romanorum historia, aut ex eorum subinde ritibus, exemplis: vel delibatis ac sparsis, sed manu prouida, e Tragicorum, Lyricorum, aliorumue id genus Poëtarum lectione floseulis, elucidantur passim ac illustrantur. Quorum omnium ratio, vel e nostris, quæ ad primam Augusti huius Scriptoris Orationem hic demum, qua de re infra, prodeunt, Obseruationibus elucet; ex iis vero, quæ ad reliqua eiusdem opera cum Deo proxime subsequentur, adnotatis, plenius longe ac liquidius constabit: illudque a se vere adimpletum, quod alicubi obseruat, *iuueni* nempe *alimento copioso ac sincero, quod ex veterum monumentis percipitur, opus esse.* Adeo, vt quam largiter fuerit disciplinis illis liberalibus, & a Philosopho quidem, vt ipsemet id alicubi testatur, imbutus; seu quantum sub insigni illo

τροφῆς δὲ μᾶλλον τῆς ἐκ τῶν παλαιῶν γραμμάτων Orat. III. p. 124.

Ivlian. VII. p. 235. earundem optimarum artium doctore se extulerit, haud immerito testatum reliquerit Antiochensis Sophista, iis verbis, quæ ad memoratum Iuliani locum indicta reliquit Petauius; quæ autem e modo dictis haud parum fidei ac lucis mutuantur. Exstant nempe ea in Libanii ad hunc Principem Legatione:

pag. 157. Tom. II. ἀλλ' ἀνὴρ Λακεδαιμόνιος, ἱερεὺς δικαιοσύνης, ἡγεμὼν παιδείας, εἰδὼς, εἴπερ τις, τῆς Ὁμήρου γνώμης τὰ ἀπόῤῥητα, καὶ σύμπαντός γε περὶ τὸν Ὅμηρον χορόν. ὃν ἐδέξω μὲν νέος ὤν, ὡς εἰκὸς, τοῦ τηλικούτου. ἐπίσασαι δὲ νῦν, ὡς εἰκὸς, τὸν φιλοσοφοῦντα. καὶ μὴν καὶ ΡΗΤΟΡΑΣ ΑΠΑΝΤΑΣ, καὶ ΣΥΓΓΡΑΦΕΑΣ, πολλῶν πραγμάτων ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥΣ. ὧν ὁ πόνος οὐδὲν τῶν ἀρχαίων ἀφῆκεν ἀγνοηθῆναι· προσπεριείληφας τοῖς ΑΠΟ ΤΩΝ ΜΕΤΡΩΝ χρησίμοις, *sed virum Lacedæmonium* (Nicoclem nempe, vt aliunde constat) *iustitiæ sacerdotem, ERVDITIONIS DVCEM, qui, si vllus vnquam, Homericæ mentis arcana, & vniuersi addicti Homero chori, nouerat; tu iuuenis adhuc accepisti, vt par fuit, tanto vsu & doctrina præditum: audis vero nunc, vt te decet, philosophantem. Quia ORATORES etiam omnes, & HISTORIARVM scriptores, multarum rerum doctores, quorum labor nihil de antiquis rebus sinit ignorare: quæ singula perceptis a te e POETARVM lectione vtilitatibus adiunxisti.*

Libanius de Vita sua p. 22. Socrat. Lib. III. c. 1.

Iis autem ea subdit continuo Libanius, quæ singularem IVLIANI, in altero illo doctrinæ ac sublimioris quidem genere, præstantiam abunde prædicant. Ait enim, exquisitæ eius in liberalibus disciplinis, omnisque generis Auctoribus, qui eas excoluerant, peruoluendis industriæ ac diligentiæ, *apicem a diuinis illis viris, Socrate, Pythagora, Platone impositum, & ab omnibus, quotquot ab illo fonte emanarunt, riuulis: horum enim nullum effugisse eius intelligentiam; sed illos, eam ingressos, pulcram eandem & generosam effecisse.* Haud vana vero esse, aut a Sophista adsentatorie demum dicta, hæc de Imperatore philosopho elogia, cum e grauissimis aliorum eiusdem ævi, & qui IVLIANO cæteroquin minime fauebant, iudiciis; tum ex ipsis eius operibus, vt id paullo ante iam innui, liquidum fit ac manifestum. Philosophiæ certe, haud minus quam eloquentiæ, aliarumue bonarum artium studiis, eum a pueritia vacasse, tradunt præter Gentiles, eique coæuos Scriptores, Libanium, Ammianum Marcellinum, Eunapium, Victorem in Epitome, Gregorius Nazianzenus, Socrates, Sozomenus, aliique. Ac *Maximo* quidem Ephesio, eique Cynico, vti liquet e IVLIANI ad eundem Epistola, summo autem ea ætate Philosopho, Nicomediæ primum dedisse illum operam, referunt iidem Socrates & Sozomenus: quod tamen in Ionia, in quam ille adolescens se contulerat, ac vbi agebat Maximus, ab eo factum memorant Libanius & Eunapius. Alium vero *Maximum* Philosophum, nempe ex Epirota seu Byzantium fuerit, refert, quod supra obiter adtigi, Suidas, quo doctore vlus sit Iulianus, quique ei commentarios aliquot philosophicos nuncupauerit: quum tamen eundem, non ab illo Maximo Byzantio, sed ab Ephesio, Philosophiæ rudimenta percepisse, aperte tradat Socrates: neque in hujus IVLIANI rebus alterius Philosophi *Maximi*, præterquam huius *Ephesii*, non vero *Tyrii*, prout perperam in notis ad Libanium, vt cum Plinio loquar, marginatis dicitur, seu quem ille in Philosophia ducem ac magistrum sit nactus, facta occurrat mentio. Vnde præter Scriptas ab ipso, quæ etiamnum exstant, & in

ἄγαμαι σοφοῦ τὰ ἐκείνου θεάματα, Σωκράτους, Πυθαγόρου, Πλάτωνος ἐξηγήσασθαι Legat. ad Iul. p. 257.

Panegyr. Iul. p. 171. 176. & p. 223. Lib. XVI. cap. V. in Maximo p. 81. Socrat. l. 3. 38. & 61. Lib. III. c. 1. Lib. V. c. 11. Epist. XXVIII. p. 412. Panegyr. Iul. p. 171. in Maximo p. 90. in Μάξιμος. Lib. III. c. 1.

pag. 175. Tom. II.

hoc

hoc opere leguntur, ad eum Epiſtolas; in quibus, quanti is eundem *Maximum* fecerit, vt *quamdiu ille abeſt, vita frui non poſſit, niſi quatenus litteras eius legit*, abunde oſtendit; alibi eundem, a quo nempe Philoſophicis diſciplinis fuerit primum imbutus, inſigni ornatum elogio deſignat, μεθ' ὃν ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς Φιλοσοφίας ἦλθον, ὑπ' ἀνδρὶ τελεσθησόμενος, ὃν ἐνόμισα τῶν κατ' ἐμαυτὸν πάντων διαφέρειν, *a quo* (nempe Nicocle Grammatico, de quo paullo ante) *ad Philoſophiæ veſtibulum me contuli, vt ab eo viro ſacris initiarer, quem omnium ætate mea præſtantiſſimum eſſe iudicarem*, quemque mox Φιλοσοφώτατον nuncupat. Hinc de eodem *Maximo*, a Valente poſt Iuliani fata capitis damnato, tradit Ammianus Marcellinus, *neque ita multo poſt MAXIMVS ille Philoſophus, vir ingenti nomine doctrinarum, cuius ex vberrimis ſermonibus ad ſcientiam copioſius IVLIANVS exſtitit Imperator.* Ne ea iam adducam, quæ de eodem, vt præſtantiſſimo illa ætate Philoſopho, ac Iuliani doctore, ex ineditis Libanii Epiſtolis iam adduxit ad Socratem, vbi is de eo agit, doctiſſimus Valeſius; & quibus plura e codice, qui adhuc nobis eſt præ manibus, Voſſiano, & de quo facta iam ante mentio, in quo plures inter alias leguntur Antiochenſis illius Sophiſtæ ad hunc *Maximum* Epiſtolæ, liceret huc adferre. Vt de alio adhuc eadem ætate *Maximo* Philoſopho, ſed Chriſtiano, nihil dicam, ad quem exſtat Athanaſii Epiſtola: ſeu alius, ſeu idem, quod vero propius videtur, cum illo fuerit *Maximo* Alexandrino, qui e Cynico Chriſtianus, Baſilii & Gregorii Nazianzeni Epiſtolis ac Orationibus primum celebratus; dein inimicitiis cum eodem Gregorio ſuſceptis, ambitione ac ſchismate, cui occaſionem dedit, priorem famam haud parum decoxit. Addendi cæteroquin *Maximo* illi *Epheſio*, alii celebres eodem æuo eiusdemque gentis Philoſophi, *Aedeſius*, *Chryſanthius*, quos itidem adoleſcens ſectatus eſt, eorumque conſuetudine in Ionia vſus IVLIANVS: ac præter hoſce vel maxime *Priſcus* Epirota, cuius aduentum a ſe cupide expectari, teſtatur ipſe in Epiſtola ad Libanium; & ad quem alia exſtat eiusdem Principis Epiſtola, quæ non ad Libanium, ſed ad *Priſcum* ſcripta in aliis antiquis codicibus legitur. Eundem vero *Priſcum*, iuxta *Maximum*, ad ſe iam Imperator accerſiuit; quosque ambos inter familiares, & expeditionis etiam Perſicæ comites, ad fatalem vsque vitæ exitum ab eo retentos, ab Eunapio & Ammiano Marcellino liquet: immo quem *Maximi*, qui cum eo aſſidue verſaretur, diuinationibus fuiſſe adductum, vt Perſarum ſupplicationes reiiceret, tradit Socrates. Neque vero hic prætereundus is, cui in hisce operibus præ aliis aſſurgit, immo quem ſupra humanæ ſortis faſtigium extollit, cuiusque clariſſimum tum erat nomen, *Iamblichus* nempe: quem ait *Solis inſtar, ſapientiæ ſuæ radios in omnes effundere*, ac inde *commune orbis terrarum lumen* vocat; modo, *animarum medicum*; modo, *ad cuius tunicam vellet adhæreſcere, nec ab eo vllo vnquam tempore diuelli.* Adde, de quo alibi dicit, eum tempore quidem, non vero indole, Platone poſteriorem exſtitiſſe; quemque non *magni* ſolum *herois* ornat ibi elogio, ſed alio loco *Mercurium ſuum* vocat, cuius *adyta ſalutare, & ſimulacra complecti geſtiat.* Accedit, quod non viuis ſolum, qui præ cæteris emincre illo æuo credebantur; ſed mutis etiam priſcæ memoriæ, quique famæ in his diſciplinis ſeu ſapientiæ arcem ante tot retro ſecula occupauerant, doctoribus ſe erudiendum, quod ipſemet alicubi obiter

Epiſt. XV. p. 383.
Orat. VII. p. 235.
Lib. XXIX. cap. I.
ad Lib. III. cap. I. p. 30.
pag. 162. Tom. II.
videEunapium in Maximo p. 85. 90.
Epiſt. III. p. 374.
Epiſt. XLII. p. 425.
Vid. Liban. pro Ariſtoph. p. 115. in Maximo p. 101.
Lib. XXV. cap. III.
Lib. III. c. XXI.
Epiſt. XXXIV. p. 406.
Epiſt. XL. p. 419.
Epiſt. LX. p. 448.
Orat. IV. p. 146.
Epiſt. LIII. p. 439.
Orat. VII. p. 235.

Orat. Funebr. in Iul. p. 257. innuit, tradiderat; eosque iugi & adtenta lectione penitus imbiberat IVLIANVS. Hinc modo *Platonis scripta perscrutatus* a Libanio dicitur: modo Ibid. p. 265. *genus omne Philosophorum in se collectum habuisse:* modo Panegyr. p. 133. *eum artem persuadendi populos oratoriam, & sapientiæ studium ita conciliasse, vt mentem sublimiorem efficeret, rerum sublimium cognitione:* modo, vt de eo Ammianus, Lib. XVI. cap. V. *per omnia Philosophiæ membra prudenter disputando cucurrisse.*

Cuius autem rei certiorem adhuc fidem hæc eius opera perhibent. vid. Orat. VI. p. 184. &c. Ita enim passim Philosophiæ laudem ac vim in iis prædicat, naturam explicat, diuinam originem tangit, primos eius auctores vel duces, aut insigniores quondam doctores celebrat, ita eius studio non solum se incensum, sed amore omnes inflammatos cupit; vt ea quidem in re singularem sublimis animi, erectæque supra ætatem indolis præstantiam, omnino prodiderit. Hinc memorati ab eo, nec infrequenter, in his eius scriptis, Pythagoras, Socrates, Plato, Aristoteles, Theophrastus, Zeno, Democritus, Heraclitus, Epicurus, Diogenes, Antisthenes, totidem sectarum principes: & quorum de primis rerum principiis; de Deo, vno omnium opifice, eoque summo Bono; de diuina & æterna eius essentia; de humanæ feliciratis summa, in Dei cognitione; de nominibus diuinis; de animæ natura, vel partibus; de ratione duce; de vnico Philosophiæ capite ac fine, se ipsum nosse; aliisque id genus doctrinis, scita tangit, dicta explanat, sententiam laudat, aut quandoque etiam refellit. Præ reliquis autem Plato, quem vt Philosophorum Deum venerabatur, & quem non diuinum duntaxat, sed a Diis ortum dicit, vtramque, quod aiunt, in his eius operibus paginam facit; vt se totum illum, quod de eo iam ante a nobis dictum, vere in succum conuertisse luculenter ostendat. Hinc etiam ea, quæ sint ab Aristotele tradita, non omni ex parte perfecta ait alicubi, nisi cum Platonicis, quod ætatis illius philosophandi genus, vt aliunde notum, exstitit, coniungantur. Immo non Græcorum solum, sed Phœnicum etiam & Chaldæorum, Philosophiæ seu Theologiæ verius adyta se penetrasse, in iisdem prodit. Adeo vt omni laude prædicari meruisset incredibilis illa tam excelsi fastigii Principis, in præclara sapientiæ studia incumbendi, cupiditas; si modum eadem habuisset, nec vltra præscriptos tam præclaro instituto fines esset longius euagata.

Orat. IV. p. 118. Orat. V. p. 162. Orat. IV. p. 146. Orat. V. p. 172.

Inciderat nempe illa ætas, in qua Christianæ Religionis lumen, discussa tandem inueteratæ quamquam impietatis caligine, se late iam ac aperte diffundebat, in viros, qui Gentilium sacris mordicus propugnandis intenti, trita philosophandi via, vt vulgari, nec eam in rem satis valida, relicta, sublimiorem longe & magis arcanam, tanquam instituto illi suo longe opportuniorem, sectari & profiteri inceperant. Quam in rem præuiis θεουργικοῖς, vt eadem vocarunt, ac ea tangit alicubi his quoque initiatus IVLIANVS, quibusdam sacris & mysticis purgationibus, accedente nonnulla silentii religione, abditam illam rerum diuinarum ac humanarum scientiam, profanis vulgo incognitam, discipulis demum suis ac alumnis interioribus recludebant. Hinc θειασμὸς, seu *diuinos adflatus* præ se ferentes, seque in Deorum consilium & contubernium, vt de illis ea ætate sapientiæ huius sublimioris consultis loquitur Gentilis ipse Eunapius, receptos, fidem iidem sibi ac venerationem apud incautos, vel imperitos, vel superstitiosos, & a fide Christiana auersos, facile

Orat. V. p. 173.

In Aedesio p. 74.

facile aucupabantur. Cuius ſcientiæ, ſeu diuinioris cuiusdam & occultioris Philoſophiæ, princeps eo tum ævo inclaruerat, de quo paullo ante, Chalcidenſis Iamblichus; cuius θειασμὸς ſeu *adflatus* ei peculiares tradit in eius vita idem Sardianus Sophiſta. Exſtat autem & verſatur hodie in eruditorum manibus, viri inter Anglos eximii labore ac induſtria vulgatus ante annos haud ita multos Græce ſcriptus ab eodem Iamblicho de Myſteriis liber: quo myſtica illa, non Græcorum adeo, quam Chaldæorum partim, partim Aegyptiorum veterum, ac inde ad Phœnices & Syros propagata, de Diis, de eorum natura & ordine, de vero & arcano eorum cultu, ſacrificiorum ratione & efficacitate, diuinationum cauſis & generibus, & de Geniis inſuper ſeu Dæmonibus, occultior ſcilicet doctrina traditur & explanatur. Quibus etſi conſentanea quædam, maxime de Deorum natura, de primo rerum principio, de Dæmonibus, aliisque id genus, e doctore ſuo hauſta, exſtarent in Platonicorum, qui tum exſtabant, Plotini maxime, eiusque diſcipuli Porphyrii, libris; totum illud tamen *Theurgiæ*, vt eam vocabant, horumque θειασμῶν, & quæ eorum beneficio operarentur noui illi ſapientiæ diuinioris myſtæ, vis & ratio erat ferme Græcis ignora, aut nec dum fidem & ſectatores idoneos nacta. Quod vtique vel e Porphyrii, cui librum illum de Myſteriis oppoſuit Iamblichus, Epiſtola, ac præterea ex Euſebii, Gentilis Philoſophi, ad hunc IVLIANVM ea de re apud Eunapium verbis, quibus eum nempe, ne id genus Maximi Philoſophi *deliramentis*, vt eadem vocabat, ac *præſtigiis* continuo fidem daret, ſed fruſtra, voluit dimouere, abunde licet colligere. Haud eo minus, etſi non absque negotio, & poſt elapſum demum aliquod temporis, vt id alibi tradit idem Eunapius, ſpatium, diſcipulos & ſectatores reperit Iamblichus; interque eos ipſum, a quo IVLIANVS philoſophicis, vt ea de re paullo ante, diſciplinis eſt imbutus, Maximum Epheſium. Liquet id ex eodem Eunapio, præter indicata iam Euſebii Myndii apud eundem verba, in vita huius Philoſophi, ἦν δὲ ὁ Χρυσάνθιος ὁμόψυχος Μαξίμῳ τὰ περὶ θειασμὸν συνενθυσιῶν, *erat autem vnanimis cum Maximo Chryſanthius, quoad diuinos afflatus, & edendas illo cœleſtis mentis inſtinctu operationes;* & e ſequentibus ibidem plenius de eodem Maximo, iisque, quæ θειασμῶν illorum beneficio patraret, factis, ſeu præſtigiis. Quibus etiam captum adeo ac deditum tradit Philoſophicis tum ſtudiis in Ionia intentum, eumque adhuc adoleſcentem IVLIANVM idem, Gentilis alioquin & ſummus eius admirator, Chriſtianæ vero Religionis irriſor Sophiſta; vt valere iuſſo, qui eum ab illis Maximi huius præſtigiis auocare, vt paullo ante diximus, voluit, etſi Ethnicus itidem foret ac Philoſophus, memorato Euſebio, ſibi detectum, quem quærebat, eidem continuo regeſſerit; moxque Epheſum ad Maximum profectus, *ab eo totus pependit, & vniuerſam viri doctrinam mordicus retinuit.* Cuius etiam rei fidem inſuper facit, quod eiusdem Maximi, dum in Ionia apud eum verſaretur, de his, qui vniuerſum hoc condiderunt & conſeruant, doctrina permotum, *effractis leonis more vinculis, errore excuſo & caligine liberatum, veritatem loco ignorantiæ percepiſſe*, hoc eſt, eiurata clanculum fide Chriſtiana, Gentilium impietatem amplexum IVLIANVM tradat Libanius: quodque eundem Maximum, vbi aliquot poſt annis ſolus imperio præfuit hic Princeps, Conſtantinopolim, vt ea de re iam

Eunap. in Iambl. p. 47.

ἐπὶ μανίαις τισὶς ὑφιέμενος in Maximo p. 89. ἕνα μόγις τις χρῶτο ὑπὸ τῶν ἐμπλεκομένων ἐν ἀσαφείαις διατάσεσι, καὶ συμπεριτρέπων τῷ χρείττονι in Aedeſio p. 37. in Maximo p. 86.

ἐξαπίνης τε τῷ ἀνδρὶ, καὶ ἀπὸ ἀνεῖλε τὸν ὅλον σοφίσματος ἄχετο in Maximo p. 90. Panegyr. Iul. p. 175.

ante, continuo ad ſe accitum, inter intimos familiares, ad vltimum vitæ exitum penes ſe habuerit. Qua ratione inſuper factum, vt memoratus ſupra doctrinæ illius de Diis, eorumque natura, cultu, ſacris, apparitionibus, ſeu Gentilium Theologiæ occultioris ac ſublimioris princeps Iamblichus, eo in pretio & loco ſit ab eodem IVLIANO habitus; e cuius etiam libris ſe myſteriis illis initiatum, eaque, quæ de hiſce diſſerit, edoctum tradit ipſemet in Oratione de Sole, τὸν Χαλχιδέα Φημὶ τὸν Ἰάμβλιχον ὃς ἡμᾶς τά τε ἄλλα περὶ τὴν Φιλοσοφίαν, καὶ δὴ καὶ ταῦτα διὰ τῶν λόγων ἐμύησεν, *Chalcidenſem Iamblichum dico, qui cum alia in Philoſophia, tum hæc ipſa nos arcana libris ſuis edocuit*, ſeu *iis nos initiauit*. Quibus gemina alibi adhuc in eadem Oratione leguntur, vbi ſe myſtica illa, eaque deprompta e Phœnicum Theologia, a Iamblicho dicit, *pauca* nempe *de multis accepiſſe*. Accesſit hiſce duobus occultæ illius ſapientiæ, ſeu vaniſſimæ potius ſuperſtitionis ac impietatis, quibus mordicus adhæſit, vt de eo dicentem vidimus Sardianum Sophiſtam, IVLIANVS, doctoribus, Athenienſis illo ævo hierophanta, ſeu Eleuſiniorum ibi ſacrorum antiſtes. Qua de re audiendus eſt idoneus rurſus nec ſuſpectus vtique Auctor, idem nempe Gentilis, Eunapius; qui vbi IVLIANVM Maximo, illique, vt antea vidimus, quoad id genus doctrinas diuinosque adflatus ὁμοψήφῳ Chryſanthio, in Ionia vacaſſe aliquamdiu tradidiſſet, addit, ὡς δὲ καὶ ταῦτα εἶχε καλῶς, ἀκέσας τὶ πλέον εἶναι κατὰ τὴν Ἑλλάδα, παρὰ τῷ τῶν θεῶν ἱεροφάντῃ, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὁξὺς ἔδρομε. paullo poſt, τότε δὲ ὁ μὲν ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ τῷ θειοτάτῳ ΙΕΡΟΦΑΝΤΗ συγγενόμενος, καὶ ΤΗΣ ἐκεῖθεν ΣΟΦΙΑΣ ἀρυσάμενος χανδὸν, *vt vero pulcre iſtic fuit inſtructus IVLIANVS, vbi intellexit PLVS ALIQVANTVM latere in Gracia apud HIEROPHANTAM, Eleuſiniorum ſacrorum antiſtitem, velociter illuc accurrit*: dein, *tum temporis IVLIANVS diuinisſimi Antiſtitis familiari vſus colloquio, & EXPLETVS SAPIENTIA, quam affatim INDE hauſerat*. Quibus paullo poſt addit, IVLIANO in Galliis, ad quas pacandas fuerat cum Cæſaris poteſtate miſſus, hærente, e Græcia accitum ab illo eundem Athenienſem ſacrorum Antiſtitem, *cum quo remotis arbitris nonnulla ſolis ipſis cognita peregerit; quum cæteroquin omnes lateret, quod Deorum cultui foret ipſe addictus*.

in Maximo p. 90.

Ibid. p. 93.

Ibid. p. 94.

Vt minus vtique mirum videri debeat, hiſce doctrinis, ac a talibus earundem triumuiris, imbutum ab adoleſcentia IVLIANVM, a ſalutari veri Dei cognitione, ad exitioſum Deorum, ſeu Idolorum verius, cultum deſciuiſſe, illiusque vel impietatis, vel ſuperſtitionis, vel vaniſſimæ, qua ſe ſupra vulgus efferre voluit, ipſe, vti eundem a Gentili Scriptore appellatum diximus, *laudis immodica cupidus*, expreſſa reliquiſſe veſtigia, non in iis ſolum libris, quos aduerſus Chriſtianam Religionem ſcriptos, a Cyrillo autem editos maiori exparte, & confutatos, hic reperiet Lector, ſed ſubinde in iis etiam operibus, quæ ſub eius nomine vulgata hic itidem prodeunt. Mitto nefandas artes, νεκυομαντείας, impuri ſanguinis lauacro initiatum eundem Gentilium ſacris; puerorum & virginum ad animarum euocationem, diſſecta in abditis palatii receſſibus corpora; quæ de eo vel vera vel incerta fama prodita, a ſanctiſſimis viris, meritiſſimo Deſertoris illius odio, poſt eius mortem ſunt in litteras relata. Ad ea enim hic demum reſpicimus, quæ ab ipſis inter Gentiles, quique eius cæteroquin laudes ac virtutes mirifice extollunt, Scriptoribus

Aut. Vict. in Epitome.

Gregor. Naz. Στηλ. p. 91.

Cryſoſt. Orat. in S. Babyl. p. 491. Tom. V.

ſunt

sunt de illo testata; aut quorum hæc ipsa, quæ ille posteris consignauit, ingenii doctrinæque suæ monumenta, fidem etiamnum præstant. Adeo vt quamquam Platonis lectione, de Diis, de Dæmonibus, de animarum statu, ad Deorum cultum traductum eundem IVLIANVM, tradat alicubi Libanius; eidem Platoni autem, quod iam antea diximus, adsurgat is passim in his operibus, multa inde loca in eadem transferat, aut a semet prodita, eius dein auctoritate tueatur; aut vero petita inde dogmata, præterito eorum auctore, adducat: haud semel tamen ab eius placitis recedendum sibi, aut sublimius quid & occultius, quodque diuinum illum Platonem fugerit, e mystica illa ac diuiniore, quam aliunde, vt paullo ante vidimus, hauserat, Philosophia seu Theologia, adde, & pro concessa etiam sibi, singulari scilicet, Deorum munere, gratia, ac repentino quodam adflatu, quamquam dubitanter & caute, propalanda censuit. Vnde alibi quoque, se insanientem velut ac Bacchico furore correptum, nescio quæ arcana effudisse: *bouem* proinde *linguæ*, quod vtinam frequentius & adhuc opportunius factum ab eo foret, *sibi deinceps imponendum* tradit. Hinc vanissima illa, ne quid asperius dicam, de Sole Oratio: in qua de eo, vt qui ab vno quidem ac æterno Deo, sed ab æterno processerit & consistat, eique simillimus, aliorum præterea Deorum *νοερῶν* seu *intelligentium* dominus ac princeps; a quo etiam vt *δημιεργῷ* mundus sit ab æterno, citra vllam productionem, procreatus; ac deinceps futurus itidem æternus; & a quo idem perpetua eius prouidentia, totumque humanum genus regatur. Adde, qui non manifestis solum viribus, seu apparens eius *δίσκος*, (prout alibi in libris eius aduersus Religionem Christianam, *ὁ φαινόμενος τοῖς ὀφθαλμοῖς ἥλιος, τὸ νοητὸν καὶ μὴ φαινόμενον, apparens oculis Sol, intelligibilis & non apparentis* imago dicitur) totam naturam mouet, agitat, fœcundat; sed Rex nempe & Deus magnus, seu *φῶς νοερὸν*, cuius ingenita sit substantia, in animos, quos ipse procreauit, illabitur, iudicium iis largiens, iustitia regens, & splendore suo eosdem collustrans: immo, qui arcana & diuina quadam virtute, in septem illius radiis insidente, felices animas corpore solutas in sublime prouehit, sibique comites in æternum adiungit. Quomodo nempe aut Sol iam olim in Orphicis, seu Onomacriti desumptis inde *τελεταῖς*, *ὄμμα δικαιοσύνης*, *oculus iustitiæ* dicitur; aut eundem similiter *ἑπτακτίνα*, *cum septem radiis*, a Theologis dictum, notat, eiusdem Theologiæ in Timæum Platonis mysta, Proclus, *τὸ παιδευτικὸν καὶ* ΔΙΚΑΣΤΙΚΟΝ ΤΩ ΗΛΙΩ, *παρ' ὧ καὶ ἐγκόσμιος* ΔΙΚΗ, *καὶ ὁ ἀναγωγεὺς, καὶ* Ο ΕΠΤΑΚΤΙΣ (non, vt illi male, sicut in aliquot Iuliani codicibus, sed nullo sensu, *ὁ ἑπτάκις*) *κατὰ τὰς θεολόγους, quod vero ad institutionem facit, ac IVDICIALE, SOLI tribuitur, apud quem mundana IVSTITIA, & qui vim euehendi habet, quique iuxta Theologos SEPTEM HABET RADIOS.* Quomodo *ἡ πρὸς τὸ νοητὸν πῦρ ἄνοδος, ad ignem intelligibilem*, Φῶς nempe illud *νοερὸν solem intelligentem* aut *intelligibilem*, de quo Iulianus, *adscensus* in hac etiam vita, perfecta nempe virtute, a Iamblicho traditur: aut, ab eodem IVLIANO alibi in Sole, dum vitam agit, quærendum sibi portum & perfugium; quando vero vita excedit, eum *cum bona spe* sibi propitium ducem constituendum, Mercurio scilicet monitore, obseruat. De qua tamen, quod hic non erat præter eundum, IVLIANI post hanc vitam, seu ad Deos migraturi, quam & alibi adhuc tangit, *bona*

Orat. Funebr. p. 465

Orat. V. p. 174.

vid. initium Orat V. p. 158.

Orat. VII. p. 218.

Cyrill. Lib. II p. 65.

Orat. IV. p. 151.

Orat. V. p. 170.

Lib. II. p. 81

de Myster. §. III. p. 104. in Cæsaribus p. 336.

Orat. V. p. 180.

bona ſpe vel *fiducia*, ac proinde de tota hac ſublimiori Theologia, quis fuerit eius in vitæ exitu ſenſus, docebit Gentilis, eiusque alioquin laudator ſummus, Ammianus Marcellinus, *IVLIANVS moribundus, cum Maximo & Prisco Philoſophis, ſuper animorum immortalitate PERPLEXIVS diſputans.* Ad quem cæteroquin Solem, reliquos etiam illos Gentilium Deos reuocat, Iouem, Apollinem, Martem, Bacchum, Aeſculapium, Mineruam, Pronœam, Mercutium: quod ab aliis itidem factum, non e Macrobio ſolum, Prophyrio apud Euſebium, aliisque antiquis mythologis, ſed e variis inſuper ac priſcis, iisque ſymbolicis apud varias gentes Solis, aliorumque id genus Numinum, quæ protulerunt ſubinde ac illuſtrarunt viri docti, ſimulacris, conſtat; quo autem nomine abſurdam ac ineptam eandem, ac de Sole nominatim, phyſiologiam merito redarguit Euſebius. Mitto quod prioribus conſentanea in eadem huius παραβάτυ de Sole Oratione leguntur: cœlum nempe innumerabili Deorum multitudine ab eodem Sole eſſe completum: aut de eodem in tribus, quos obit in cœlo, orbibus, tres Gratias gignente: de triplici Gratiarum e cœlo influxu, e circulis nempe quadrifariam in cœlo diuiſis; ac vnde is quadripartitam immittat annuarum tempeſtatum gratiam: quæ quidem, vt ipſemet id ſibi tribuit, ſubtilius ſcilicet tangit. Hæc omnia partim e Platonica Philoſophia, quod vel docebunt e Chriſtianis Clemens, Origenes, Euſebius, Dionyſius ille Pſeudareopagita, aliique; partim e veteri Chaldæorum ac Aegyptiorum Theologia, vt id ſuis oſtendetur locis, ac e Iamblichi, a quo is eadem ſe accepiſſe fatetur, deperditis de Diis, vel de illa Chaldaica Theologia, quorum ſit apud veteres Auctores mentio, aut vero qui etiamnum exſtant de Myſteriis, libris hauſta: quam vana ſint, ac vere, vt cum Comico loquar, ἀνδρὸς μετεωροφένακος, quod vel facta eorum mentio ſatis ſuperque euincit, iam non dicam: ſed quam minime illum decerent, cui verus & ἀφανὴς Sol Iuſtitiæ ab ortu illuxerat; cui φῶς illud νοερὸν vel νοητὸν (de quo videri poteſt memoratus paullo ante Dionyſius) non in Sole, ſed in vno ac vero eius & rerum omnium δημιουργῷ, quærendum, e ſacris Oraculis fuerat abunde edoctus. In quæ vero inſanientis illius ſapientiæ, vel eodem, vti paullo ante vidimus, ſatente, deliramenta, referri iridem debent, non abſtruſæ dicam, vt easdem ipſe iactat, aut ſubtiles, ſed futiliſſimæ verius, quibus Oratio eius in Deum Matrem eſt repleta, ſeu vnde tota eadem eſt contexta, disquiſitiones: quibus aniles poetarum fabulas de illius Deæ natura & viribus, de toto eius choragio, Attide, eiusque cum Nympha congreſſu, caſtratione, comploratu, fuga in ſpelunca, latebris; de gallo præterea, Corybantibus, leone, ſacra arbore; de peculiari in eius ſacris caſtimonia, cibisque in iisdem vetitis; de tempore, quo eadem ſacra Romæ celebrabantur; e myſtica, ſibique primum comperta, vere autem inſulſa haud minus quam impia, reconditæ cuiusdam doctrinæ facultate, explanare adgreditur. Vnde etiam quæ ea de re philoſophatus ſit paullo ante Porphyrius, ea nec ſe vidiſſe hactenus aut legiſſe, vt neſciat omnino, an in eadem cum illo incurrat eius ſermo, ab eius limine profeſſus fuerat IVLIANVS. De Attide quidem, quomodo eum ſymbolice ſit interpretatus Porphyrius, nonnulla apud Euſebium leguntur, quæ cum IVLIANI ea de re, quod iam vidit Petauius, ſententia nullatenus conueniunt. Cui autem magis accedit, ſeu qui ea inde mutuatus vide-

Lib. XXV. cap. III.

Lib. I. cap. XVIII.

Prep. Ev. Lib. III.

Prep. Ev. ang. Lib. III. p. 120.

Ariſtophan Nubp. 145

Malach. IV. 2.

de Diuin. Nomin. c. IV. Sect. 4. & 5.

Orat. V. p. 161.

Prep. Ev. ang. Lib. III. pag. 110.

videtur, Salluſtius Philoſophus in libello de Diis & de Mundo; vbi etiam inter alia allegorica de Attide vtrique communia, Gallus in illius Deæ ſacris lacteum ſcilicet circulum, vnde patibile corpus deſcendat, indicare, vt hic itidem factum, dicitur. Neque aliena rurſus ab illa huius τῦ Παραβάτυ, de iis Deæ Phrygiæ ſacris, Theologia tradidiſſe alterum eadem, iuxta Salluſtium, hoc eſt, proxima poſt IVLIANVM ætate Philoſophum, Proclum nempe, facile liceret opinari; dum apud Suidam dicitur, eum Μητρωακὸν, ſeu de *Magna Deorum Matre librum* edidiſſe, quem, qui in manus ſumpſerit, videat continuo, quomodo non ſine diuino itidem adflatu, totam illam Theologiam in lucem protulerit atque patefecerit. Quibus conſentanea de eodem Proclo refert in eius vita, qui eo magiſtro vſus eſt, Marinus, ΤΑΣ ΜΗΤΡΩΑΚΑΣ παρὰ Ρωμαίοις, ἢ καὶ πρότερόν ποτε παρὰ Φρυξὶν ἀνυθαζθείσας ΑΓΙΣΤΕΙΑΣ, ἑκάστυ μηνὸς ἤγνευσε, *ſacris autem in honorem MATRIS DEVM, a Romanis vel etiamprius a Phrygibus celebratis, ſemet ſingulis menſibus expiauit.* Immo, quod ferme exciderat, qui reuera Proclus hiſce IVLIANI de illa Deorum Matre effatis, tanquam de *Dea genitali, animarum procreatrice, Deorumque intelligentium, quos que omnibus bonorum generibus cumulet, fonte*, ſeu ζωογόνῳ θεᾷ, ψυχῶν δημιεργῷ, νοερῶν θεῶν πηγῇ, &c. plane conſimilia iisdemque ferme verbis, ad Platonis Theologiam tradidit. Ne antiquiorem iis Heraclitum iam aduocem, quem abſtruſa quædam de Saturno & Rhea olim dixiſſe, tradit Plato in Cratylo. Accedit communis IVLIANO cum duobus hiſce Philoſophis, quem putidiſſimis iſtis de Deorum Matre fabulis præteXit, obtentus: antiquos ſcilicet, præeuntibus quidem vel ducibus Diis, rerum cauſſas indagantes, fabulis inde easdem incredibilibus de induſtria inuoluiſſe: quo ex illa incredibili & abſurda eorundem natura, comperta commenti falſitas, ad inueſtigationem veritatis homines continuo acueret. Quod vtique a duobus illis occultæ eiusdem Theologiæ inter Gentiles doctoribus, de myſticarum id genus fabularum cauſſa traditum quoque videas: Salluſtio quidem dicto paullo ante libello; a Proclo autem, ad Platonis Rempublicam. Quomodo etiam fabulas ei Theologiæ parti, quæ circa initiationes ac myſteria verſatur, τῷ τελεϛικῷ καὶ μυϛικῷ, vti a Proclo dicto loco itidem factum, ait conuenire IVLIANVS; quæque fabulæ myſticæ ab Orpheo, ſanctiſſimorum rituum conditore, ſint primum poſteris proditæ. A quibus etiam non abludunt, quæ e deperdito Plutarchi opere adducit Euſebius; latentis nempe & occultæ Theologiæ myſteria ideo illis fabulis inuoluta, vt de iis, quæ in illis ſilentur, maius aliquid, quam ex iis quæ dicuntur, liceret cuiuis coniicere. Quibus autem, vt hoc addam, aliquis forte color, e Chriſtiani Scriptoris, Dionyſii nempe, de quo paullo ante, & quæ alibi apud eum leguntur, verbis poſſet ab iis, ſi in ea incidiſſent, obtendi, καὶ ϗ ἀτεχνῶς ἡ Θεολογία τῶς ποιητικαῖς ἱεροπλαϛίαις, ἐπὶ τῶν ἀσχηματίϛων νόων ἐχρήσατο, *enimuero palam Theologia Poetarum ſacris fictionibus, ad carentes figura mentes* effingendas, *vſa eſt*: & quidem, ſi Maximi ad eundem locum gloſſam adeas, qua ad Gentilium Poetarum, Homeri, Heſiodi, ac ſimilium commenta, (quæ proinde, iuxta eundem, ibi dicuntur ποιητικαὶ ἱεροπλαϛίαι) quibus ſymbola cœleſtia ſint quodammodo ſimilia, reſpexiſſe idem Dionyſius dicitur. Verum vt incautius, ſicut alia nonnulla, ab

cap. IV.

Orat. V. p. 165.

in Πρόκλ.

Orat. V. p. 166. & 180.

Lib. V cap. XI. p. 166. 167.

Tom. II. p. 402.

cap. III. p. 172.

Orat. V. p. 216.

Præpar. Euang. Lib. III p. 83.

De cœleſti hierarchia cap. II. §. 1.

eodem Dionyſio dicta, aut minus vere ab antiquis eius interpretibus explanata, nunc mitram; cui fabuloſæ vel myſticæ, de qua hic agitur, Græcorum Theologiæ, Plutarchi aut aliorum adductis ea de re vetbis, opponit Euſebius cum Platonis ipſius, tum grauiſſimum inprimis alterius Dionyſii, illiusque Gentilis, quod etiamnum apud eum legitur, de eadem iudicium; ab illaque Theologia, eodem teſte, valde abhorrens Romanorum inſtitutum, & quidem in his ipſis Matris Deorum apud illos ſacris: vtpote quæ e Romanis indigenis nemo, nullaque Populi lege, nullo Senatus conſulto, Phrygio ritu celebranda ſuſcipiat; & quod ibidem ſequitur, *adeo fabulam omnem, dignitate & honeſtate vacuam, criminis inſtar auerſatur.* Vnde appoſite omnino iisdem ſubdit, quod, quum pauci admodum ſint, quibus ad eam, latentem ſcilicet in illis Græcorum fabulis Philoſophiam, pateat aditus; ex iis rudis & imperita multitudo, vel in Deorum contemptum delabatur, vel nullum flagitii ſcelerisque genus, eorum exemplo, ſibi deinceps cauendum putet. Immo, a quo inſtituto, fabulis id genus ac ſymbolis, vti factum ab aliis ante eum fuerat, doctrinam ſuam vel præcepta, ceu velis quibusdam ſacrorum myſteria, occultandi, Ariſtotelem recesſiſſe, obſeruat ad eundem Simplicius. Adeo vt etſi Platoni quandoque, aliisue priſcis Gentilium Mythologis, illas peruulgatas Poetarum de Diis fabulas, ad prima rerum principia ac vniuerſi naturam referre, easque inde explanare, haud inconſulto forte inſtituto, quanquam vaniſſimo conatu, licuerit: ita eruditum liberalibus non ſolum, ſed Chriſtianorum etiam, vt paullo ante diximus, doctrinis principem; immo, cui in illius Religionis gremio & cultu naſci ac adoleſcere datum diuinitus fuerat, qui veri inde vniusque Dei cognitione fuerat a prima ætate imbutus, ſanctiſſimisque eius myſteriis initiatus; eundem tamen id adgreſſum, eo ingenii aciem, tantaque animi contentione, intendiſſe, immo longius iisdem illis ſuis impiæ & præſtigiatricis, vt cum Plauto loquar, doctrinæ magiſtris progreſſum, vt aniles quasque & abſurdiſſimas de Gentilium Diis, de illa maxime inſana & furibunda Deorum Matre nænias, noua quadam & ſubtili ſcilicet, ſed vere futili ineptiſſimaque interpretatione explanaret; quis, inquam, tacitus, ac citta iuſtiſſimam indignationem ferat, aut tolerandum vel excuſandum vllatenus ſtatuat? An inde forte veniam vel laudem merebitur, quod eadem deliramenta ſint totidem, vti ab eo dicuntur, τελεστικὰ ὑποθέσεις, *myſticæ hypotheſes*, ſeu, vt de iisdem alibi, ἀῤῥήτε μυσαγωγίας dogmata, quæ ab Chaldæis hauſerit; quæque in vulgus quidem ignota, beatis autem illis θεσπεσίοις ſint demum cognita; quorum etiam nomine ab illa ipſa Deum Matre, non in omnibus ſolum de Diis dogmatibus, veritatem, ſed præterea ἐν θεσπεσίᾳ τελειότητα, ſeu in arcanis illis & effectricibus ceremoniis perfectionem, ſubmiſſe flagitat? Immo prout (id enim alibi, inepte haud minus ac impie iactat) eam cum vniuerſis Diis, tum maxime eidem magnæ Matri, gratiam ſe debere agnoſcit; quod ſe in tenebris vagante, abſcisſis a ſe omnibus prauis animi motibus & cupiditatibus, eam in mentem eius lucem immiſerit eadem Dea, quæ a vera non ſolum, ſed arcana & religioſa de Diis ſcientia penitus non abhorreat. Vnde haud mirum, ſi alibi, quod antea obiter adtigi, ſe longius diuino illo ſuo Platone, in ſapientia ac rerum ſublimium cognitione, progreſſum haud diſſimulet, ſed aperte profiteatur: ſi & alio rurſus loco, Ariſtotelica & Platonica etiam decreta,

Prep. Euang. Lib. II. p. 77. Antiq. Lib. II. p. 50. &c.

p. 51.

Simplicius Prolegom. Fradic. p. 2.

Orat. IV. p. 148.

Orat. V. p. 172.

Orat. V. p. 174.

Orat. IV. p. 151.

Orat. V. p. 162.

decreta, etsi simul iuncta, nisi editis diuinitus Oraculis accedant, absoluta esse non posse statuat: vnde denique, quæ Græcis sunt obscuriora, tradia se adferat: quibus tamen, ne ea nempe in profanum vulgus temere efferantur, sed vt grande aliquid Deorum arcanum, in penitiori illustratæ diuinitus mentis suæ reeessu reconditum maneat, sibi non immorandum credit. Quo loco illud hic mihi satis opportune, vti opinor, occurrit, quod de quodam mysticæ illius ac diuinioris scilicet Theologiæ, ac eadem illa ætate, candidato, Antonino Sosipatræ filio, refert Eunapius: *quotquot nempe*, vt Græca eius ea de re verba nunc omittam, *ad eius colloquium admissi, problema aliquod ratione fultum proponebant, Platonica doctrina copiose & sincere ab eo fuisse expletos; quum vero altiora quædam de rebus diuinis scisciterentur, eos tum in mutam velut statuam incurrisse: vsque adeo ille nullo eos verbo dignabatur, sed immotis sublatisque in cælum oculis, quasi orbatus sensibus iacuerit: neque quenquam vidisse illum in eiusmodi disceptationes descendentem.* Ne ea iam adtingam, quæ in duabus hisce Orationibus leguntur, non e recentibus adeo θεουργοῖς, seu sublimioris scilicet Theologiæ mystis, quam ex antiquis Philosophorum placitis, sed perperam itidem, vel petita, vel detorta. Cuiusmodi illud de materia ab æterno a Diis existente: quod a Platone quidem traditum, sed ita vt eandem materiam summo Deo neutiquam putaret coæternam, agnoscunt posteriores Platonici: aut explosum illud a toto recentiorum, etsi haud in vnam ii scindantur sectam, Philosophorum grege, Peripatetieorum de *formis*, quod aiunt, *substantialibus* triuiale dogma: quæque sint non materiæ solum seu corporis expertes, sed etiam, de quo silent iidem Peripatetici, intelligentes, ac penes Solem resideant, eiusque opera existant & conseruentur. Adde, quod is in alia quadam tangit Epistola, de pluribus hominibus, simul a primo mundi ortu, non vero de vno solum, a Deo procreatis, & quod alibi sit pluribus ostensurus. De mundi quidem hominisq, ad imaginem Dei geniti opificio, a Mose diuinitus tradita, quibus autem nonnulla tantum opponit Platonis de hoc argumento dicta, alibi mulierem ex Adamo creatam, refert ac iugillat in libris de quibus iam non agimus, aduersus Religionem Christianam scripris, seu in iis Excerptis, quæ inde adduxit ac refellit in opere, quod hic itidem prostat, Cyrillus. Sed quid aliud ab eiusdem Religionis Desertore exspectes? aut quis esset huius impietatem ac ineptias redarguendi finis, vbi illum a veræ & germanæ sapientiæ cultu abducit insana Christianorum doctrinam sacrosque eorum libros insectandi libido?

Orat. IV. p. 146.

Orat. V. p. 172.

in Aedesia. p. 77.

Orat. V. p. 170.

Bessario Cardin. Lib. II. c. V. Orat. IV p. 140. 141.

Fragm. Epist. p. 191. 192.

Lib. II pag. 49. 57. 58.

Neque tamen eædem illæ duæ in Solem ac in Deorum Matrem Orationes, in quibus exstat illa vanissima, quam modo adtigi, reconditæ cuiusdam & mysticæ Gentilis Theologiæ ostentatio, omnibus sanioris alicuius doctrinæ notis penitus destituuntur. In iis enim legas: non aliud esse Dei substantiam, aliud vim, aut tertiam insuper actionem: quippe omnia quæcunque vult, ea esse, & posse, & efficere: Deum omnibus excellere, circa quem, & cuius gratia sint vniuersa: animæ ad salutem obtinendam longe conducibilius, si maiorem suimet ipsius, quam salubritatis corporis curam gerat: eadem anima, quum se totam Diis (Deo dixisset) dederit, suaque omnia iis regenda permiserit, succedente castimonia, ac præcedentibus diuinis legibus, diuinam ei lucem adfulgere: qualia forte, tanquam gemmæ in luto illo ac in tenebris micantes subinde

Orat. IV p. 142.

Ibid. p. 136.

Orat. V. p. 180.

inde, in lectoris animos incurrent. Quo referas etiam alia in reliquis eius operibus obuia: ſicuti leges animis noſtris eſſe inſcriptas, per quas omnibus ſine magiſtro ſit perſuaſum, numen aliquod eſſe diuinum, ad quod ſit reſpiciendum & contendendum: immo eos omnes, qui interrogant, aut vtcunque diſputant, vtrum ſint Dei, (abeſſet hic impia plurium enumeratio!) non reſponſo, vt homines, ſed vt beſtias pœna proſequendos: veras autem de Deo opiniones ſuſcipere, non perfectæ ſolum virtutis, ſed eiusmodi eſſe, vt dubitari poſſit, vir ille, an Deus (nempe Deo proximus) ſit appellandus. Adde, quæ eidem IVLIANO, e Religionis illius, quam deſeruerat & inſectabatur, doctrinis, diuinisque, quæ verſanerat, & quibus dein illudebat, oraculis, adhuc videntur inſedisſe: Deum nempe tantum gaudere piorum hominum mente, quantum purisſimo cœlo: cogitationes noſtras a Deo excitari, quando mens ad ipſum conuerſa, ſecum ipſa primum, & per ſe ſolam, cum Deo conſuetudinem habet, ac a nullo diſtinetur: & quæ aurea omnino, Chriſtianum adhuc anagnoſten, non Gentilem deſertorem, ſapiunt, *vt bonorum omnium reuera maximum pietas & religio, ſic contra maximum malorum impietas:* alibi, *breue tempus bene & innocenter actum, peccanti immortalitati anteponendum:* alio autem loco, *hecatombas* (quibus tamen ille, vt aliunde conſtat, ad inſaniam vsque erat deditus) *cum ſanctitate neutiquam eſſe conferendas: quacunque enim cum ſanctitate* (vtinam non *Diis* denuo, ſed *Deo* dixiſſet) *offeruntur, ſeu' parua ſeu magna, perinde apud illos haberi; remota vero ſanctitate, non ſolum hecatomben, ſed chiliomben etiam Olympiacam, nihil præter inanes ſumptus eſſe.* Quibus conſentanea alibi rurſus dicit, *fieri non poſſe, vt, qui ſe diuino numini permiſerit, neglectui prorſus habeatur, penitusque deſeratur:* ac illa denique non tam Chaldaica, aut Hermetica, aut vero Platonica, quam Chriſtiani fiducia, *magnas poſt obitum ſpes hominibus a Deo oſtendi, quibus omnino fides ſit habenda.*

Orat. VIIp. 209. Ibid. p. 237. Epiſt. ad Themiſt. p. 265. Orat. VIII. p. 249. Epiſt. LII. p. 438. Epiſt. XVII. p. 385. Orat. VII. p. 213. Orat. VIII. p. 249. Fragm. Epiſt. p. 291.

Quam præclara itidem, in hiſce eiusdem Principis operibus, paſſim velut pulcherrimis ſententiarum luminibus colluſtrata, quæ ad morum doctrinam, vitamque ad rectæ rationis ac virtutis normam rite inſtituendam, excitant ac impellunt! Hinc illa, ab initio ferme totius operis, antiquæ legis mentio, a primis Philoſophiæ auctoribus latæ: debere omnes & in omnibus magnis & parvis, dictis factisque, ad virtutem ac honeſtatem, quæ, vt alibi id tangit, omnium rerum extremum ſit ideo a priſcis Sapientibus dicta, reſpicere: virtutem eſſe rerum omnium honeſtiſsimam, eamque perpetuo retinendam: omnes proinde actiones ad eam eſſe referendas: rectam vtique doctrinam, non verborum eſſe & linguæ magnificum quendam ſonum, ſed mentis bene conſtitutæ adfectionem, verasque ac certas de bonis & malis, honeſtis ac turpibus, ſententias. Hinc, vt pauca adhuc e multis tangam, nullatenus in rebus externis, diuitiis, genere, amicis, quærendam eſſe felicitatem: Philoſophiæ principium ac finem vnicum eſſe, de quo obiter paullo ante, & ſcriptus fuerat haud ita pridem a Porphyrio liber, illud ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ, *ſe ipſum noſſe*: id quod nihil aliud ab antiquis & genuinis Cynicis æque ac Stoicis ſit habitum, quam accurate perdiſcere, quid animo, quid corpori tribuendum: incumbere in ſtudium virtutis, temperantiæ, modeſtiæ, libertatis, ab omni inuidia ac ſuperſtitione liberæ; finem autem, Deo ſimilem fieri. Ideo præclare ait alicubi, quod mul-

Orat. I. p. 3. Epiſt. XXX. p. 404. Epiſt. XLII. p. 432. Orat. VI. p. 194. Orat. VII. p. 215. vid. Stobæi Eclog. p. 184.

multarum rerum ſcientia mentem non conferat; nec infiniti libri eam in rem ſint pernoluendi: item, non adeo, quod plerisque bona vel mala videantur, eadem agenda eſſe vel omittenda, ſed quatenus ſunt rationi ac menti a Deo nobis inditæ conſentanea vel aduerſa: omnes omnino ex animo perturbationes eiiciendas, ac e recto rationis præſcripto omnia peragenda: nihil turpius, nihil ab homine, cuius anima ſit pars diuinior, magis alienum, immo præſtare illum in Charybdim, Cocytum, ac decem ſub terra vlnarum millia præcipitari, quam in illud vitæ genus delabi, quod ventri, quod libidini ſeruiat. Quam eximia vero ſunt, quæ de beneficentia, de qua paullo poſt dicendi erit locus, in quoſuis egenos aut peregrinos præſtanda; aut vero alibi de temperantia, & quibus in rebus ſit ſita, diſſerit! Deo nempe & legibus ſeruire; æquo iure cum æqualibus viuere; ſi qua in re excellas, moderate id ferre; curare ac prouidere, ne pauperes a diuitibus opprimantur; iniurias, inimicitias, contumelias leuiter ferre; abſtinere ab omni voluptate, & quidem, (vt præclare adhuc, immo quod Chriſtianum rurſus, & ex integrioribus quidem, non vero Apoſtatam redolet) quæ neque admodum turpis, neque inhoneſta etiam videatur; non poſſe eſſe domi temperantem, ſi foris ſit diſſolutus, & theatris ac Circenſibus delectetur. Adde, quod maius eſt ac omni laude dignum, quas temperantiæ leges, tanquam non priuatis ſolum, ſed ſibi, etſi vni tum rerum in orbe Romano potienti, præſcriptas, ſeu ad quas ipſe ſe adſtringeret, ibidem tangit: qui & alibi haud ſemel de principum, ipſe ſecundi tum in orbe, aut etiam primi iam faſtigii compos, officiis accurate diſſerit: qui Deceſſorem ſuum, ſed tum adhuc ſuperſtitem, Conſtantium nempe, laudat, cui quum in leges ipſas poteſtas ſit data, quaſi ciuium quispiam ſe legibus tamen ſubiectum gerat: qui actiones omnes ad virtutem refert: qui de iis inde, ſeu ex adfectionibus, quibus ſit princeps ad res gerendas impulſus, non ex euentu, etſi proſpero, iudicandum docet: qui admirabilis temperantiæ, & continentiæ, ac ad aliorum exemplum, laude excellit. Adde, dum ipſe earundem virtutum non præco ſolum, ſed imitator ſummus exſtitit: qui ſibimet, vbi terrarum imperio præeſſe inceperat, tria illa velut a Numine præſcripta memorat, pietatem erga Deos, (vtinam rurſus erga vnum ac verum Deum) aduerſus amicos fidem, erga ſibi ſubiectos humanitatem. Immo quam vere ſortis illius ſuæ, ad quam fuerat euectus, intelligentem, in Epiſtola ad Themiſtium, vti obiter id ſupra iam attigi, ſe prodit! dum maius quiddam, quam pro humano captu, onus imperandi, poſt Ariſtotelem, ac inde diuiniore natura Imperatori opus eſſe, agnoſcit: dum, quale certamen ſibi ſit obeundum, docet: quanto apparatu, qua prudentia opus, vt inclinationes vicisſitudinesque fortunæ, quæ in vtramque partem accedunt, vti ventorum gubernator, honeſte ac decore ſuſtineat. Quam præclara ſunt inſuper in eius Cæſaribus harum rerum præcepta, vel exempla! Quam in ſingulis ferme verbis, in iis maxime, quas magnis illis Heroibus, Alexandro, Cæſari, Auguſto, Traiano, Marco Aurelio, Conſtantino tribuit, concionibus, ſed quæ non indiligenter dudum expendimus, cum illius, quæ vitam ad virtutis ac honeſti tramitem deducit; tum alterius, qua ciuilis ac militaris imperiorum ad miniſtratio continetur, ſcientiæ expreſſa ſunt, & ad viuum quidem, ſimulacra!

Orat. VI. p. 187.
Orat. VI. p. 196.
Ibid. p. 198.
Fragm. Epiſt. p. 290. Miſopog. p. 348.
Orat. I. p. 45.
Ibid. p. 42.
Orat. VII. p. 233.
pag. 260.
Ibid. p. 254.

Inſignem vero, quæ vel ad hiſtoriæ illius ævi, vel ad antiquiorum ritum

tuum, quæ ex hiſce IVLIANI lucubrationibus percipitur, notitiam reſpicit, ſeu vtilitatem, ſeu laudem in Præfatione iisdem præmiſſa, quæ hic etiam legitur, dedita opera commemorauit doctiſsimus Petauius: vt vel inde, quod ille ibi quoq; intendit, commendatio haud vulgaris iisdem illis operibus accederet. Conſtat equidem, hiſtoriam illius ætatis, qua Conſtantinus, ac dein Conſtantius, orbi Romano præfuerunt, multa adhuc caligine, maxime quoad res pace aut bello, domi aut foris geſtas, eſſe inuolutam; eamque nobis demum cognitam, aut e Chriſtianis Scriptoribus, qui floreſcentis tum primum Eccleſiæ annales, vel faſtos temporum, ad poſteros transmiſere: aut e Gentilibus, qui ſumma tantum capita compendiariis quibusdam libellis ſunt complexi, vel Orationibus ad pompam editis, pauca itidem, ac declamatorum potius quam hiſtoricorum fide ac ritu, adtigere; ſi duos ex eorundem Gentilium numero excipias, Ammianum Marcellinum ac Zoſimum. Verum ea illius, ſeu Ammiani, quæ hodie ſupereſt, hiſtoria, cuius nempe maior pars grauiſsimo litterarum damno periit, a fine Magnentiani belli, ac proinde ab anno, quo ſolus imperauit Conſtantius, decimo ſeptimo, initium demum ducit: Zoſimus autem, acerrimo in Religionem Chriſtianam odio, duobus illis principibus, Conſtantino & Conſtantio, vti poſtea magno etiam Theodoſio, infeſtus; ac præterea proprio quodam ſuo inſtituto, multa vel præterit, vel diſſimulat, vel confundit: quod cum aliunde, tum ex hoc ipſo, vt mox dicetur, IVLIANO, tum ex inſtituta earundem rerum, ſeu illius temporis, cuius vterque hiſtoriam perſequitur, cum Ammiano collatione, abunde quiuis intelligit. Adeo vt haud aliunde certius percipi, vel ſuppleri opportunius ea, in quibus iidem Auctores deficiunt, vel inter ſe non prorſus conſentiunt, nunc poſſint; quam ex aliis ſinceris, maxime autem quæ eadem ætate, ab iisque, qui illa videre vel ipſi geſſerunt, ſunt litteris prodita, monumentis. Vnde IVLIANI huius primordia, ad tempus illud, quo Cæſar eſt a Conſtantio nuncupatus; vel quæ ab ipſo Conſtantio, ab eius, vt itidem dicam, ortu, ad Magnentiani belli finem, aut ſub eius auſpiciis ſunt geſta; nemo vtique nos ipſo IVLIANO certius hodie ac vberius edocet. Ex iis enim duabus Orationibus, quibus Principis illius, a quo recens ad imperii conſortium fuerat adſcitus, laudes & facta, prout vtriusque lemma præfert, celebrare inſtituit, & quæ in hiſce IVLIANI operibus agmen ducunt, multa, de quibus ſilent alii Auctores, diſcimus: eundem nempe Conſtantium in Illyrico natum; prouida parentis cura, in optimis quibusque cum corporis tum animi exercitationibus inſtitutum; in campeſtribus maxime, iisque cum equeſtribus tum pedeſtribus meditationibus, ſingulari cum induſtria verſatum; in ciuili diſciplina, ſub optimis ea ætate magiſtris, eruditum; ſumma eundem fuiſſe in patrem, cum ſuperſtitem tum fato functum, pietate; eo autem mortuo, caſtrenſem tumultum ab ipſo compoſitum; mox eundem in Orientem contra Perſas, qua expeditione vltra Tigrim repreſſi iidem fuerint, profectum. Accedit hiſce accurata Magnentiani belli hiſtoria, quæ, vt in Obſeruationibus ad eandem noſtris vidimus & expendimus, quam confuſa, manca, & contrariis etiam narrationibus, ab illius aut proximi ævi Scriptoribus ſit tradita, ex hiſce demum Orationibus, quæ biennio circiter a confecto eodem bello ſunt conditæ, certior haud parum ac plenior eruitur: ac inter alia, de claſſe, quæ ex Italia ob Magnentii ſæuitiam profugos veheret, a Conſtantio excepta: de eodem Magnentio,

tio, poſt cladem ad Murſam, in præruptis Italiæ ad Aquileiam, non, iuxta Aurelium Victorem, circa Ticinum, hærente; aliaque eiusdem, dum in ea vrbe ludis vacaret equeſtribus, ſeu exercitus eius clade. Adde claſſem, nauibus ad eam inſtruendam ex Aegypto & Italia comparatis, Carthaginem ab eodem Conſtantio miſſam; ac eius auſpiciis debellatos Pyrenæi, miſſo illic nauibus exercitu, ſaltus. In rebus autem ab eodem Conſtantio contra Perſas geſtis, ſingularis occurrit cum illius ad Singaram prœlii, etſi Romanis minus proſperi, ac inde non ſincera adeo fide, quod nec diſſimulauimus, ab hoc Oratore traditi narratio; tum memoranda maxime feliciore exitu terminatæ Niſibenæ obſidionis hiſtoria. Quam equidem, Conſtantio quippe Romanoque nomini glorioſam, ea haud vulgaris elegantiæ & accurationis laude, in vtroque illo eiusdem Auguſti ſuique patruelis Panegyrico, perſequutus eſt IVLIANVS; vt haud immerito Zoſimum, quod iam viderunt alii, ab eadem diligentius enarranda, deterruerit. Mitto hic, quæ de portu Seleucienſi, ad Pieriæ nempe in Syria Seleuciam, & quidem ad ipſius Antiochiæ commoda & vtilitatem, exſtructo; porticibus præterea, fontibus, in illa Orientis Metropoli erectis; aut vero abſolutis Regiæ Conſtantinopoleos muris, ſtabilitisque plurimis eiusdem vrbis ædificiis, in eadem priori Oratione, traduntur; de quibus, præter vnum vel alterum, qui conditi illius Seleucienſis portus meminere, ſilent ferme, qui res Conſtantii aut origines earundem vrbium adtigerunt, Scriptores. Ne iam ea tangam, quæ verſis in probra laudibus, de ſingulari eiusdem Conſtantii in ſe, quamquam patruelem, totamque propinquitatem ſæuitia, ſeu conſobrinorum, patris præterea patruique, cæde, alibi, quorum ſingulorum ratio haud ſatis erat aliunde nota vel explicata, ac aperte in Epiſtola ad Athenienſes, & quidem ſuperſtite adhuc Conſtantio, memorat: aut eodem mortuo, obiter in Cæſaribus rangit.

Lib. III. c. X.

pag. 270. & 271.

Si vero ad IVLIANVM ipſum oculos conuertimus, haud aliunde vtique plura vel certiora de eius ortu, patria, prima inſtitutione, pædagogo, præceptoribus, ſtudiis, varioque eorum curſu, haud vno, in quo priuatus adhuc egit aut delituit, loco, toto denique vitæ cultu & inſtituto, quam ex his ipſis eius ingenii monumentis, petere dabitur ac haurire. Inde vtique, vt ea tantum ac obiter, quæ de eo vix aliunde conſtant, referam; natum illum in Thracia, ſeu, vt apertius alibi teſtatur, Conſtantinopoli, *in qua natus ſit, altus, & educatus*, ac primo quidem, quæ paucis poſt menſibus interiit, matris partu: ſeptennem eum, Eunuchi poſtea, vt aliunde conſtat, Mardonii dicti, qui ſub auo eius fuerat educatus, vt eidem matri Homeri atque Heſiodi poemata exponeret, curæ commiſſum: ab eo ſe ad præceptores in ſcholas deductum: quem autem Mardonium, gente quidem barbarum ſeu Scytham, vt vitæ principem morumque auctorem habuerit: quique eum puerum etiamnum, ab omni theatrorum aut ſcenæ ſpectaculo abductum, ad verum ſapientiæ, temperantiæ, aliarumque virtutum cultum traduxerit; intelligimus. Factum dein vt cum Gallo fratre, qui erat ab exilio reuocatus, ipſe autem e ſcholis abſtractus, in quendam Cappadociæ agrum fuerit ablegatus; vbi nemini æqualium, familiarium, aut hoſpiti cuipiam vel peregrino, patebat ad eos aditus; vbi honeſtis artibus ac ſtudiis etiam intercluſi, per ſex annos, & quidem in alieno fundo, fuerunt educati. Inde fratre Gallo in Regiam delato, ac dein Cæſaris dignita-

vid. Or. III. Epiſt. ad Athenienſ. & Miſopogonem.

Ep. LVIII p. 443.

Ammian. Marcell. *Lib. XXV. cap. III.*

Miſopog. p. 351.

Epiſt. ad Athen. p. 271.

Ibid. p. 272. gnitate aucto, & poſt quadriennium, vt aliunde conſtat, iuſſu Conſtantii cæſo, (de qua cæde, vt præter omnem iuris ordinem patrata, grauiter ipſe conqueritur) vbi per ſeptem menſes huc illuc fuiſſet raptatus, atque in cuſtodiam datus, ægre inde euadens, periculis iis tandem præter ſpem ereptus, maternam ſe in domum receperit; quum paternorum quidem bonorum nihil ad ſe, cuius quippe hæreditatem omnem adierat Conſtantius, retuliſſet. Cui poſtremo equidem facto parum conſentanea alibi protulerat; vbi domum ſuam ac familiam, quaſi in ſolitudine, a parentum nempe obitu relictam e potentium manibus a Conſtantio liberatam, inque priſtinas opes reſtitutam, tradit. Id quod alio rurſus loco, ac mortuo iam Conſtantio, adſerit; integram nempe auiæ hæreditatem, quæ ab aliisper vim fuerat occupata, ſaluam a ſe recuperatam. Inde autem, ſeu e materna domo, ob ſparſos noua rerum vicinis in locis rumores, ſeu, vtipſemet alibi ea de re ait, commoto in illum, neſcio quas ob ſuſpiciones, Conſtantio, ægre tandem ab Euſebia Auguſta perductum ad Principis conſpectum, impetrata dicendi facultate, ſeſe illic ab omni crimine purgaſſe. Vnde conceſſa eidem domum tedeundi licentia, eaque mox dæmonis alicuius maleuolentia, aut inſolito caſu, illi adempta, eum in Græciam proficiſcendi & quidem Athenas, ad capiendum ibi maiorem ingenii & doctrinarum cultum, eiusdem Auguſtæ precibus, facultatem obtinuiſſe. Ibi vero quum Conſtantio, eum e Græcia, poſt ſemeſtris in eadem moram, reuocanti, paruiſſet, atque in Mediolani ſuburbio hæſiſſet aliquamdiu; inde ſe, rurſus Euſebiæ Auguſtæ potiſſimum ſuaſu, nocturnisque præterea Deorum monitis, inductum, ne oblatam ſibi ab Imperatore Cæſaris dignitatem recuſaret: eaque ratione factum, vt veſtem, comitatum, (quem e quatuor ſetuulis, vnoque ex iis ſuſceptæ a ſe erga Deos pietatis, vt ille ait, immo fœdiſſimæ in vnum verum Deum impietatis, conſcio, conſtitiſſe idem tradit) victum, & habitationem commutaret, ac paullo poſt Imperatoris ſororem in vxorem duceret. Quæ ſingula cum in Oratione, qua illius Euſebiæ laudes eſt complexus, tum in Epiſtola ad Athenienſes, ac præterea in Miſopogone, ab eodem IVLIANO enarrata reperiet Lector. Vnde etiam intelliget, quam exiguo cum comitatu, trecentorum nempe & ſexaginta militum, ad quæ diſcrimina obeunda ſit mox a Conſtantio in Galliam miſſus; quæ pericula ei primum fuerint ſubeunda; quas res dein ibi feliciter ſimul ac fortiter contra Barbaros geſſerit; quoties Rhenum traiecerit; quot Germanorum oppida ceperit; quot captivorum millia abduxerit; quot prœliis decertarit; quam inuitus ad Auguſtum culmen fuerit ab exercitu, & qua occaſione, euectus; qua ratione ſe poſtea erga Conſtantium geſſerit; quomodo ſe in Epiſtolis dein ad eum ſcriptis, ab *Auguſti* appellatione, ſolo *Cæſaris* nomine contentus, abſtinuerit; ſupplicesque ad illum, totius exercitus nomine, pro mutua inter eos concordia, litteras dederit. Quibus omnibus a Conſtantio reiectis, concitatisque aduerſus IVLIANVM Barbaris, & miſſo ad eum quodam Galliæ Epiſcopo Epicteto, qui ei de ſalute tantum, non vero de dignitate, fidem daret; adactum ſe tandem, vt delatum ſibi, & qui ad amicorum ſalutem pertineret, honorem tueretur; non adeo pro ſua ſalute, ſed pro vtilitate Reipublicæ, & communi omnium, ac præſertim Gallicanæ gentis, libertate. Adde, eundem ſuſtuliſſe ex Helena vxore liberos, neque eosdem omnes immaturo partu, aut vix natos,

Orat. III. p. 118.

Fragm. Epiſt. p. 290.

Epiſt. ad Athen. p. 274.

Orat. III. p. 118.

Epiſt. ad Athen. pag. 275.

Euſe-

Euſebiæ Conſtantii vxoris fraude, periiſſe, (quod tamen ex Ammiani Marcellini verbis, & ex aliorum Auctorum de iis poſt partum ſuperſtitibus ſilentio liceret colligere) clariſsime liquere ex ipſius IVLIANI, in Epiſtola, quæ hic legitur, ad Iamblichum, verbis; in quibus τῆ τροφέως τῶν ἐμαυτῆ παιδῶν, *educatoris meorum liberorum*, fit ab eo mentio. *Lib. XVI cap. X.* *Epiſt. XL. p. 417.*

Quot autem & qualia, e liberalium diſciplinarum ac eruditæ antiquitatis penu, vel adiumenta doctrinæ, vel orationis lumina, accedant in hiſce IVLIANI operibus, haud difficulter ex iis, quæ de ſummo illius Principis ingenio, & ſingulari in optimis artibus a teneris inſtitutione, & incredibili diſcendi contentione diximus, licet ſtatuere. Etſi enim ipſe alicubi illarum optimarum artium ſtudia, non contemnenda quidem dicat, ſed ita vt demum occaſionis ſint loco, omnis autem labor in Platonicis ac Ariſtotelicis dogmatibus enucleandis collocetur: alibi etiam, ſatius ſuæque, Pontificis nempe Maximi, dignitati magis conſentaneum doceat, vni ſtudere Philoſophiæ, maxime quæ Deos diſciplinæ ſuæ auctores ferret, Pythagoram, Platonem, Ariſtotelis ſectam aut Zenonis: quam flagranti tamen ardore, & aſsidua conſuetudine in tractandos priſcæ memoriæ, quique aliis in artibus ac doctrinis verſantur, Auctores incubuerit, ſatis ſuperque in his ipſis inſignibus ingenii induſtriæque ſuæ monumentis comprobauit. Hinc vix frequentius in iisdem occurrent illi ipſi, modo memorati, Plato, Ariſtoteles; quam vel is, e quo omnes ſcientiarum fontes veteres hauriebant, Homerus, ac ſubinde Hippocrates, Herodotus, Thucydides, Plutarchus, Hipparchus quoque & Ptolemæus, vel fabularum conditor Aeſopus, aut rurſus e veterum poetarum claſſe, Heſiodus, Anacreon, Sappho, Simonides, Archilochus, Sophocles, Euripides, Oenomaus, Ariſtophanes, Callimachus: quorum nempe teſtimoniis, quaſi totidem floſculis, conſperſa ſunt & ornata hæc eius opera, ac vnde etiam illis haud levis gratia ac lepos continuo accedit. Adeo, vt quamquam Sacerdoti, & qua lege ſe ipſemet, tanquam, vt modo dicebam, Pontifex Maximus, illigat, neque Archilochum, neque Hipponactem, neque antiquioris Comœdiæ ſcriptorem quempiam, ob illiberales nempe eorum aut contumelioſos iocos, vel mordax carmen, aut vero, qui amatoriam poeſin excoluerant, legendos decernat: quam parum tamen ſe eidem decreto adſtrinxerit, cum aliunde ex his eius lucubrationibus, vbi cum Archilochi, cum Comicorum id genus ac Poetarum, quos modo adtigi, dictis haud ſemel nititur; tum e Cæſaribus maxime, vti ad eosdem iam olim vidimus, & e Miſopogone, qui non ſalibus ſolum & iocis ſunt conditi, ſed aculeatis etiam & quibusuis Hipponactis vel Archilochi Iambis mordacioribus dicteriis abundant, fiet cuiuis manifeſtum. Vt haud immerito dicatur a Cyrillo in Libris aduerſus eum ſcriptis, quod *magnæ variæque eruditionis famam ſtudioſe venetur*. Vnde præter inſignia inde orationis lumina vel ornamenta, quibus hæc ipſa IVLIANI opera paſsim colluſtrantur; plurima ex illa ipſa locuplete veterum Auctorum penu, quæ ad antiquos variarum gentium, qua ſacros qua profanos, ritus adtinent, eruuntur demum, aut vberius elucidantur. Ita de tempore SOLI INVICTO dicati apud Romanos feſti, ludorumque ſolemnium, qui nempe ante Kalendas Ianuarias, Sole Capricornum iam ingreſſo, & ſtatim a finitis Saturnalibus, editoque poſtremo gladiatorum vel beſtiariorum munere celebrarentur, quæ- *Fragm. Epiſt. p. 300.* *Fragm. Epiſt. p. 300.* *Or. IV. pag.*

que eorum ratio fuerit, luculenter demum ex eius in eundem Solem Oratione nobis conſtat; deque iis proinde omnino intelligendum, vt bene monuit Petauius, ac nouiſſime eruditiſſimus Pagi, id quod in veteri vrbis Kalendario ea de re in Decembri ſignatur, & quidem ad VIII. Kalend. Ianuar. *IV. Inuicti CMXXXX.* ac prout SOLI INVICTO, aut SOLI INVICTO COMITI, in Romanis Conſtantini etiam nummis legitur: non vero, vt viſum eſt Lambecio ad ea Kalendarii verba, aliisue nonnullis eruditis, qui eadem ad ipſum Conſtantinum, vel Conſtantium, quorum hic vel ille INVICTVS ſit tum dictus, ſibi referenda exiſtimarunt. N. proinde ſeu *Natalis* inuicti Solis ibidem ſignatur; ſicut in aliis eiusdem annui Kalendarii diebus, *Natali Mineruæ*, aut ſimiliter *N. Martis*, aut *N. Mercurii*, aut *N. Muſarum* &c. legitur. In quibus autem IVLIANI, vt obiter hoc addam, ea de re verbis, gloſſema in voce μῆνα, librariorum culpa, ibi intruſum, vere quoque, ſi quid video, coniecit Petauius: e Voſſiano etiam Codice, in quo poſtrema hæc Oratio in Solem & prior ſequentis in Matrem Deum pars defiit, nullum inde eluendo huic mendo ſubſidium nobis adfuit. Quæ vero paucis ideo præmonenda hic duximus, dum prodeant noſtra in eandem Orationem, aliasque huius Imperatoris commentationes, adnotata; & quod in eruditiſſimis ad Lactantium de Mortibus perſecutorum Notis, ſe ad ea, quæ de illo IVLIANI loco ad eundem ſimus quandoque dicturi, pro ſolita eius in nos humanitate, referat illuſtri eruditione, candore autem ſingulari, Cuperus. Idem vero IVLIANVS in ſacrato Matri Deum Hymno, de ſtatis eiusdem apud Romanos ſacris, totoque illorum inſtituto, vel apparatu differit; de ſacra arbore, primo die exciſa; altera die, de tubarum clangore; tertia, de myſtica & arcana Dei Galli meſſe; ac ſequutis deinde, vti Romani eadem vocarunt, HILARIBVS. Quæ ſingula itidem, iisque, quibus eadem Romæ peragebantur, diebus notantur in eodem veteri vrbis Kalendario; nempe ad XI. Kalend April. *Arbor Intrat.* X autem ad dictas Kalend. *Tubiluſtrium*; IX. *Sanguen*; & VIII. *Hilaria*. Vnde facta inſuper in illa Oratione mentio, quo tempore, & cur verno potius, (vti itidem a Salluſtio Philoſopho in libello de Diis & Mundo, qui id inde hauſit, factum videas) quam in autumnali æquinoctio illa Matris Deum ſacra fuerint celebrata: quibus cibis, & qua de cauſſa, vetitum in iisdem veſci, nempe leguminibus, punicis, malis, palmæ dactylis, piſcibus, porco: ac vnde obiter etiam tangit, quod in ſacris Romanorum aut Græcorum myſticis, nempe non honorariis, vt eadem vocat, piſces ſubinde, aut vero equum vel canem, ſeu parum viſitata alioquin animantia, ctare fuerit conceſſum. Adde, eandem caſtimoniam in Mineruæ, quæ in illis Magnæ Matris, & quæ eius rei fuerit ratio, ſacris ſeruatam: aut quod alibi obſeruat, quandam Callixenam, duplici ſacerdotio, eiusdem nempe Deæ Phrygiæ in Peſinunte, & Cereris, ornatam. Qua occaſione quoque, bina Athenienſium myſteria, Parua & Magna, diuerſumque, quo eadem peragebantur anni tempus, in illa Oratione commemorat. Accedit hiſce, id quod de igne Veſtali, vbi fuerat exſtinctus, e Sole iterum excitari apud Romanos ſolito, (qua de re agimus in noſtra de Veſta Græcorum Diatriba, nouiſſime denuo vulgata) alibi traditur. Quo referre etiam licet, quod Antiochenſes in conuiuia Maiumæ pecuniam effundere ſolitos, alio loco obſeruat; ac vnde conſueta luxuria agitatum adhuc procax illud a Chriſtianis eiusdem vrbis incolis

Critic. Baron. A. C. CCCVI. p. 19

Bibl. Vindob. App. Lib. IV. p. 300. Baluz. Not. ad Lactant. de M. P. p. 61

p. 194.

Orat. V. p. 168.

Ibid. p. 172. cap. V.

Orat. V. p. 176.

Ibid. p. 178.

Epiſt. XXI. p. 389.

Or. V. p. 173.

Orat. IV. p. 155.

Miſopog. p. 362.

colis festum liquet: cuius, tanquam primo ab Imperatore Arcadio; sed ita vt verecundia ac honestas in eodem seruaretur, retenti, dein alia lege aboliti, fit in Codice Theodosiano, ac prioris quidem legis in Iustinianeo etiam, mentio. Ita celebratas meminit apud eosdem Antiochenses cum proprias eorum, seu Syrorum, nempe ineuntis anni Kalendas; quæ, vt aliunde constat, non a Dio quidem seu Nouembri, sicut ad Ammianum de eo IVLIANI loco agens notauit doctissimus Valesius, sed ab Hyperberetæo seu ab Octobri, quod ex Euagrio monuerant iam alii, auspicabantur; tum eas tangit neomenias, quæ prima Ianuarii die, *communis* in orbe Romano *festi*, vnde eiusdem ritus seu celebritas elucet, nomine ab eo appellantur; solemnem denique, quæ III Nonas eius mensis peragebatur, pro salute Imperatoris, *Votorum Nuncupationem*, de qua in nostris ad primam huius Imperatoris Orationem adnotatis, hic in calce additis, a nobis agitur. Adde memorabilem alibi, nempe in Oratione de Sole, locum; vbi præter Romanos & Aegyptios, qui ad Solis cursum annos & dies metirentur, reliquas omnes, vt ita dicat, nationes, lunares menses suo æuo vsurpare obseruat; quod tamen (vt vnum hoc & obiter ea de re hic tangam) de plerisque Græcorum, non vero de plurimis aliarum gentium ciuitatibus, quæ ad Solem menses suo tempore numerarent, notat Galenus. Quomodo insuper tangit ibidem IVLIANVS, quod anni initium alii ab æquinoctio verno; nempe, prout id aliunde constat, Arabes & Damasceni; quidam ab æstate media, sicut Athenienses; plerique autem ab inclinante iam autumno, Macedones scilicet, Syri, Asiatici; Romani vero, a bruma; reddita etiam ab eo singulorum ratione, quæ iam hic non expendimus, nec id huius loci, repetant. Quid iam dicam, vt alicubi id notat, præstitutos apud Romanos, quibus intra templi sepia eorum sacerdotes sacra sibi obeunda peragerent, triginta dies? aut quæ in genere Gentilium sacerdotibus præstanda ibidem docet? quæ denique prouinciæ alicuius Pontificibus, in reliquos illius Regionis sacerdotes, iura incumberent? quod ex lacera prius & mutila, a nobis autem e priscis codicibus emendata, ad Theodorum quendam Pontificem Epistola, nunc liquet. Neque alibi forte obuia, quæ de Templorum apud eosdem Gentiles fabrica; quorum, sicut mactatæ in iisdem hecatombæ, ita alia fuerint ἑκατονταπέδα, seu *centum pedes magna*; quale nempe Mineruæ templum Athenis in arce exstitisse, e Plutarcho liquet, & priscis Grammaticis; & Aræ etiam ἑκατονκρηπίδες, *cum centena basi*: aut vero quod e Deorum hymnis, plerique ab ipsis Diis, qui accuratis prius eam in rem precibus fuerant exorati; pauci vero ab hominibus diuino spiritu adflatis sint profecti. Adde simulacrorum præscriptum quidem a maioribus cultum, sed ita, prout a superstitioso alioquin ac impio Deorum cultore dicitur, οὐχ ἵνα ἐκείνους θεοὺς νομίζομεν, ἀλλ' ἵνα δι' αὐτῶν τοὺς θεοὺς θεραπεύομεν, *non vt ista Deos esse credamus, sed vt ipsos per illa veneremur*. Mitto alios vel ciuiles, vel militares, superioris memoriæ, aut illius ætatis ritus, qui in iisdem IVLIANI operibus consignantur. Quo referas Athenienssium eo adhuc æuo Στρατηγὸν, imagine etiam ab iis cum eo titulo donatum, Constantium; ius patriarum legum seu αὐτονομίας, eadem ætate illis iam ereptum; Argiuos tamen, vt de iis alibi dicitur, libertatis, aliorumque iurium, quibus reliquæ Græcorum ciuitates concessu Imperatorum vtuntur, participes etiamnum exstitis-

L. XV. Tit. VI. Leg. I. & II. *Lib. XI. Tit. XLV. lege vnica.* *Mifcell. p. 346. ad lib. XXIII. c. 16.* *Or. IV. p. 155.* *Comm. in I. Epidem.* *Simplicius in V. Phys. Grac. p. 105.* *Scaliger de Emend. Temp. Lib. IV. Fragm. Epist. p. 302.* *Ep. LXIII. p. 452.* *Ep. XXIV. p. 396.* *in Pericle.* *Harpocration, Hesychius, Etymol. Magn. Fragm. Ep. p. 302.* *Ibid. p. 293.* *Orat. I. p. 8. Orat. III. p. 114.* *Ep. XXXV. p. 408.*

ſtitiſſe: Macedonas Argiuorum, quod præter Liuium ab aliis quoque eſt traditum, colonos fuiſſe. Adde eandem Argos Corinthiis, a ſeptennio, quo hæc ſcriberet IVLIANVS, tributariam redditam: duplicia apud Argiuos, qua de re in noſtris ad eximium Morellium Epiſtolis nuper egimus, Iſthmia, & apud Corinthios Nemea, intra vnam Olympiadem aut Pythiadem, quorum nempe quinquennales erant agones, celebrata: theatrales in Corinthiorum Iſthmicis, præter gymnicos ac muſicos ludos, venationes editas: ad quas præter illius vrbis opulentiam, multæ ciuitates, vt par eſt, pecunias conferrent. Docebit idem Princeps, modo reliqua tributorum a ſe remiſſa, ſed ita vt pars illius indulgentiæ in vſum, ederet militum; modo Antiochenſibus nominatim multa, præter alias ciuitates, condonata vectigalia; Senatorum ibidem numerum ad ducentos ab illo auctum; illum vero anniuerſarium canonem, quem Iudæorum Patriarchæ a Synagogis exegere per *Apoſtolos* eorum adſeſſores, ac inde ἀποστολῆς ſeu *apoſtolatus* nomine dictum, Iudæis non tam remittit, aut ne ii illud in poſterum penderent, eo Edicto, vt exiſtimarunt viri docti, prohibet; quam ſe eorum *Patriarcham hortatum*, vt ab illo exigendo deinceps vellent abſtinere, memorat in Epiſtola, tempore expeditionis Perſicæ, vt ex eadem liquet, ad Commune Iudæorum ſcripta. Verum cui admonitioni, ob ſequutam nempe IVLIANI cædem, non paruiſſe continuo Patriarcham; eundemque canonem ei, ſeu eius ſucceſſoribus, ſub Honorio a Iudæis penderi adhuc ſolitum, patet e legibus ab illo Principe latis, quæ exſtant in Codice Theodoſiano. Edicit vero alibi IVLIANVS Aegypti Præfecto, vt delectis Alexandrinorum adoleſcentibus, qui in Muſica erudirentur, menſtruæ in ſingulos artabæ, (notum Aegyptiæ menſuræ genus) præter frumentum, oleum, & vinum, ac veſtem præterea, iis ab ærario præfectis diſtribuendum, erogarentur. Accedit, quod de Nilo, qui ad diem XII. Kalend. Octobris, quindecim cubitis elatus, Aegyptum vniuerſam exundaſſet, Aegypti Præfectum, quo eum inde ingenti mactaret gaudio, certiorem facit, Epiſtola ea tantum de re ad illum ſcripta. Vnde tria ſimul in Lectoris oculos incurrunt: nempe antiquus ille ritus, qui ibidem adhuc viget, quo ſtatum Nili incrementum, ob fœcundatam inde Aegyptum, cum adnuntiari palam, tum publica feſtiuitate celebrari conſueuerat; tempus præterea, quo id contingere ſolitum, non ſolummodo proinde, vt aliquibus viſum, Sole leonem ingreſſo, illud autem mox in Virgine ſubſidere, iisdem, quibus Nilus accreuit, modis; menſura denique illius incrementi, & quidem media fere parte maior ea, quæ vbi ad ſedecim pedes eſt elata, ſolemni ritu iis in oris, & ad columnam quidem prope vrbem Cairum quotannis, adnotari ab Itinerariorum, quod aiunt, conditoribus tradirur. Quum iam olim Alexandriæ, in Serapidis templo, cubitus ſeruaretur, quo illud Nili incrementum metiri conſueuerant; quemque Conſtantini iuſſu in Chriſtianorum Eccleſiam deportatum, a IVLIANO autem Imp. denuo inde in Serapidis reductum, tradit Sozomenus. Mitto quæ de *ſacra* & *amplisſima Damaſco*, aliisque illius, vt eam vocat, *lovis vrbis*, & *Orientis oculi* decoribus, templorum frequentia &c. alibi memorat; ac vnde, vt alia nunc mittam, veteres & inſignes huius vrbis nummi haud parum illuſtrantur, quibus IEPA KAI ACYΛOΣ, item MHTPOΠOΛIΣ, *Sacra*, *Inuiolabilis*, & *Metropolis* eadem inſcribitur. Vt hoc addam, quod ab eodem

Ep. XLVIII. pag. 418. Miſopog. p. 301.

Petav. in Not. p. 115. & Iac. Gothofr. Cod. Theod. p. 231 T. VI. Πατριάρχου πρώην ὄντα

Epiſt. XXV. p. 397. Leg. XIV. XVII. & Sit. de Iudæis &c.

Epiſt. LVI. p. 442.

Epiſt. L. p. 432.

Kirch. Oedip. Aeg. Tom. I. p. 51.

Lib. V. c. III.

Ep. XXIV. p. 372.

eodem IVLIANO diſcimus, ſuggeſtum ſeu tribunal, e quo Romani Duces aut Imperatores adloqui milites fuerunt ſoliti, a militari prætorio olim ſeparatum, ad illud a Conſtantio reductum: qualis præterea veterum cataphractorum militum, ſeu *equitum ferratorum* vel *clibanariorum*, vt iidem leguntur quoque appellati, armatura, vel olim apud Perſas & Parthos, vel inde in Romanorum acie ſub eodem Conſtantio fuerit: quæ (vt alia id genus mittam, quod hæc ipſa præter inſtitutum iam fuſius adtigerim) enarrabit, ſeu verius lectori ante oculos ponet, primus, qui eidem Principi dictus eſt, Panegyricus. *Orat. I. p. 31. Ibid. p. 37. Ibid. p. 37.*

Sed quam potiora adhuc longe, circa illius ævi Chriſtianorum conditionem ac ritus, memorant eadem huius, qui ad viceſimum vsque ætatis annum, vt id de ſe alicubi in iis tradit, ad eorum ſacra adhæſerat, Auguſti Scriptoris opera! Nori aliunde, qui iam ea ætate circa Martyrum tumulos conſueuerant fieri, Chriſtianorum conuentus, ad celebrandum eorum, qui pro religione, cui ſacramentum dixerant, nouiſſimum illud certamen fortiter haud minus ac pie decertauerant, memoriam. Quod vti anniuerſario (ſicut e variis qui IVLIANO fuerunt coætanei, & quondam etiam familiares, Baſilii & Gregorii Nazianzeni Epiſtolis, ac aliunde liquet) ad tumulos illos, ſeu, vt illo ævo dici cœpta, *martyria*, omnis ordinis aut ætatis Chriſtianorum confluxu, indictisque eam in rem diebus, peragebatur; ita erant etiam e fidelium, & e ſequioris, inprimis ſexus numero, quibus frequentare crebrius eadem loca, ac in ſacris ibi ædibus ſeu monumentis, in memoriam eorundem Martyrum erectis, diuino cultui vacare, erat in more poſitum. Quod ab Antiochenſibus itidem factum, docet ſimul & ſuggillat, in eo, quo illos non multo ſolum ſale, vt cum Satyrico loquar, ſed acriori etiam ſtrigili defricare voluit, libello: vbi eos, ob dimiſſos a ſe ex eorum vrbe hiſtriones ac ſaltatores, perculſos & quaſi deperditos dicit, *vota & preces, quo tantis malis eriperentur, ad vetulas demiſiſſe, quæ circum ſepulcra mortuorum aſſidue verſantur.* Hinc alibi docet in eodem libro, ciuitates Antiochiæ finitimas, *ſepulcra atheorum omnia*, exſtructas nempe in Martyrum memoriam ædes, ſigno a ſe nuper dato euertiſſe: in libris autem aduerſus Chriſtianorum religionem conſcriptis, quaſi illi *infelices homines pro Diis colerent*, iisdem obiicit: alibi, quod ad cultum prioris mortui, Chriſti nempe Seruatoris, nouos mortuos addidiſſent: ac, vt continuo ſubdit, ſepulcris ac monumentis omnia a Chriſtianis repleta, etſi nusquam id iis eſſet præſcriptum, vt circa ſepulcra verſarentur, eademque colerent; quæ etiam *plena omni immunditia* ab ipſo Ieſu fuerint dicta. Has autem cauillationes quomodo diluat Alexandrinus Antiſtes, & ab hoc loco alienum, ac præterea in eodem hoc opere obuium, iam non tango. Sed quam luculenta in primis ac illuſtria, de ſingulari Chriſtianorum illo ævo, & quidem præ Gentilibus, in peregrinos humanitate, in egenos beneficentia, in ſepeliendis mortuis cura, in moribus ſanctimonia, hic ipſe Galilæorum, vti non alio eos nomine ſibi appellandos credidit, oſor quamquam ac irriſor, teſtimonia, in hiſce operibus, vt in Epiſtola ad Gentilem Galatiæ Pontificem, conſignauit. Sic alibi impios Galilæos, ideo ſcilicet, quod Gentilium ſacerdotibus neglectui forent pauperes, in id humanitatis genus ait incubuiſſe: deque inſtituta inde eorum decantata illa *agape*, hoſpitiis (non, vt ibi Petauius, *conui-* *Epiſt. L. p. 434. Epiſt. CCXCI. Epiſt. XC. XCI. XCVI. Miſopog. p. 344. Cyrill. adv. Iul. p. 201. & 243. Ep. XLIX. p. 449. Fragm. Epiſt. p. 305.*

λογεμένοις παρ' αὐτοῖς ἀγάπας, ὑποδοχὰς, καὶ διανομὰς τραπέζων. Ibid. Apol. cap. XXXIX.

conuiuiis) *mensarumque ministerio*, mentionem facit ; vnde, quod iam ā Tertulliano aliisque traditum videas, constare potest, pauperum ergo instructas potissimum illas a diuitibus *communes mensas*, *commune epulum*, κοινὰς τραπέζας, κοινὰς εὐχωχίας, vt eas vocant subinde antiqui Christianorum doctores. Immo vnde, quod monuit quoque Theophanes, *Xenodochia*, seu constituta ad recipiendos egenos quosuis peregrinos, Gentiles aut Christianos, domicilia exstruenda, certamque frumenti in Galatiæ prouincia quantitatem, quæ peregrinis & egenis subleuandis distribueretur, eodem in loco præcipit. Immo vnde inductus, hanc ipsam, & vniuersalem quidem, in egenos beneficentiam, quæ Christianorum, eo id agnoscente, propria quædam laus erat, pluribus etiam, ac intento quidem studio, commendat alibi IVLIANVS: quæ autem non e Gentilium libris, non e Platone suo, Aristotele, aut e Iamblichi etiam vel Maximi Philosophi præceptis, sed ex illis ipsis sacris, quorum Lector olim in templis Christianorum fuerat, libris, demum hauserat: nempe quum quærit ibidem (Græca compendii caussa, & in hoc opere obuia, omittimus) *num quis ex eo, quod in alios homines largitus sit, pauper est factus? Equidem quum in egentes sæpius erogassem, CVM INGENTI FOENORE a Diis immortalibus recepi: tametsi minus sim ad augendam pecuniam adtentus : neque me liberalitatis vnquam mea pœnituit. Ac præsentia quidem omitto*; (*neque enim rationi consentaneum est, priuatorum largitatem cum Imperatoria munificentia conferre*) *sed quum priuatus adhuc essem*, (ac proinde quum Christianorum adhuc sacra frequentaret) *memini id sæpenumero mihi contigisse*. Quæ vtique ab alio, sed Principum sapientissimo, diuinitus pridem dicta : *FOENERATVR DOMINO, qui miseretur pauperis* (seu, quod idem, *qui largitur pauperi*) *& restitutionem suam reddet ei* ; & alibi, *Anima qua benedicit* (*largiendo* nempe *eleemosynas*, vt ibi Hebræorum verborum interpretes) *impinguabitur* ; *& qui satiat, etiam ipse satiabitur*. Alterum, dum prioribus illis mox subdit IVLIANVS, *dicam amplius, etsi præter communem hominum opinionem id esse videatur etiam hostibus ipsis vestes*; *& alimenta largiri fas sanctumque est: non enim moribus, sed hominibus id tribuimus*. Quod demum e diuinis supremi Gentium haud minus ac Iudæorum doctoris apud Matthæum, ad cuius interpretationem ipse alibi Galilæorum magistros ablegat, præceptis, *diligite inimicos vestros, & benefacite iis, qui vos oderunt*, ab eorum præcone olim, postea desertore, haustum, nemo vtique non agnoscit. Vnde quo iure idem alibi, seu qua fronte iisdem, vel potius erga egenos quosuis, quam ipse alibi tantopere in illis extollit, suis autem, seu Gentilibus, modis omnibus imitandam & amplectendam suadet, beneficentiæ, aperte haud minus ac impie illudat: dum ideo a se iussum ait, vt Galilæorum pecuniæ omnes & facultates, ab Edessenorum Ecclesia sublatæ, militi diuiderentur, aut in priuatos suos vsus cederent; vt, *quo nempe facilius in regnum cœlorum veniant, hanc adferret iis opem*; *quo illi*, vt adhuc addit, *pauperes facti, sapiant*, *neque regno cœlesti, quod nunc etiam sperant, priuentur; non capio*. Idem etiam alibi ipsam ἐλεημοσύνης vocem, de illa in egenos liberalitate dici a Christianis solitam, qua tamen eo sensu vsus itidem Gentilis scriptor Laertius, tradit; ac suggillat; eosque cum Cynicis ibidem componit, qui bonis exiguis se abdicantes, non Ἀποταντισαὶ,

Fragm. Epist. p. 290. Fragm. Epist. p. 290. Prouerb. XIX. 17. Ibid. XI. 25. Ἐπεὶ δὲ ἀφ' ὧν παρέδοσαν οἱ πατέρες &c. Fragm. Epist. p. 290. & 291. Epist. XLII. p. 413. Matth. V. 44. Ep. XLIII. p. 424. Orat. VII. p. 224. Lib. V. c. XVII

ται, vt ibi emendauit Petauius, sed Ἀποτακτικοὶ, sint ab iisdem Christianis dicti: & quo cæteroquin Ἀποτακτικῶν *Apotacticorum* nomine appellatos illo æuo hæreticos, qui ob illam ἀκτημοσύνην, seu bonorum omnium renunciationem, gloriabantur, liquet, præter omnes IVLIANI codices, ex Epiphanio, βάλλονται δὲ καὶ Ἀποτακτικοὺς ἑαυτοὺς λέγειν, *qui & Apotactícos* seu *Renunciantes seipsos nominant.* Quos alioquin non Ἀποτακτιτὰς quidem, iuxta Petauium, sed Ἀποταλίτας itidem nuncupatos, & cum Encratitis coniunctos legimus, cum apud Basilium in Epistola ad Amphilochium, tum in Codice Theodosiano. Adde quod idem IVLIANVS in Misopogone, inde inter alia Antiochensibus succenset, quod eorum vxoribus, vt pauperes maritorum facultatibus alant, permitterent: adeo nullam sinceram omnique ex parte illibatam, in re etiam præclarissima, & ad cuius imitationem Gentiles suos alibi conatur, vt modo vidimus, inflammare, laudem voluit Christianis relinquere, ipse verus puri Dei cultus Ἀποταλικός. Quid iam inuictam illam eorundem Galilæorum, seu martyrum, (quod nomen solet auersari) in subeundis quibusuis pro tuenda Christianæ Religionis fide ac veritate periculis, morte etiam appetenda, constantiam memorem? quam ille in iisdem agnoscit, sed quam impie malis Dæmonibus adscribit; *a quibus* scilicet *atheorum* (Christianorum illud solitum apud hunc Παραβάτην elogium) *plerique perciti, mortem appetendam esse persuadent sibi, tanquam in cœlum euolaturi, vbi per vim animam ex iis vinculis extorserint.* Quibus gemina hodie leguntur in postrema huius Principis Epistola, a nobis e scriptis codicibus emaculata: vbi, post deploratam suorum temporum fœdam circa Deorum cultum negligentiam, vitamque Gentilium deliciis profligatam; iis continuo opponit eorum inter impios, consuera illi rursus Christianorum appellatione, feruorem, *qui pro ea religione mortem eligant obire, omnemque inopiam & famem ferre, ne suillis, aut suffocato, aut morticinis vescantur,* ὑείων ὅπως μὴ γεύσαιντο, μηδὲ πνικτῶν, μήτ' ἄρα & ἀποθλιβέντων. Quibus equidem verbis adstrui receptum adhuc Iuliani æuo inter Christianos, ac in Oriente quidem, quod aliunde constat, (e Canone puta Apostol. LXIII. & Concil. Gangr. Can. II. vt iam de Tertulliano ac Origene sileam) a suffocato & morticinis abstinendi morem, luculenter videtur comprobari; nisi, quod ibidem additur, de simili a *suillis* abstinentia, vt mors potius obeunda iis videretur, quam iisdem vesci, ad Iudæos, non ad Christianos, omnino respiceret; vti sequentia quoque, de iis, vt cæteroquin *piis ex parte veri Dei cultoribus*, vnoque eorum errore, quod spreto aliorum Deorum cultu, ei soli, quem Gentilibus occultatum putent, seruiant: & a quorum dein mentione, transit ad *impios Galilæos*, ἐκ τῆς Γαλιλαίας δυσσεβεῖς. Immo prout ipse, in libris aduersus eosdem Galilæos seu Christianam Religionem scriptis, eos inter alia redarguit, quod ii ab Hebræorum cibis id genus in lege vetitis abstinendi more recesserint: inde autem eos, ac nominatim quod suilla carne vel piscibus vescantur, neutiquam reprehendendos esse contendit Cyrillus. Adde vero, quæ ad priorem locum, de iisdem Galilæis subdit, *qui deserta loca vrbibus anteponebant*, seu solitariis illis inter Christianos *ascetis*, quorum vberrimus tum erat in Aegypto, Palæstina & Mesopotamia, vt ex aliis illius æui monumentis sat notum, prouentus: quosque inde obiter ibidem carpit, *quod sit homo natura ciuile ac mansuetum animal.* Sed vt mittam, quod eundem IVLIANVM ἐν μοναστηρίοις τεθραμμένον, *in monaste-*

Her. LXI.

Can. 1. Tom. II. Leg. VII. Cod. Th. De Haret.

pag. 363.

Fragm. Ep. p. 288.

Ep. LXIII. p. 453.

Apolog. cap. IX. adv. Celsum Lib. VIII. p. 396.

Ep. LXIII. p. 454.

Cyrill contra Iulian. Lib. VII. p. 238.

Ibid. p. 241. seq. Fragm. Epist. p. 218. vid. Basil. Ep. LXIII. &c. contra Iulian. Lib. I. p. 3.

nasteriis Christianorum *educatum* tradit Cyrillus; nempe eum; Constantii
Lib. V. cap. ii. metu, monasticum vitæ genus simulasse, vt de eo ait Sozomenus. eidem, inquam, illud vnum, quod de prima horum *ascetarum* origine est pridem memoriæ proditum, licebit obiter reponere: eam nempe a diris illis Christianorum inter Iuliani decessores persecutoribus profectam; dum, qui se in montium culmina ae solitudines, fugiendæ sæuienti persecutioni, abdiderant, huic viuendi rationi paullatim adsuefacti, institutum dein illud ad mortem vsque sibi retinendum credidere. Ne iam de iis loquar inter Christianos Episcopis, qui paullo ante, insigni Arianorum sæuitia, in deserta Aegypti aliaque, quo in iis perirent, loca erant relegati; vti de iis, & quorum
pag. 851. Tom. I. nomina ibidem recenset, testatum reliquit in Epistola ad Solitarios Athanasius. Immo cuius etiam rei fidem haud vno loco faeit in hisce suis operibus
Ep. XXVI. p. 398. IVLIANVS: dum Galilæis a Constantio, Arianorum nempe factione eiectis, in patriam cuique suam reditum a se concessum tradit: alibi apertius,
Epist. LII. p. 436. imperante Constantio, plerosque e Galilæorum Antistitibus relegatos, fugatos, vinctos: eorum, quos hæretieos vocant, turbas quamplurimas, Samosatis, Cyzici, in Paphlagonia, & in Bithynia, aliisque gentibus, iugulatas; integros pagos vastatos, ac funditus euersos; a se autem permissum relegatis reditum, eosque, quorum bona publicata fuerant, edicto a se ea de re promulgato, omnia sua recuperasse. Mitto iam, vel quæ de Galilæis seu Christi-
Ep. XLIII. p. 424. anis in genere a se humaniter statuta memorat: vt nempe eorum nemini vis inferatur, nec in templum trahatur quispiam, aut alia de re vlla, præter voluntatem suam, adhciatur contumelia; & quod alibi denuo ae vberius
Ep. LII. p. 436. tangit, nempe *se tantum ab eo abesse, vt priuatim sacrilegorum* (hoc est, Christianorum) *quempiam velit, aut leuissime etiam cogitet, in sacrorum apud Gentiles communionem recipere, priusquam & animam supplicationibus ad Deos, & corpus legitimis purgationibus expiatum habeat.* Quibus insuper hæc memoratu, a tali maxime & infesto exteroquin iisdem Christianis principe, digna
p. 418. subdit, *oratione persuaderi docerique satius est homines, quam verberibus & contumeliis corporumque suppliciis*; mox, *ergo iterum ac sæpius eos admoneo, qui in veram religionem voluntate sua feruntur, ne qua iniuria Galilæos adficiant, aut contumeliis vexent: etenim misericordia potius quam odio illi digni.* Quibus vero parum consentanea (ne atrociora iam, quorum in priscis Ecclesiæ Annalibus, aut in sanctissimorum virorum non editis solum aduersus illum Philippicis, sed aliis sedatioribus scriptis, consignata occurrit memoria, hic adtingam) ea, quorum in suis Epistolis meminit, & quo nomine a laudatore exteroquin eius summo ac Gentili scriptore redargui haud leniter meruit, Edicta, nempe, vt
Ammian. Marcellin. Lib. XXV. cap. IV. idem ille grauissimus Auctor ea de re ait, *inter quæ erat illud inclemens, quod docere vetuit Magistros Rhetoricos & Grammaticos Christianos, ni transissent ad numinum cultum*: idque illo, vt ipsemet ea de re loquitur, vanissimo obten-
Epist. XLII. p. 423. tu, quod absurdum scilicet sibi videretur, eos, qui Homeri, Hesiodi, Demosthenis, Herodoti, aliorumque id genus auctorum libros exponunt, Deos vituperare, quos illi coluerunt: optionem proinde se illis dare, vt non doceant, quæ non bona esse censent; sin docere malint, eosdem, quos interpretantur, impietatis & amentiæ non accusent: denique ineptum se credere, vt homines ea doceant, quæ non bona esse arbitrentur. Quomodo

deni-

denique eosdem illos Christianos humaniorum litterarum magistros, si putant aliquid a priscis illis auctoribus de Diis perperam traditum, ad Galilæorum Ecclesias continuo ablegat, vbi Marcum & Lucam interpretentur, *quibus vos obtemperantes, a victimis* (rectius quam ibi Petauius, *sacris*) *abstinere iubetis.* A quibus haud valde recedunt, quæ IVLIANO eadem de re verba tribuit, & quorum vanitatem pluribus ibidem redarguit, Antistes Nazianzenus. Verum quibus *inclementibus*, vt eadem vocantem vidimus Gentilem grauissimumque Auctorem, IVLIANI in Christianos seu humaniorum litterarum professores edictis, adscribi forte a multis possent alia ab eodem in Clericos lata, & de quibus ipse in Epistola ad Bostrenos refert; quod ii nempe Clerici *ποθοῦντες δὲ τὴν προτέραν δυνασείαν, ὅτι μὴ δικάζειν ἔξεσιν αὐτοῖς, καὶ γράφειν διαθήκας, καὶ ἀλλοτρίας σφετερίζεσθαι κλήρους, καὶ τὰ πάντα ἑαυτοῖς προσνέμειν, prioris dominationis cupidi, quoniam neque ius dicere amplius illis permittitur, neque testamenta scribere, aut alienas hæreditates interuertere, & ad sese omnia transferre.* Qui locus eo vtique maiori quadam adtentione dignus videri potest, quod inde sub hoc Principe ademptam Clericis testamenti factionem, iusque captandarum hæreditatum, liqueat: de quo tamen IVLIANI facto aliunde non constat, & quibus repugnare potius videntur aliæ quorundam Imperatorum Constitutiones, aut Christianorum illa ætate Scriptorum testimonia. Ac, vtid paucis hic & obiter tangam, ius quidem condendi testamenti quod adtinet, eo gauisos adhuc sub Theodosio Iun. Clericos, arguit etiamnum illius Constitutio, quæ exstat in Codice Theodosiano; nulla etiam facta a diligentissimo alioquin eius Enarratore, iis antea adempti, & quidem sub IVLIANO, huius iuris mentione. Hæreditatem vero mulierum quarumcunque, vel donatione, vel testamento, percipiendi facultatem, Valentiniani primum edicto Clericis vetitam constat, ex alia lege in eodem Codice, & luculentis præterea coætanei eidem Principi Ambrosii, illique supparis Hieronymi, & quæ de eadem lege iam adduxit in Annalibus Baronius, testimoniis. Et Hieronymi quidem: *pudet dicere, sacerdotes idolorum, mimi, & auriga, & scorta, hæreditates capiunt: SOLIS CLERICIS ac monachis hac lege prohibetur, non a persecutoribus, SED A PRINCIPIBVS CHRISTIANIS.* Nisi quis illis *non a persecutoribus* verbis, ad similem quampiam legem, paullo ante a IVLIANO, aduersus Clericos hæreditatum aucupes, latam, sed breui abolitam, respexisse credat Hieronymum: aut vero, non adeo promulgata ab illo Principe ea de re lege, quam alia quapiam ratione, coercitos ab eo, ne vel testamenta conderent, vel hæreditates captarent, idque certis demum in locis aut regionibus, Clericos, liceat forte statuere. Qua de re opportunior ad ipsa Iuliani ea de re verba agendi locus dabitur.

τὰ παρόντα, τοῦτον ὑμᾶς ἀπέχεσθαι προστάττουσιν *Ibid.*

Zonar. I. p. 57.

Epist. LII. p. 437.

Leg. I. de Bon. Cler.

Leg. XX. de Episc. & Cler.

Ad a. C. 370 Tom. IV.

Neque vero valde mihi nunc laborandum putem, vt de ordine, vel ætate, aut honoris gradu, quo ea, quæ hic prodeunt, opera, elucubrauit IVLIANVS, studiose anquiram: priuatusue etiamnum; an iam Cæsar a Constantio, ac paucis post annis a Gallicano exercitu Imperator nuncupatus; an vero, vbi post eiusdem Constantii obitum, solus Romano orbi sub Augusti nomine præfuit. Id tamen paucis hic indicare haud omnino superuacaneum vel alienum putem; quodque ea parce, nec vere subin-

de, aut vero vbique, ſuis adtigerit locis Petauius. Vnde id primo hic tenendum, quod præter paucas ad amicos, Serapionem, Iamblichum, Libanium, vnumue forte vel alterum, *Epiſtolas*, nulla a IVLIANO adhuc priuato, ac ideo infra viceſimum quartum ætatis annum, elaborata hic legantur eius opera. Ab eodem vero, vbi a Conſtantio, menſe Nouembri anno æræ Chriſtianæ CCCLV, eſt in Cæſarem adſcitus, & mox in Galliam ablegatus, ac ſequenti anno, conditæ ſunt ab eo duæ in eiusdem *Conſtantii*, ac tertia in *Euſebiæ*, illius coniugiis, laudem *Orationes*: quæ in hiſce eius operibus primum locum obtinent. Quo inſuper temporis, ab anno nempe CCCLVI, ad annum CCCLX, interuallo, quo in Galliis & contra Germanos militauit Cæſar IVLIANVS, ſcriptæ aliquot eius *Epiſtolæ*; ſicut ad Alypium, vbi inter alia legitur, *tecum Muſa Gallica & barbara iocatur*; aut altera ad Eumenium & Pharianum, in qua mirum eſſe ait, ſi vel Græce loqui poſſit, *tantam ex his regionibus*, Gallia nempe & Germania, *barbariem contraximus*; tum, & poſtremo quidem illo anno CCCLX, vt ex eius ad Athenienſes Epiſtola, quod vidit iam Petauius, ac præterea ex Ammiano Marcellino, licet ſtatuere, condita ab illo *Oratio VIII*, ſeu ad Salluſtium, ob eum Conſtantii iuſſu a ſe e Galliis auulſum, *Conſolatoria*. Ab illo vero tempore, ſeu ab anno CCCLX, & quidem circa menſem Maium, vt erudite ex Ammonis Epiſtola in Critica ad Baronium haud pridem monuit doctiſsimus Pagi, quo eſt in Galliis Imperator ab exercitu nuncupatus, conſcripta eſt *Ad Athenienſes Epiſtola*; qua ſuſcepti a ſe inuito & reluctante imperii, ac inde aduerſus Conſtantium belli, culpam conatur diluere; tum *Epiſtola XXXVIII, ad Maximum*, qua ſe iam a Gallis ad Illyricos profectum docet. A ſequenti anno CCCLXI, & quidem in Nouembri, quo fato functus eſt Conſtantius, ſolusque rerum dominus remanſit IVLIANVS, anno proinde eius ætatis triceſimo, ad Chriſti annum CCCLXIII, V. Kalendas Iulias, quo cæſus eſt in Perſica expeditione, ſeu intra illius vnius anni octoue circiter menſium ſpatium, elucubrata ſunt reliqua, quæ maiorem ac potiorem ferme eorundem partem conſtituunt, eius opera. Cuiusmodi ſunt, vt eadem illo potius, quo videntur prodiiſſe, ordine, quam eo, quo in iisdem hodie comparent, obiter notem: *Epiſtola ad Themiſtium*; *Oratio in Solem*; duæ, vna, *in Cynicum* quendam, ſeu *in Imperitos Canes*; altera, *in Matrem Deum*, *Orationes*: quarum primam, dum Imperator ad Boſporum ageret; alteram mox, vbi ad Matrem Deûm in Phrygiam eſſet profectus, & quidem antequam Antiochiam eodem anno tenderet, anno proinde Chriſti, quod aliunde conſtat, CCCLXII, elaborauit; vt id e clariſſimis Libanii eam in rem verbis liquet: non vero, vt de tempore ſcriptæ prioris illius in Cynicum Orationis loquitur Petauius, in ipſa contra Perſas expeditione, ac proinde ſequenti demum anno. Altera vero *contra Alium* ibidem *Pſeudocynicum*, ſeu *de Cynica Philoſophia*, Oratio, vel eodem circiter tempore, vel haud valde diſſito, cum priori illa in falſum Diogenis imitatorem, ſcripta; certe poſt Conſtantii itidem, vt ex eadem liquet, vbi τῷ μακαρίτῃ Κωνσταντίῳ fit mentio, obitum. *Cæſares* vero eius, a morte itidem Conſtantii, & quidem Saturnalibus ſcriptos, ex initio & fine eorundem conſtat: ac proinde illud eruditiſsimum elegantiſsimumque Satyricon, exeunte anno CCCLXI, dum Conſtantinopoli adhuc ageret, occaſione ludicri illius

Epiſt. XXIV. p. 403. *Epiſt. IV. p. 441.* *Lib. XX. cap. IV.* *ad A. C. CCCLX. num. 12.* *In Julian. Necrom p. 254. & Orat. Funebr. p. 300. Not. p. 91.* *Orat. VII. pag. 233.*

illius festi, ab eo exaratum; vel quod Antiochiæ in Decembri sequentis demum anni, eadem occasione iocosi huius sacri, eo se ingenii lusu, ac in vrbe quidem mirifice dicacibus id genus deliciis dedita, oblectare; simulque in Constantini & Constantii (quorum gloriæ fauebant impense illius vrbis cives, ob multa collata in se beneficia, ac religionis inprimis Christianæ adsertum propagatumque diuinitus apud eos cultum) memoriam, eorumque sacra, insultare voluerit IVLIANVS. *Misopogon* vero breui dein, adfecto nempe Ianuario sequentis anni CCCLXIII, non vero iuxta Petauium, ad hoc ab Ammiano Marcellino perperam inductum, CCCLXII, scriptus: prout id vere iam e variis & clarissimis illius libelli locis, ad eundem Ammianum occupauit doctissimus Valesius, ac inde nuper ad Criticam Baronianam reposuit eruditissimus Pagi. Maiorem vero *Epistolarum* partem, a IVLIANO ab eo tempore, quo solus summæ rerum in orbe Romano præfuit, scriptam demum, atque ita intra illud viginti circiter mensium interuallum, ex iisdem licet continuo percipere. Constat id vtique e variis ad Ecdicium Aegypti Præfectum, & ad Alexandrinos; vel ad Byzantios, & ad Bostrenos; vel ad Iudæorum Commune; vel in Argiuorum gratiam, Edictis; vel ad Arsacium Galatiæ, aut ad Theodorum quendem alterius prouinciæ Pontificem; vel ad Porphyrium Alexandriæ agentem, Rescriptis; aliisue, quibus de suis, vel vt mansuetudinis ac humanitatis plenis, aut vero durioribus in Christianos decretis agit; aut pro Medicorum immunitate, vel Zenonis Archiatri Alexandriam reditu decernit; aut vbi reliqua fisco debita remittit; iisue, vti ad Iulianum, auunculum, aut ad Hermogenem Aegypti Ex-Præfectum, quibus se morte Constantii, imminentibus malis liberatum, agnoscit; aut illa ad Libanium, quæ Hierapoli in ipsa expeditione Persica, primas eius, vbi Antiochia soluisset, mansiones notat. Quæ omnia vtique seu Edicta, seu, in quarum classem hic referuntur, Epistolæ, easdem ab eo, solo iam Imperatore & Augusto, conscriptas luculenter arguunt. Neque vero dubitare itidem licet, ab eo tempore, quo solus orbi Romano imperauit, immo, vti paullo post dicetur, adfirmante id Hieronymo, in ipsa expeditione Persica, elucubratos ab eo aduersus Religionem Christianam libros, quos a CYRILLO illi, qua eos confutauit, disputationi insertos, seu verius, & qua de re mox, partem eorum haud contemnendam, hic reperiet Lector.

ad lib. XXII. cap. XIV. *ad A.C. CCCLXIII. n 5.* *Ibid. Epist. VII. XLII. & XLIII.* *Ibid. Epist. XLVI.* *Epist. XIII.* *Ep. XXIII.* *Epist. XXVII.* *Epist. LXXXIV.*

E qua autem IVLIANI, qui nec dum completo tricesimo secundo anno obiit, ætate, qua condita sunt priora illa, quæ sub eius nomine iam ante vulgata, hic denuo & aliquantum emendatiora vel integriora prodeunt, opera; aut ab eo, quo eadem illa insigniuntur, supremo inter homines fastigio; haud iam opus, vt nouum inde iis decus vel pretium operose hic arcessam. Etsi inter Augustos eius Decessores, vel ex iis, qui illum sunt in eodem excelso honoris gradu subsequuti, haud videam, qui vel doctrinæ varietate, vel eruditionis copia, vel ingenii luminibus, vel vi facundiæ, palmam, iis quidem in artibus ac inscribendi facultate, possit ei dubiam relinquere. De Latinis Iulii Cæsaris, quos de bellis vel Gallicis, vel ciuilibus a segestis, versamus Commentariis, iam non loquar: qui vt perfecti quidem eo in genere, ita intra vnam eam laudem consistunt, quam eiusmodi argumenti tractatio exigere potuit; quamque admirabilem sunt consequuti.

Ammian. *Lib. XVI. cap. I.* & Eutropius *Lib. X. cap. XVI.*

Marci autem Antonini, ad cuius exemplum vitam ac mores, vt ipſemet id de ſe præter alios teſtatum reliquit, IVLIANVS compoſuit, aureus exſtat etiamnum liber; quo, ſi ad vitæ & actionum humanarum inſtituta, normam, officia, leges, conditionem, vſum, rerumque, quibus vulgo adfici homines ſolent, ipſiusque mortis contemptum reſpicias, nihil a Gentili Scriptore, maxime autem, qui ad illud euectus eſſet rerum humanarum culmen, grauius, ſapientius, opportunius proficiſci vnquam potuiſſe, aut profectum alias fuiſſe, haud liceat vtique diffiteri. Verum præterquam quod hoc vno, etſi amplisſimæ laudis curriculo, comprehendatur omnis illa eiusdem principis, decerpta ex eius aduerſariis, commentatio; neque in alio argumenn genere elaborata legantur ab illo opera: ita ſe ea, quæ ex humanioribus litteris ac diſciplinis petitur, cognitione deſtitutum, minus certe imbutum, ipſemet eodem in libro agnoſcit: nempe *ſe non ampliores in arte oratoria, pöeſi, ſtudiisque aliis eiusmodi*, nempe quæ humanitatis dici ſolent, *progreſſus feciſſe*. In quibus tamen optimis artibus, quantum vel in ſe laudis, vel adiumenti, ad alias ſublimiores diſciplinas eſſet ſitum, abunde, vt alia nunc mittam, grauisſimi & ſanctisſimi inter Chriſtianos doctores, eadem IVLIANI ætate, ſunt profeſſi; qui ob interdictas ab illo principe Chriſtianis, & qua de re paullo ante, easdem artes, ita acerbe, nec immerito, in eum ſunt inuecti. Quam inſignis vero fuerit eiusdem IVLIANI, cum in iisdem illis artibus, tum in grauioribus diſciplinis excolendis tractandisue, contentio ac induſtria; quam vtraque illa laude excelluerit, & ea quidem, quæ ad vitam a teneris, optimis moribus, inſtitutis, virtutibus, temperantia maxime, continentia, in egenos beneficentia, rerum humanarum ac mortis etiam deſpicientia, imbuendam, ducit, impellit, incendit; ſatis ſuperque iam antea eſt oſtenſum. Eos vero multis hic non tangam, qui eiusdem cum IVLIANO faſtigii ſequutis eum ætatibus, compotes, vel de re ſui æui militari, vel de adminiſtrando imperio, quasdam commentationes, haud ſpernendas vtique, ſed luculentas, litteris conſignarunt; vel de congerendis ex omni retro memoria veterum Auctorum Exceptis laborarunt: quibus autem eos ſingularem (quam & illi Imperatori, cuius opera Romani iuris ſcientia eſt compilata, haud immerito tribuas) pulcherrimi inſtituti, & præclaræ induſtriæ, ac diligentiæ verius, quam exquiſitæ cuiusdam doctrinæ, vel facundiæ, vel ſublimioris ingenii, laudum promeritos dicas aut conſequutos. Quis vero laudem cumulus hiſce IVLIANI monumentis non inde accedat? ſi illud inſuper attendamus, eadem non elucubrata, aut in pacis otio ac tranquillis temporibus, & poſt exhauſta pericula, poſt abiectas denique armorum curas, ac bellorum meditationes; non ipſo multorum annorum decurſu, aut vergente ad ſenium, & inde ad quietem ac interiorem animi cultum, ætate; ſed in primo ætatis flore: in ipſo bellorum, quæ fortiter haud minus, quam felicirer, cum ferociſſimis gentibus gerabat, diſcrimine: in mediis, quæ eum vndique circumſtabant, periculis: aut vero in primis terrarum imperii auſpiciis: in ipſo grauisſimi contra Perſas belli apparatu, aut ſuſcepta iam expeditione: eaque præterea non meditata diu, aut limata, ſed, vi quadam ingenii ac doctrinæ incredibili, effuſa ferme; quod vel de iis ſuperius iam dicta ſatis oſtendunt, & extemplo prolata.

μὲν ἐπιπλέον μὲ πεπόνθασι τῷ ῥητορικῷ, οὐ πανυ τοῦτο, τῷ δὲ ἄλλως ἐπιτηδεύσαντι *Lib. I. Sect. XVII.* vid. Greg. Naz. Στηλ. I. pag. 96.

Sed iis forte laudibus, quibus hæc IVLIANI opera diximus abundare, omni-

omnique, quæ ex iis percipi poteſt, vtilitati ac oblectamento, haud parum continuo detrahet, immo abolenda potius eadem penitus, ac vltricibus etiam flammis, ſuadebit ea, non qua is ſolum, vel ipſa appellatione, ad æternam nominis ſui infamiam eſt inſignitus, impietas; ſed illius impreſſa etiam in iisdem eius operibus veſtigia. Verum cui ſcrupulo vel opinioni occurrendum ſibi continuo ab initio Præfationis eius operibus præmiſſæ exiſtimauit, idque alterius viri docti, qui id iam, dum Miſopogonem ederet, fuerat adgreſſus, exemplo, Petauius; iisque haud leuibus rationum ac auctoritatum momentis, quæ ibidem reperiet Lector. Cuius etiam defenſionis eo minor in me neceſſitas vel occaſio nunc incumbit: quod nec primus, vt hi Deſertoris illius ac Gentilis Imperatoris fœtus ederentur, opem tuli; ſed iidem membratim primo, ac dein toto velut corpore, id agentibus hoc & ſuperiori ſeculo viris grauibus, ac præterea religioſis, in dias luminis auras pridem exierint. Adeo, vt, ſi quæ ea in re ſubeſſet præpoſteri cuiusdam iudicii, nimiæque aut vero noxiæ diligentiæ culpa; ſi quod inde periculum foret vllatenus metuendum; in alios potius, quam in me, tota illius mali vel offenſionis inde ortæ cauſſa reciderer. Accedit, quod ea de re nonnulla ad eiusdem Imperatoris Cæſares præfati olim ſimus: in quo libello circa finem virus illud ſuum in ſanctiſſima Chriſtianæ Religionis myſteria, ac dentatos aculeos in eorundem cultores, ac propagatores, Conſtantium & Conſtantinum, emiſit IVILANVS. Tantum quoque abeſt, vt piiſſimis haud minus ac facundiſſimis illius ac proximi æui Oratoribus, qui hunc Chriſtianæ fidei deſertorem non ſolum, ſed inſectatorem acerrimum, eo iam ſublato, omnibus artis coloribus ſibi depingendum credidere, dicam, quod a viro noſtrarum partium, docto illo inprimis ac diſerto, nollem factum, ſcripſerim; vt grauiſſimas potius, quibus iidem fuerunt inducti, rationes, idque ad futuræ ætatis memoriam, ac ad ſucceſſorum exemplum, non diſſimulauerim. Verum non ideo minus illos ipſos, quos idem Princeps, ad ſubruendam Chriſtianam Religionem, conſcripſerat libros; quibus eorum dogmata, myſteria, cultum oppugnare, & ſacra eorum oracula traducere ac labefactare, impio non minus quam intento ſtudio conatuque, inſtituit; proxima poſt eum ætate grauiſſimus Antiſtes Cyrillus, iisdem, quibus illos grauiſſima diſputatione retudit, (quoque eorum inde vanitas, ſua autem in iis referendis ac redarguendis fides & accuratio magis eluceret) ſcriptis inſerere haud refugit; & eo quidem tempore, quo nec dum plane Gentilitia ſuperſtitio erat in orbe Romano, vicinisque eidem regionibus, abolita. Vt minus vtique mirari quempiam ſubeat, ſi alia, & in ſecularibus quidem, vt eo æuo loquebantur, diſciplinis elaborata huius Imperatoris, iisdem quippe artibus ac doctrinis mirifice exculti, opera, ab ipſis ſuperiorum temporum Chriſtianis, ſint poſteris, & ad noſtram vsque ætatem, prodita; ac inde poſt renatas litteras a viris doctis & cordatis ſtudioſe conquiſita, & in lucem ſubinde emiſſa. Præterquam enim, quod eadem inſignibus doctrinæ, ingenii, & facundiæ luminibus abundarent; haud leuis inde, vt paullo ante vidimus, & monuerunt iam alii, ad interiorem rerum rituumque illius æui notitiam vſus percipi continuo poterat. Neque vero erat metuendum, vt in iis ſubinde teſtata aduerſus Chriſtianos, aut iniquiora de eorum cultoribus iudicia, transuerſum quemquam raperent; ac

P. Martinius in Præfatione.

non potius eadem, illigatam IVLIANI vanisſimis ſuperſtitionibus ſeu præſtigiis mentem, aperte denudarent. Quomodo comprobata vel inde eorum fides, quæ de illo veſano IVLIANI, Chriſtianos non inſectandi ſolum, ſed omnem quoque iis cum religionis tum ingenii cultum abolendi propoſito, ſunt vel faſtis ac annalibus illorum temporum conſignata; vel in memoratis paullo ante grauiſſimorum virorum Philippicis, ad quas iuſtiſſima inde offenſio illos induxit, non ſine acerbo doloris ſenſu, vti paullo ante diximus, tradita. Immo vnde eo magis luculenta ſe produnt ac illuſtria, tanquam non a militante in iisdem caſtris, immo non a defertore ſolum, ſed a transfuga, edita in iisdem illis operibus, quæ ſupra iam adtigimus, teſtimonia: de ſingulari nempe & promiſcua Chriſtianorum in peregrinos quosuis & egenos humanitate & beneficentia; excelſa & inuſitata, in ſubeundis quibusuis pro fide ac religione periculis, animi firmitudine; de contrariis autem Gentilium ſui ævi, & ſacerdotum vel maxime, ſtudiis, omnique vitæ ratione, ab illa Galilæorum mente, moribus, inſtitutis, valde aliena. Adeo vt vel vnde illa IVLIANI opera inducendi, aut ea ſaltem loca, quæ eorundem Galilæorum doctrinam aut cultum tangunt vel laceſſunt, reſecandi, iniici poterat cogitatio; inde etiam illa, ne ea quidem parte lacera vel mutila, in lucem educendi, ratio & conſilium proficiſcatur.

De priorib. IVLIANI editionibus, nouaque hac editione.

Quo proinde, eoque laudabili, illuſtria veterum ingeniorum monumenta diuulgandi inſtituto, factum, vt hæc IVLIANI Imperatoris opera ſint itidem a tenebris, in quibus per tot ſecula delituerant, in lucem, & membratim quidem aliquamdiu, emiſſa. Ita EPISTOLAE eius nonnullæ Græce, vna cum aliis veterum aliquot Græcorum Epiſtolis, ab Aldo primum editæ anno MCCCC XCIX, eæque dein cum MISOPOGONE Græce & Latine, in forma, vt vulgo aiunt, octaua, a VVechelo vulgatæ, anno ſuperioris ſeculi LXV. MISOPOGON vero poſtea Baſileæ, a Bonauentura Vulcanio Latine verſus. Quod demum e Conrado Geſnero, eiusque Bibliothecæ amplificatoribus, didici. Quas vero editiones nec dum inſpicere aut nanciſci mihi licuit, neque earum nominatim vllam a P. Martinio, qui eadem, vt mox dicetur, IVLIANI opera diuulgauit, aut vero a Petauio, immo nec in Athenis Meurſii Batauis, inter editos a Vulcanio libros; vllam Miſopogonis ab eo vulgati ac Latine verſi mentionem factam video. Eos vero, qui publicandorum huius Auguſti ſcriptorum fecerunt initium, excepit Carolus Cantoclarus, vir cum maiorum Senatoria, tum propria ſupplicum libellorum in Gallia magiſtri dignitate conſpicuus, Græcis præterea Latinisque litteris egregie excultus, vt ex aliis eius lucubrationibus conſtat: ſicut e Græco ſermone ab eo in Latinum verſis ac editis Dexippi, Eunapii, & aliorum auctorum Excerptis de Legationibus; e Caſauboni inſuper amplisſimo de eodem ad Suetonium, quod alibi iam protulimus, elogio. Is aurem huius Imperatoris CAESARES, ſeu, vt veteres libri præferunt, ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ (quod in aliqua Italiæ ac in Auguſtana Bibliotheca exſtare tradiderant, ſuperiori itidem ſeculo, dicti modo Geſnerus & qui in eodem argumento laborarunt) e tribus, vt in Præfatione Notis præmiſſa ait, ſcriptis libris, vna cum Latina interpretatione a ſe adornata ac Notis, primum edidit in lucem Pariſiis, anno ſeculi ſuperioris LXXVII. * Sequuta dein paucis annis

in Præfat. Gall. ad Cæſares Iul.

annis poſt, ſeu anno M D LXXXIII, eadem in vrbe; noua; & quidem quæ exhiberet, iuxta eius lemma, ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΑ ΣΟΖΟΜΕΝΑ, ſeu, *omnia quæ exſtant IVLIANI opera*, editio: tribus autem eius auſpicibus, Petro Martino Nauarro, qui MISOPOGONEM & EPISTOLAS, aliarum accesſione locupletatas, cum addita verſione Latina ibidem protulit; tum Carolo Cantoclaro, qui præter CAESARES denuo ab eo editos, & e quarto inſuper codice, e Reginæ Catharinæ Mediceæ Bibliotheca deprompto, caſtigatos, eiusdem IVLIANI PANEGYRICVM CONSTANTIO Imp. dictum, qui ſecundo loco in Petauiana & in hac etiam editione legitur, ſed Græce tantum, quod vno demum codice vſus foret, iisdem addidit. Quibus duobus eruditis accesſit Theodorus Marcilius, a quo Cæſaris huius IN SOLEM HYMNVS, ſeu, quæ quarta hic comparet, Oratio, cum Notis ad nonnulla eius loca, eſt itidem diuulgata: idque ex vno, vt is in Præfatione innuit, Toletano in Hiſpania, quod inde acceperat, exemplari, eoque mutilo & valde deprauato. Cuiusmodi etiam, ſeu idem forte cum illo Toletano libro ſtatui debeat, Venetiis ſuo tempore apud D. Diegum Hurtadum, Cæſaris Caroli V Oratorem, exſtitiſſe tradit Geſnerus; & e cuius cæteroquin Hurtadi Mendozæ Bibliotheca prodiit, quod aliunde notum, Græca Ioſephi, eaque inde merito eidem inſcripta, editio. Eiusdem vero IVLIANI de Sole Orationis, quod obiter monuerat quoque Geſnerus, facta pridem mentio fuerat ab illo ingeniorum phœnice Pico, adducto etiam quodam inde, vt lectam eandem ab illo conſtet loco, in ſuis ad Geneſin, vbi de mundi creatione agitur, Heptaplis, *quando in Phœnicum Theologia eſt, vt ſcribit IVLIANVS in Oratione de SOLE, emanare lucem corpoream ab incorporea natura.* Alias dein quasdam, easque antea ineditas, IVLIANI Epiſtolas Græce, Lugduni Batauorum, anno ſuperioris ſeculi XVII, prodiiſſe, ex editis Bibliothecarum collectionibus accepi: vnamque poſtea Græce & Latine cum Rigaltii Notis, nempe ad Alexandrinos, ſimul cum Funere eius Paraſitico, primum Pariſiis, anno huius ſeculi primo, vulgatam conſtat: quæ dein in Petauiana editione ab eodem Rigaltio, e Bibliotheca Regia emendata, ac in duas Epiſtolas, quæ ibi & in hoc itidem opere comparent, diſtincta legitur. Eos vero IVLIANI editores excepit dein feliciori fato, vir aliis multiplicis doctrinæ ſcriptis ab eo libris hac ætate merito celebratus, Dionyſius Petauius; qui Flexiæ, anno huius ſeculi XIV, tres IVLIANI ORATIONES PANEGYRICAS: vnam nempe in Conſtantium Imperatorem; alteram in Euſebiam eius coniugem, tum primum e Manuſcriptis Bibliothecæ Regiæ erutas; poſtremam vero, quæ de eiusdem Conſtantii geſtis, a Cantoclaro, ſed Græce tantum, vt paullo ante diximus, fuerat edita, tertia tamen parte auctiorem ac emendatiorem, easdemque ſingulas Latina verſione ac Notis a ſe illuſtratas, dedit. Vnde poſtea etiam idem eſt inductus, vt, quam in Syneſio ac Themiſtii Orationibus diuulgandis præſtiterat operam, eandem ad omnia IVLIANI huius monumenta, partim adhuc in forulis Bibliothecarum deliteſcentia, publicanda, ſtudioſe & laudabiliter conferret. Id teſtatus vtique fuerat in Notis ad Themiſtium, quem primum anno huius ſeculi XIX edidit, ſed cuius ea de re verba in poſtrema illius Auctoris editione ſunt omiſſa. Vbi enim locum ex inedita hactenus

Lib. II. c. I. p. 13. Tom. I.

Ep. LVIII. & LIX.

IV.

IVLIANI ad S. P. Q. Athenienſium Oratione ſeu Epiſtola adtuliſſet, addit: *eam nos Orationem cum aliquot aliis accepimus ab humaniſſimo eruditiſſimoque viro Patritio Iunio Londinenſi Regiæ Bibliothecæ præpoſito, quas propediem, fauente Deo, cum reliquis Iuliani operibus publicare decreuimus.* Quod tamen ab eo duodecim poſt annis, ſeu anno M DC XXX eſt demum præſtitum; quo Pariſiis itidem omnia huius Imperatoris opera, partim antehac edita, partim tunc primum e manuſcriptis eruta, & ad horum fidem (hæc omnia enim præfert libri titulus) accuratiſſime caſtigata, Græce Latineque cum Notis prodierunt. E quibus autem liquet, non præcipiti quodam conſilio, aut ſubitaria opera, ad hanc IVLIANI editionem accurandam, impulſum fuiſſe eundem Petauium; ſed qui multis ante annis id partim iam egerat, partim ſe in id intentum publice declarauerat; immo qui, vt ex antedictis liquet, ad hoc opus ſuſcipiendum obſtrictus dudum tenebatur. In hanc vero operam vt quis idoneus ad eam cum laude præſtandam incumberet, optauerat alicubi in Aduerſariis, diligentiſſimus optimusque talium cenſor, Barthius: *Qui IVLIANI Imperatoris opera denuo edat, & Latinitate noua (ſiquidem talibus hodie lenociniis opus eſt, vt emtorem libri nanciſcantur, aut typographum quoque) induat, non ille operam ludat: ſed ſagaci etiam ſit ingenio.* Quibus autem ſubſidiis inſtructus id adgreſſus ſit Petauius, indicat ipſe ſub finem Præfationis, quæ ante eius Notas hic in appendice legitur: vbi partim e Chriſtianiſſimi Regis Bibliotheca, partim e Londinenſi, cum ea, quæ iam prodierant, multis emendatiora locis, quædam etiam auctiora, cuiusmodi ſit Oratio IV in Solem, aut nonnullæ Epiſtolæ, ſe proferre adſerit: tum reliqua, quæ nondum ante erant edita; cuiusmodi ſunt in Matrem Deum, duæ in Cynicos, ad Athenienſes præterea, ad Salluſtium, ad Themiſtium, Orationes vel Epiſtolæ. Cui acceſſerunt e codice, qui Oxonii ſeruatur, Barocciano, cum duæ Epiſtolæ LX & LXI, ad eum a Patritio Iunio itidem miſſæ; tum variæ ad reliquas Epiſtolas lectiones, quarum in ſuis ad easdem Notis meminit paſſim Petauius.

in Addend. ad Not. in Themiſt. p. 718. edit. in 4o.

Lib. I. cap. XII. p. 35.

Quo nomine autem quin de IVLIANO non ſolum, ſed de litteris præclare meritus ſit Petauius, haud licet vtique diffiteri. Præter hanc enim in colligendis vndique aut emendandis huius Imperatoris monumentis, collatam ab eodem, vti e modo dictis intelligimus, induſtriam; accesſit eorum, quæ nec dum ante illum prodierant, aut Græce tantum, Orationum nempe & vnius alteriusue Epiſtolæ, Latina, quam adornauit, interpretatio; ac præterea additæ in illa opera, quibus eadem illuſtraret, Notæ. Vt enim elaboratis pluribus, in aliis etiam artibus ac diſciplinis, commentationibus, magnam exquiſitæ diffuſæque doctrinæ laudem promeruit; ita ſingulari eum fuiſſe in vertendis e Græco in Latinum ſermonem veterum ſcriptis, facultate; idem non IVLIANO ſolum, ſed Syneſio quoque ac Themiſtio, ab illo impenſus labor luculenter vtique comprobauit. Vnde etiam idem, cum Caſaubono, tanquam duo hac ætate præſtantiſſimi in ea re artifices, quique omnium optime de his poſſent judicium ferre, a viro ſummo primoque hodie litteratæ Galliæ ornamento, Petro Daniele Huetio, inducitur Petauius: quibus nempe omne, de optimo interpretandi genere diſſerendi ſtatuendique, in erudito ac eleganti ea de re Dialogo a ſe edito, is arbitrium defert. Equidem

dem cum vere Romanus eſt & caſtigatus eiusdem Petauii ſermo ; tum idem nec Græcis nimium Auctoris verbis, ſeu ſeruiliter adſtrictus, nec vero ab iis longius, quam par eſt, recedens, aut alioquin redundans: vt inde fidi ſimul ac diſerti interpretis laudem, quam pauci vtique, qui eam eruditionis partem excoluerunt, ſunt hactenus conſequuti, haud eidem denegare liceat. Neque ideo tamen perpetuo, aut vbique, eandem ab eo in hac IVLIANI, quæ adhibi, operum interpretatione retentam, licet ſtatuere ; aut eum, ſeu humanæ conditionis, ſeu illius, quæ accuratiſſimis etiam ſcriptoribus quandoque ſolet obrepere, incuriæ vitio, nuſpiam impegiſſe. Cuius vtique rei, ſeu haud vnius lapſus veſtigia, vel ex iis, quæ hic infra ad primam Orationem prodeunt, obſeruationibus, erunt cuiuis, vt opinor, manifeſta ; e ſequentibus autem meis ad reliqua huius Imperatoris opera adnotatis, citra vllam tamen, qua is inde ſit onerandus, contumeliam, luculentius adhuc conſtabunt. Vnde ea, & quidem, quæ non a proprietate ſolum Græcarum ibidem vocum diſcedunt, ſed ſubinde totum loci ſenſum inuertunt, ad faciendam clariſſimam eius rei fidem ; aut vero ad quampiam inſcitiæ vel incuriæ notam ei inde, præter alia viri in litteras merita, inurendam, non hic ambitioſe congeram ; quæ ſuis demum locis, vbi id res omnino exegit, a me nec faſtidioſe animaduerſa, reperiet Lector. Notas vero eius ad eadem IVLIANI opera quod adtinet, haud immerito, quod vtique diſſimulare hic non licet, maior in iisdem concinnandis diligentia & accuratio præſtari ab eo, aut exſpectari debuit: qui in colligenda, verſanda, ac dein publicanda Auguſti illius Scriptoris monumenta, diu ac ſtudioſe incubuerat ; ac præter eximiam Græcarum litterarum cognitionem, pluribus erat doctrinis, vnde eadem opera opportune ac præclare illuſtrarentur, exaggeratus; otio inſuper eam in rem fruebatur amplisſimo. Id enim omnino & auctoris dignitas, & adfluens paſſim aut latens ſubinde in iisdem eius ſcriptis doctrina & eruditio, ac inde ſenſus quandoque reconditi ; aut ipſa, de quibus agebatur, rerum, quæ propius penitiusue elucidari merebantur, tractatio, ab eo flagitabant. Adeo vt quamquam haud pauca, & erudite, commode ſint in iisdem Notis ab eo animaduerſa, ſeu ad conſtituendam genuinam loci lectionem, ſeu ad verborum ſenſum, aut quandoque ad ritum quempiam minus obuium in iis eruendum; at longe plura eidem indicta, quæ haud minus perplexa aut retruſa, aut alioquin adtentione digna, luce omnino ac notatione aliqua indigebant ; neque ab eo, qui interpretandi non ſolum, ſed enarrandi etiam hunc Auctorem prouinciam pridem ſuſceperat, omitti, ſine piaculo ferme dixerim, debuerant. Ne ea iam hic adtingam, quæ ſecus etiam, ſeu minus vere vel adtente, in illa tenui cæteroquin & parca Notarum congerie, ſunt ab eodem prodita. Quarum autem rerum, quum ad IVLIANI Cæſares olim commentarer, facta eſt a me haud ſemel commemoratio ; idque obuiis tum certiſſimisque documentis abunde etiam, vt opinor, comprobatum. Quod vel meæ itidem ad primam Orationem obſeruationes, etſi adhuc paullo diligentius in eum & ſequentem eiusdem Conſtantii Panegyricum, e quibus ſit totius operis auſpicium, elucidandum incubuerit Petauius, paſſim indicabunt ; liquidius vero euincent reliquæ illius Imperatoris lucubrationes, noſtraque ad easdem adnotata. Quam itidem commentandi rationem ar-

bitrariam, quæ nempe Lectorem, & quidem hiantem, frequenter deſtituit, nec auctoris ſequitur, vbi maxime iis inſiſtendum fuit, veſtigia, in enarrandis aliis Auctoribus, Themiſtio, vt de Epiphanio iam nihil dicam, & Syneſio, tenuiſſe ferme eundem Petauium videas: (vnde poſtremo ac erudito ex eadem ſocietate ac domo Themiſtii editori, ſuas adnotationes & gloſſas Petavianis adnectendi data eſt occaſio) niſi quod is ad illuſtrandum explanandumve IVLIANVM adhuc longe parcius, ac vbi id minime fieri decuit, ſuam contulerit induſtriam vir doctiſſimus.

Quum autem eadem, quæ prodiit ante annos ſexaginta & quod excurrit, Petauiana horum IVLIANI operum editio, haud amplius venalis proſtaret in librorum officinis; inde de eadem typis renouanda Lipſiæ, in nobili illo doctrinarum haud minus ac aliarum pretioſarum mercium emporio, ſuſcepta eſt demum cogitatio. Cuius equidem rei, cum ab ipſo, qui id iam agebat, librario; tum a viro, in quem litterarum illic ſalus, dignitas, & incrementa potiſſimum incumbunt, & de quo plura mox dicenda venient, Friderico Benedicto Carpzouio, datis tum primum ad me literis, certior ſum factus; quibusque vt ſymbolam, ad ornandam eandem editionem, conferre non refugerem, humaniſſime inuitabar. Nec vero eorum eram omnino immemor, quibus, dum ad IVLIANI Cæſares a me in Gallicam linguam conuerſos & explanatos præfarer, me olim obſtrinxeram: quod nempe vniuerſa Auguſti illius Scriptoris opera, cum antiquis libris a me haud indiligenter collata, & mea qualicunque induſtria, ſi Deus aliquando otium ac longiorem vitæ vſuram concederet, illuſtranda, forem in lucem emiſſurus. Quamquam dum aliis dein curis, vel negotiis, vel alioquin migrationibus, aut litterariis etiam laboribus, quos prius exantlare conſtitueram, me diſtentum vidi; inde etiam factum ſit, vt intra vnam deſtinationem ſediſſet mihi hactenus omne illud hunc Auctorem a me emaculatum, ac, vt itidem conſtitueram, explanatum, quandoque diuulgandi propoſitum. Accedebat, quod illo maxime tempore, quo ea de re, vt modo dixi, ac de ſuſcepto nouæ IVLIANI editionis conſilio, interpellabar, in alia quædam ſcripta mea elucubranda vel perpolienda eram horis ſubciſiuis intentus, quæ Amſtelodamenſi præſtantis VVetſtenii prælo, cui erant iam addicta, breui ſubdere conſtitueram. Haud eo minus tamen amicæ viri, maxime cuius dudum mihi nota erant inſignia in litteras ac litteratos merita, etſi inopinatæ petitionis, quam honeſte eludere aut prolatare neutiquam deberem, rationem mihi continuo habendam duxi. Ita ſepoſitis vel abiectis, quæ me tum ab eo inſtituto dimouere cæteroquin, neque immerito, poterant, cogitationibus; maxime, vt maiori aliquando ad eam rem, ac pro Auctoris dignitate, meaque qualicunque exiſtimatione, obeundam, apparatu inſtructus accederem; vt eam tamen ſubirem operam, quæ IVLIANVM mea qualicunque cura plurimis mendis repurgatum, neque paucis locis integriorem daret, me promtum paratumque ſum adſenſus.

Quum enim in Anglia, ante annos fat multos, legationem obirem, eadem illius Imperatoris opera, cum antiquo codice annorum circiter quingentorum, e diuite viri excellenti doctrina & ingenio, quoque vtebar familiari-

ter,

Digitized by Google

ter, Isaaci Vossii Bibliotheca deprompto, conferre mihi eius beneficio licuit; cuius libri vsum, quod idem plures, de quibus facta in superioribus mentio, ἀνεκδότους Libanii Epistolas continetet, mihi e Britannia in Galliam ablegato, vir singulari humanitate haud minus ac eruditione officiose concessit. Complectebatur autem ille codex omnia, etsi haud eodem ordine, quæ Petauiana vel hæc editio exhibet, IVLIANI opera; nisi quod paucæ abessent paginæ, quibus vltima pars Orationis in Solem, vti id obiter iam antea innui, & prior sequentis in Deûm Matrem, fuerat descripta. E quo cæteroquin codice, quæque illum consulendi mihi primum occasio exstitit, excerptæ probæ aliquot lectiones, quas opportune ad Cæsares a me in Gallia, lingua ibi vernacula, editos & illustratos, (vt tum ad eosdem facta est a me mentio) adnotare, indeque veriores quorundam locorum sensus eruere mihi licuit. Quod beneficium quoque idem codex, in aliis eiusdem Imperatoris operibus recensendis, mihi subinde impertiuit; vt haud vnas ex eodem lacunas, quas in iis reliquerat Petauius, supplerem. Quod ne vbique tamen fieret, obstitit subinde euanida omnino aliis in locis, in quibus deficiebant itidem Petauiani codices, huius quoque libri scriptura. Neque minus tamen eundem reliquis omnibus, seu Gallorum Regiæ, seu Londinensis, aut Oxonienſis etiam Bibliothecæ scriptis, qui IVLIANI opera exhibent, libris, quibus vsus est Petavius, aut quos aliunde nactus est, omnino præstare liquet. Erat præterea, quum Romæ ante complures annos agerem, collatus a me ibi Misopogon, cum codice chartaceo Reginæ Christinæ, etsi non adeo bonæ frugis, cui insertæ erant in contextu, & ad oram, aliæ subinde lectiones, quæ ad editas ferme accedebant. Vltima vero IVLIANI Epistola ad Theodorum quendam Ἀρχιερέα scripta, eaque Græce tantum, ob frequentes in eadem lacunas, non solum in priori P. Martinii, sed in Petauiana etiam editione vulgata, e codice quodam Leonis Allatii, quem is ibidem mihi Romæ suppeditauit, (quo, præter variam Græcorum opusculorum συλλογὴν, eadem cum nonnullis aliis huius Imperatoris Epistolis continebatur) integrior a me, repletis nempe hiatibus, edita; vt ei quoque Latinam interpretationem, qua hactenus caruit, addere continuo licuerit. Exstabat quidem illa etiam in alio codice chartaceo, præter plures IVLIANI editas, vti & Basilii, Chionis, Aeschinis, Apollonii Tyanei, Epistolas, quem in Bibliotheca Isaaci Vossii τῦ μακαρίτου versare mihi itidem contigit; sed cum iisdem lacunis, quæ in Petauiana editione comparent. Dum vero nuper Parisiis agerem, nactus ibi sum forte apud Bibliopolam IVLIANI Cæsares (quos ibi paullo ante iam vulgaueram) a Cantoclaro primum, anno, vt supra diximus, MD LXXVII editos; quibus adscriptæ erant litterata manu plures emendationes aut variæ lectiones, eædemque ferme, quas memoratus supra codex Vossianus exhibet, & quarum inde a me facta fuerat ad illum elegantissimum libellum mentio. Ep. LXIII. pag. 452.

Et hæc quidem mihi erant ad manum subsidia, vnde noua hæc, quæ Lipsiæ, etsi haud meo quidem nutu, meque in alia tum intento, foret suscepta, IVLIANI operum editio illustraretur. Quod a me etiam haud illibenter, ac pro temporum meorum ratione, præstitum, & ea quidem, quam mihi præscripseram, quæque a sanioris in litteris, nec nimium confidentis iudicii, viris religiose seruari solet, lege; vt nihil scilicet in ipsis Auctoris verbis

immutarem aut ſupplerem, niſi quod certiſſima veterum, quos dixi, librorum fide niteretur. Quam viam tenuiſſe quoque in diuulgandis huius Imperatoris monumentis Petauium, docent Notæ eius ad calcem operis, aut ſubinde ad oram variorum locorum adſcriptæ; tum expreſſa eius ea de re verba, in Notis ad priorem Panegyricæ Orationis, quam publicauerat iam ante Cantoclarus, ipſe autem cum duabus aliis tunc in lucem protulit, editionem, quæ anno, vt antea vidimus, huius ſeculi XIV prodiit. Vbi enim egiſſet de manuſcriptis, quibus ad repurgandam illam Orationem vſus tum eſſet, codicibus, qui ipſi tamen non vbique eſſent ſani, ſed quorum inde loca ex coniectura poſſent fere reſtitui, addit: *ac nihil tamen idcirco, præterquam quod in MS illis eſſet, reſcribere aut immutare decreuimus. Id quod ex veteri ac ſolemni noſtro inſtituto facturos nos pridem recepimus. Quare, quicquid aliter, atque in priori editione eſt, in hac noſtra deprehenderis, ſcito id veterum, vti dixi, conſenſione & auctoritate factum.* Quæ ideo hic a nobis adducuntur, quod idem de hac noua omnium huius Auctoris operum editione dictum ſimiliter volumus: adeo, vt quamquam coniecturis haud infrequenter, & iis quandoque indubitaris ferme, eſſet locus; non easdem continuo, amotis, quæ veterum librorum auctoritate & conſenſione confirmatæ ſunt, lectionibus, IVLIANO adſerendas, ſed ad Obſeruationes reiiciendas putauerimus, vbi de iis moneri poſſet a nobis Lector; is autem de ſingulis pro captu ſuo, aut pro eorum pretio, ſtatuere. Quod itidem in Latina Auguſti illius Scriptoris operum interpretatione, quam maiori ex parte Petauius, ac aliunde P. Martinius & C. Cantoclarus adornarunt, eſt a nobis obſeruatum: ne in eadem nempe interpolanda, quod apud viros cordatos haud vnquam laudi ceſſit, laboraremus; ſed, qui in ea forte eſſent nec infrequentes næui, iidem in noſtris Obſeruationibus, ne incauto vel minus exercitato in hiſce litteris Lectori imponerent, debita, neque tamen acerba, animaduerſione notarentur. Id ſolum nobis omnino non conceſſum ſolum, ſed velut præſcriptum exiſtimauimus; vt, quæ lacunæ, maxime in Petauii interpretatione, ſubinde occurrebant, quod is loci ſenſum, etſi interdum ob vnam modo vel alteram vocem male conſtitutam aut omiſſam ſatis obuium, non eſſet adſequutus, aut vero manca eſſent ibi Græca ipſius Auctoris verba; vt ea, inquam, lacunæ, vbi plana nobis viſa eſt eorundem verborum ratio, aut illas e ſcriptis libris in ipſo IVLIANO ſuppleuimus, in Latina etiam verſione, etſi alio a Petauianis, ſeu Italico, vt aiunt, typorum genere, complerentur. Quod ſimiliter a nobis factum eſt in Latina memoratæ paullo ante poſtremæ ad Theodorum quendam ἀρχιερέα Epiſtolæ, quam ibi dedimus, interpretatione. Quamquam, quod hic obiter monendum eſt, exſtet vnus adhuc vel alter in Græcis Iuliani verbis id genus hiatus ſeu aſteriſcus: cui equidem nullum e ſcriptis veteribus, quos vel excuſſerat Petauius, vel ego conſulueram, libris, remedium adfulſerat; ſed qui aliunde, e nonnullis puta apud Suidam, qui ad ea ſuppreſſo IVLIANI nomine reſpexerat, locis ſuppleri etiamnum poteſt: prout de quibusdam Heracliti apud hunc Auctorem verbis, opportune iam ab eruditiſſimo Kuhnio in Animaduerſionum ad Pollucem, ſed a quo ipſum Pollucem emaculatum hiantes exſpectamus, Specimine eſt obſeruatum. De quibus autem in noſtris ad IVLIANVM adnotatis agitur.

Orat. VII. pag. 226.

Hanc

Hanc enim poſtremam a nobis operam haud minus flagitare videbatur noua huius Auguſti Scriptoris editio: nempe, vt non eadem ſolum prioribus haud paullo emendatior vel integrior prodiret, ſed inſuper Obſeruationibus accuratis illuſtrata. Adeo, vt qui labor mihi in explanandis eius Cæſaribus haud infeliciter olim ceſſerat; idem nunc a me, ad explicanda ornandaue reliqua eius opera, impigre haud minus & alacriter conferretur. Quo etiam ſtudio eo magis accendi poteram, quo perſpecta mihi erat intimius, ex iis ipſis in illos Cæſares curis, aut vero ex adtenta aliarum eiusdem Imperatoris lucubrationum lectione, quæ in iis eſſet, vt hæc earundem decora ſupra iam adtigi, vel ſingularis elegantia, vel profluens, aut etiam recondita ſæpius, diffuſæ eruditionis & doctrinæ copia & varietas: adde, quod hic nobis, non ſpicilegium dicam, ſed lætiſſimam meſſem, reliquiſſet Petauius. Quæ ſingula vt erant veriſſima, ac me haud leuiter poterant pertentare; ita haud prouide minus & opportune illud occurrebat, amplum eſſe, quod decurrendum mihi probe intelligerem, vbi id ſemel forem ingreſſus, ſtadium: ad quod proinde exigeretur ſedula & peruicax contentio; magna virium, nec minor metam feliciter contingendi fiducia; illinc vero ingraueſcens ætas, minus perferendis laboribus, aut ſpei in longum ducendæ, idonea; interciſa aliis longe curis, immo iis debita, dum officium ſequor, mea tempora; inde frequens otii penuria; addo, hoc ipſum aliis etiam litterariis laboribus, quod obiter ſupra innuebam, tum a me iam addictum. Quibus & illud inſuper acceſſit, vt eo ipſo tempore, quo a Lipſienſi librario ſuſcepta fuerat hæc IVLIANI opcium editio, aur ego ad eam ornandam inuitabar; alterius adhuc, de qua nec ſomniando vnquam cogitaueram, operæ, commentandi nempe Callimachi Hymnos, quibus, vt alia iam mittam, varii Theologiæ ſeu ſuperſtitionis Gentilium ritus enarrantur, data ſit mihi aliunde, cui ſim quoque obſequutus, occaſio. Sed illud me vel maxime, nec immerito quidem, ſuſpenſum detinebat, quod præter mea ad dictos IVLIANI Cæſares adnotata, aut emendata ad veteres libros ſingula eius opera, nulla plane foret a me congeſta hactenus, ad illa explananda vel illuſtranda, rerum vel notationum, vt fieri alioquin ſolet, ſeges: eſſemque proinde ab omni, de quo alia tamen futura eſſet hominum opinio, (eorum maxime, qui me olim de noua illius Auctoris editione fidem quodammodo dediſſe nouerant) requiſito ad eam rem pro dignitate obeundam prouiſu plane imparatus. Vicit autem hæc omnia inſita mihi a puero, neque cum ætate adhuc defrueſcens, bene de litteris merendi cupiditas; vt eam, cum IVLINVM, tum, quem ei comitem ſimul ac aduerſarium addendum hic curaui, CYRILLVM, commentandi illuſtrandique prouinciam haud grauatim ſuſciperem.

Quo conſilio autem hic itidem prodeant, meque eius rei auctore, decem CYRILLI contra IVLIANVM libri, haud multis, vt opinor, nunc erit mihi diſpiciendum. Illud forte mirari potius ſubeat, cur a prioribus IVLIANI editoribus, & a Petauio maxime, qui in id potiſſimum, & diu quidem ac ſollicite, incubuit, vt omnia eius opera conquireret ac diuulgaret, nulla habita ſit eius rei ratio. Quum tamen haud ignota eidem foret eorum, quos aduerſus Religionem Chriſtianam ὁ παραβάτης Imperator ſcripſerat, librorum, apud Gentiles iuxta & Chriſtianos priſci illius æui ſcriptores, commemora-

De CYRILLI aduerſus IVLIANVM libris.

moratio. Equidem id obiter tantum, & quo virum præſtantem redargueret, qui paullo liberius veteres Eccleſiæ doctores, a quibus proſciſſus fuerat IVLIANVS, perſtrinxerat, tangit in Præfatione, quæ hic in Appendice Notis eius præmiſſa legitur, Petauius: nempe quod duo ſint omnino Græci Patres, quorum exſtent contra eundem IVLIANVM Orationes, Gregorius Nazianzenus & Cyrillus; quorum alter, CYRILLVS ſcilicet, haud paucis poſt IVLIANVM annis vixit ac ſcripſit. Quum tamen aliæ adhuc exſtent, quod eundem non fugit, qui earum etiam obiter alibi meminit, illorum Græcorum Patrum, ſicut Chryſoſtomi duæ in S. Babylam, & vna in duos ſub IVLIANO martyres, Iubentium & Maximinum, Orationes ſeu Sermones; quibus multis, & acerbe quidem, nec immerito tamen, in eum Principem, eius impietatem, ſuperſtitionem, nefandas artes, in Chriſtianos ſæuitiam, inuehitur ὁ χρυσορρήμων. Adde, quod diſpar eſſet haud parum Nazianzeni Theologi & Alexandrini Antiſtitis ſcriptorum contra IVLIANVM ratio: quum a poſtremo, ſeu CYRILLO, non Orationes adeo ſiue in eum Στηλιτευτικαὶ, ſicut ab altero, quæ etiamnum leguntur, ſint conſcriptæ; quam hi decem libri, & quidem ὑπὲρ τῆς τῶν Χριστιανῶν εὐαγοῦς θρησκείας, πρὸς τὰ τοῦ ἐν ἀθέοις Ἰουλιανοῦ, *Pro ſancta Chriſtianorum Religione, aduerſus impii* IVLIANI *libros*, quibus eos velut, vt vulgo aiunt, κατὰ πόδα, grauiſſima diſputatione ſibi confutandos propoſuit. Ad quos autem IVLIANI libros reſpexerat in Laudatione huius Imperatoris Funebri Gentilis eidemque familiaris Libanius, πολλῶν δὲ θέσεις νόμων, βιβλίων τε συγγραφαὶ βοηθόντων θεοῖς *legum autem multarum ſanctiones, nec non librorum conſcriptiones, Diis ſuccurrentes:* e Chriſtianis vero Scriptoribus idem, de quo modo, Nazianzenus; qui ſub initium ferme primæ in hunc Παραβάτην Philippicæ, perſtringit τοὺς ἐναγεῖς ἐκείνου λόγους καὶ λήρους, *impios & nefarios eius libros ac ſermones nugatorios*, quales nempe poſtremi generis exſtant, & de quibus ſupra egimus, in Solem, ac in Deorum Matrem Orationes. Ne aperta iam de üsdem IVLIANI aduerſus Chriſtianos libris, vel Hieronymi, de quo paullo poſt, vel Socratis, Theophanis, aut aliorum congeram hic loca, quæ in calce huius Præfationis, vna cum aliis veterum teſtimoniis, de illius Imperatoris lucubrationibus, reperientur. Verum cuius rei maiorem continuo fidem præſtabunt iidem libri adhuc ſuperſtites; ſeu quod ſupra iam innui, pars eorum luculenta, in hoc ipſo, quo iidem confutantur, CYRILLI opere. Ad quos proinde libros viri eruditi, qui omnia IVLIANI opera ſe diuulgare profitebantur, ac ipſe vel inprimis Petauius, peruolutandis veterum Eccleſiæ doctorum monumentis exercitatus, aduertere debuerant: aut, cur omnis a ſe præterita foret eorum ratio, haud prorſus reticere. Id enim opus, & Latine pridem, vna cum aliis CYRILLI monumentis, ſuperiori ſeculo, ab Oecolampadio verſum prodierat; & eodem anno, quo IVLIANVM Pariſiis edidit Petauius, in eadem vrbe Græce primum, & cum noua interpretatione Latina, eſt a Nicolao Borbonio vulgatum. Id quidem in prima trium IVLIANI Orationum Panegyricarum, cuius paullo ante facta eſt a me mentio, editione, ac in ipſo quidem libri lemmate, maximis litteris præfixerat Petauius, *AB EO QVVM ADHVC CHRISTIANVS eſſet, ſcriptæ:* ac in Epiſtola ſeu Præfatione üsdem præmiſſa, nullam excuſationem

Poſt teſtimonia de Iuliano.

Tom. V. ed. Sabil fol. 438. ſqq. & fol. 533. ſeqq.

pag. 355. Tom. II.

Epiſt. LXXXIV. Lib. III Hiſt. Eccl. c. I. & XXIII. Chronogr. pag. 49.

nem deſiderare, quod daret illius Imperatoris monumenta, contendit; qui a ſcilicet *eo tempore ſcripta ab eodem conſtet, quo ſanus adhuc atque incorruptus eſſet, nihil iis ex conſequuta morum peruerſitate contagionis ac labis adflatum eſt.* Mitto enim, quod tres illas Orationes, vt ex iisdem conſtat, & paullo ante vidimus, ſcripſit IVLIANVS quum iam in Cæſarem eſſet a Conſtantio adſcitus: ante quod tempus, dum priuatus adhue litterarum ac Philoſophiæ ſtudiis operam daret Nicomediæ, occulte a Chriſtianorum fide ad Gentilium ſuperſtitionem defecerat, in eadem mox in Ionia, ac dein in Athenis, dum ibi adhuc Rhetoribus aut Philoſophis Gentilium dat operam, confirmatus. Quod cum e Gentilibus itidem, eique coætaneis, Ammiano Marcellino, Libanio, Eunapio; aut e Chriſtianis ſcriptoribus, Socrate, Sozomeno, aliisque; tum ex ipſomet IVLIANO, liquidum eſt omnino ac manifeſtum: vti cum ex ea, quam de ſemet alicubi refert, fabula, quomodo puerulus adhuc a Diis, & nominatim a Sole ac Mercurio, ſit educatus, & ſalutari Deorum cognitione imbutus; aut ex Epiſtola ad Athenienſes, vbi dum in Regiam ad Conſtantium, a quo tum fuerat Cæſar nuncupatus, tendit, e quatuor quos habebat ſeruulis, *vnum ſuſceptæ ab eo erga Deos pietatis conſcium, & occultum, quoad licebat, adiutorem exſtitiſſe* memorat. Vnde quomodo tum *ſanus adhuc atque incorruptus eſſet*, quod ibi ait Petauius, aut reuera *Chriſtianus*, quum aliquot poſt annis, ſeu ab eo tempore, tres illas Orationes conſcripſit IVLIANVS, licet cuiuis ſtatuere. Verum neque id poſtea deterruit Petauium, quin reliqua eiusdem Imperatoris opera, & ſic ea quoque diuulgaret, quæ vt in Epiſtolis, Cæſaribus, Miſopogone, atrocibus quandoque in Galilæos ſeu Chriſtianos, eorumue fidem ac myſteria, conuiciis & cavillationibus ſunt referta. Quo minor inde labes hic erat nobis metuenda, aut aliqua excuſatione præmunienda huius, quod a CYRILLO inſertos ex parte & confutatos ſimul IVLIANI libros exhibet, operis publicatio; cuius aliquot iam exſtabant, ſine vllius offenſione, a viris doctis & piis procuratæ, hoc & ſuperiori ſeculo, Græcæ aut Latinæ editiones.

Lib. XXII. cap. II. Paneg. Iul. p. 173. 175. in Addſo & Maxmo. Lib. III. c. I. Lib. V. c. II. Orat VII. p. 228. ſeq. pag. 236.

Quorum autem IVLIANI librorum, quod obiter hic monendum, non eundem tradi a duobus, maxime tamen fide hic dignis, auctoribus numerum video. A CYRILLO enim, cui vtique id non potuit eſſe ignotum, in hoc ipſo, quo illos oppugnat, opere, ſeu eius proœmio, tres dicuntur exſtare, *καὶ δὴ ΤΡΙΑ συγγέγραφε ΒΙΒΛΙΑ, κατὰ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων, καὶ κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν χριστιανῶν θρησκείας, TRESque LIBROS contra ſancta Euangelia, & venerandum Chriſtianorum cultum, compoſuit.* Quum tamen plures, ſeu ſeptem libri dicantur ab Hieronymo, qui ætate IVLIANO propior, & quo puero iidem, vt ex alio eiusdem loco licet colligere, ſunt conſcripti. Id enim de iis tradit in Epiſtola ad Magnum Romanum Oratorem: *IVLIANVS Auguſtus SEPTEM LIBROS in expeditione Parthica aduerſus Chriſtum euomuit, & iuxta fabulas Poetarum ſuo ſe enſe lacerauit; ſi contra hunc ſcribere tentauero* &c. Vt equidem haud facile liceat nunc ſtatuere, cui potior fides hic haberi debeat; aut quomodo, qui exſtabant Hieronymi ævo ſeptem huius Apoſtatæ contra Chriſtianorum fidem libri, iidem paullo poſt, ſub CYRILLO, qui Hieronymo fuit ſuppar, & aliquot annis ante eius obitum iam ad Alexandrinam ſedem euectus, ad tres ſint redacti. A

Dum adhuc eſſem puer &c. ac ſubito in ipſo perſecutionis ardore Iuliani tuatus eſt interitus. In Habac. cap. III. *Epiſt.* LXXXIV.

Socra-

Socrate quidem & Theophane, vti & a Gentili Libanio, eorundem librorum, quod ſupra innuti, ſed in genere, nullo adſcripto, quot iidem fuerint, eorum numero, fit mentio; niſi quod a Socrate alicubi e tertio illius operis libro quædam verba adducantur. An vero ab eodem Nic. Borbonio, qui primus illud opus Græce Latineque, vt paullo ante dixi, in lucem emiſit, quidquam ea de re ſit monitum, aut aliqua huius inter duos illos grauiſſimos teſtes diuerſitatis ratio reddita, me fugit, qui illam editionem non poſſideo, nec inſpexi hactenus; certe in Notis, quæ ad primum CYRILLI librum ex eodem Nic. Borbonio adducuntur in Pariſienſi Græco Latina, quæ aliquot poſt annis prodiit, omnium huius Antiſtitis operum editione, nihil ea de re adnotatum video. In quo cæteroquin, quod hic exhibetur, ſcripto, non commemorati ſolum IVLIANI aduerſus Chriſtianos libri; ſed iisdem, quos ibi adducit, in varias partes diſſectis, præmiſſum continuo, vnde eorum auctor proditur, illius nomen; quibus ſuam dein opponit confutationem CYRILLVS. Neque enim refugit ille aperto velut marte cum eo in arenam deſcendere; viriumpalam & lacertorum aleam ſubire; non vero eundem ex occulto velut adgredi induxit, aut, quem debellaret, ſibi aduerſarium fingere, vel armis a ſemet ſuppeditatis inſtruere, aut vim eorum ac robur eludere vel diſſimulare. Quo equidem inſtituto eo minus dubiam, ac illuſtriorem, de illo acerrimo Religionis Chriſtianæ hoſte, a ſe inuictis veritatis Euangelicæ telis confoſſo & proſtrato, victoriam conſequuturum, haud immerito cenſuit. Adeo vt CYRILLVM inde ab illo conſilio, ipſos nempe IVLIANI libros ſuis contra eum diſputationibus inſerendi, neutiquam reuocare potuerit ea, quæ paucis demum ab eius morte annis, nempe CCCCXLIX, a Theodoſio iuniore prodiit, quæque ab initio ferme Iuſtinianei Codicis legitur, conſtitutio, qua ſancitur, *vt omnia, quæcunque Porphyrius ſua pulſus inſania, aut QVIVIS ALIVS, contra religioſum Chriſtianorum cultum conſcripſit, apud quemcunque inuenta fuerint, igni mancipentur*; ac ſimiliter a Iuſtiniano Nouell. XLII. cap. I. qua, ſicut Neſtorii, ita Seueri ſcripta, ne penes aliquem Chriſtianum maneant, prohibentur; & quidem addita eius rei ratione, *quia prædeceſſoribus noſtris Imperatoribus, in ſuis Conſtitutionibus viſum eſt ſtatuere ſimilia his, quæ dicta ſunt & ſcripta a Porphyrio in Chriſtianos.* Vt proinde haud mirari ſubeat, ſi eadem vel Porphyrii, vel aliorum e priſcis Gentilibus contra Chriſtianos, vti Celſi, aut Hieroclis, aliorumue ſcripta dudum perierint, vt etiam a Photio præterita ſit omnis eorum mentio; quodque idem fatum IVLIANI in eodem argumento libris contingerit, niſi quatenus iidem in hoc CYRILLI opere etiamnum comparent. Qua de re, & ante latam illam a Theodoſio iuniore ſanctionem, præclarus exſtat locus apud Chryſoſtomum Oratione II. in S. Babylam, vbi ipſis etiam Gentilibus abolitorum eorundem contra Chriſtianos librorum cauſſa tribuitur. Poſtquam enim dixiſſet os illud aureum, Philoſophos & Rhetoras inter Gentiles, alias magni nominis, vbi contra Chriſtianos ſcripſerint, ludibrium omnibus debuiſſe, neminem ne infantem quidem ad ſe pertraxiſſe; addit, ἀλλὰ τοσοῦτός ἐστι τῶν ὑπ' αὐτῶν γεγραμμένων ὁ γέλως, ὥστε ΑΦΑΝΙΣΘΗΝΑΙ ΚΑΙ ΤΑ ΒΙΒΛΙΑ πάλαι, καὶ ἅμα τῷ δεχθῆναι καὶ ἀπολέσθαι τὰ πολλά. εἰ δέ πῃ τι καὶ εὑρεθείη διασωθέν, παρὰ χριστιανοῖς τοῦτο σωζόμενον εὕροι τις ἄν,

Lib. III. cap. XXIII.

Leg. III Cod de Summa Trin.

Tom. V ed. Sauil. pag. 444.

ἂν, verum tale eſt eorum ab iis (illo nempe in genere) *ſcriptorum ludibrium, vt & IPSI LIBRI pridem EVANVERINT; & multi ex iis ſimul offenſi ſint & perierint: ac, ſi qui forte ſeruati deprehendantur, apud Chriſtianos eosdem ſeruatos quis reperiet.*

Quod proinde horum etiam, quos aduerſus Chriſtianorum Religionem IVLIANVS elucubrauit, librorum, vt modo innuebam, fatum exſtitit, vt ii nuſpiam cum reliquis eius operibus, quæ ad noſtram vsque ætatem ſunt transmiſſa, in antiquis codicibus reperiantur: nec alibi proinde, quam in hiſce, qui eos refutant, CYRILLI libris ſuperſint. Quomodo etiam de Celſi contra Chriſtianos commentatione, duobus libris diſtincta, eaque inſcripta Ο ΑΛΗΘΗΣ ΛΟΓΟΣ, *Verus Sermo;* aut duobus Hieroclis aduerſus Chriſtianam fidem, qui ΦΙΛΑΛΗΘΕΙΣ ſimiliter erant ſignati, libris; e præclaro demum vel Origenis, etſi non eadem omnino via, (ſeu præmiſſis iisque diſſectis illius Philoſophi, cui ſuas dein defenſiones ſigillatim ſubnecteret, verbis ſeu cauillationibus) contra eundem Celſum opere; aut Euſebii contra Hieroclem, qui itidem adhuc exſtat, libello, liquet: in quo is ſtatim ab initio Lectorem ad illud Origenis ſcriptum ablegat, quo abunde ac plane veritas & fides Chriſtiana ab iis Gentilium accuſationibus & fallaciis ſit vindicata. A quo tamen Euſebio, qui ſubinde in aliis ſuis, quæ adhuc verſamus, operibus, librorum a Porphyrio contra Chriſtianorum Religionem ſcriptorum meminit, alibi nonnulla etiam ac inſignia inde adducit loca: a quo, inquam, iidem ſunt refutati peculiari opere, & quidem libris triginta; ſed e quorum numero viginti tantum ad ſe peruenisſe tradit Hieronymus, nunc autem omnes interierunt. Quod ſimiliter contigit elaboratis a Methodio & Apollinari *fortiſſimis*, vt Apollinaris ſcripta nominatim vocat Hieronymus, aduerſus eundem Porphyrium, libris: de quibus, ac Origenis inſuper contra Celſum commentario, alibi adhuc ait, *ſcripſerunt contra nos Celſius atque Porphyrius: priori Origenes, alteri Methodius, Euſebius, & Apollinaris fortiſſime reſponderunt. Quorum Origenes octo ſcripſit libros: Methodius vsque ad decem millia procedit verſuum: Euſebius & Apollinaris viginti quinque & triginta volumina condiderunt.* Ita tamen, vt ab Apollinari ſcriptos contra Porphyrium libros, Euſebianis eodem in argumento longe ſuperiores exſtitiſſe tradat Philoſtorgius. E quibus cæteroquin Porphyrii contra Chriſtianos libris nonnulla loca, iis ætate haud paullo inferior, & CYRILLO coætaneus, adducit Theodoritus in opere Ἑλληνικῆς θεραπευτικῆς, & quidem eadem, vt obſeruo, quæ iam adtulerat, indicaris modo locis, Euſebius. In hoc autem CYRILLI opere, vbi maxime ei rei erat locus, plura quidem ex aliis Porphyrii commentationibus, vt de Hiſtoria Philoſophorum, de vita Pythagoræ, ad Nemertium, de Abſtinentia ab eſu animalium, nuſpiam vero ex illius contra Chriſtianos libris, referri loca; eorundem tantum iniectam obiter mentionem, video: Πορφύριος μὲν, ὁ πικρὸς ἡμῶν καταχέας λόγους, καὶ τῆς χριστιανῶν θρησκείας μονονουχὶ κατοχόμενος, *Porphyrius ille, qui amarulentis ſermonibus nos inſectatus, Chriſtianæ Religioni tantum non ſaltando illuſit;* alibi ab eodem, iuxta IVLIANVM, is dicitur τῆς καθ' ἡμῶν ἀθυροστομίας πατὴρ, *petulantis in nos maleuolentiæ pater.* Ea proinde exſtirit Chriſtianorum aduerſus illos maledicentiſſimos Porphyrii libros iuſtiſſima indigna-

Præf. Lib. II. Chron.

Hiſt. Eccl. Lib VI. cap. XIX. & Præp. Ev. Lib I. p. 31. & Lib. V. p. 179.

Socrat. Lib. III. cap. XXIII.

De Script. Eccl. Epiſt. LXXXIV.

Lib VIII. cap. XIV.

Serm II p. 493 & Serm XII. p. 619. Tom. IV.

Lib. I. p. 28.

Lib. III. p. 87.

Hier. Ieq. Serm. VII. pag. 588. Tom. IV. tio, & quidem poſtquam multum temporis in perlegendis Prophetarum, vt de eo tradit Theodoritus, ſcriptis contriuiſſet, dum is ea condit in Chriſtianos volumina, quæque indignatio peculiaribus, vt vidimus, Imperatorum ſanctionibus eſt etiam confirmata. Adeo vt ea quoque, quæ illos fortiſsime impugnabant libros, veterum Eccleſiæ doctorum ſcripta omittenda, ſeu de manibus fidelium tollenda, potius cenſuerint; quam vt Porphyrianorum, iisue ſimilium, operum memoria, vna cum iisdem, præclaris quamquam, Methodii, Euſebii, Apollinaris, quibus ea redarguebantur, lucubrationibus, ad poſteros transmitterentur. Immo cuius elucubrati ab Apollinari operis, non adeo contra Porphyrium, quam contra hunc IVLIANVM, cuius is etiam ætate vixit, & Gentilium Philoſophos in genere, illiusque *de Veritate* inſcripti, me-

Lib. V. pag. XVIII. minit Sozomenus, ἐκ ἀγενοῦς δὲ καὶ ΠΡΟΣ αὐτὸν ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ, ἤ τοι τὰς παρ' Ἕλλησι φιλοσόφους, ἐστὶν αὐτῷ ὁ λόγος, ὃν ὑπὲρ ἀληθείας ἐπέγραψεν, *nec ignobilis eſt eiusdem liber, quem ADVERSVS IMPERATOREM & Gentilium Philoſophos compoſuit, quem* de Veritate *inſcripſit*; quique, vt continuo addit, absque vllo ſacrorum librorum teſtimonio, oſtendit eos vario errore deceptos ſecus, quam decet, de Deo ſentire. Quod ſimiliter, & quidem vt contra IVLIANVM conditum ab eodem Apollinari ſcriptum, memorat Theophanes; cuius ea de re verba, quia non in omnium manibus verſatur ille Auctor, & prima fronte ab illis Sozomeni abire aliquan-

Chronogr. ed. Reg. pag. 40. tum ea videntur, hic adſcribam: Ἀπολλινάριος δὲ μὲν θεία γραφῇ χρησάμενος ὕλῃ, χαρακτῆρας δὲ τῶν ἀρχαίων μιμησάμενος, καὶ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ λόγον συγγράψας, ὃν περὶ ἀληθείας ὑπέγραψε, πολλὰ τὴν Ἐκκλησίαν ὠφέλησε, *Apollinaris ex diuina quidem Scriptura materiam* (nempe non verba quidem, ſeu, quod ait Sozomenus, expreſſa eius teſtimonia, ſed ipſa tamen argumenta) *deſumens, eodemque vetuſtiorum, quos imitatus eſt, charactere; libro, quem ADVERSVS IVLIANVM condidit, inſcripto De Veritate, Eccleſiam magnopere iuuit.* Quale inſuper teſtimonium de his ipſis CYRILLI contra IVLIANVM libris perhibet

Ibid. p. 44. paullo poſt idem Theophanes, ἀνατροπὴν δὲ Ο ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ ὁ δυσεβὴς ἔγραψε τῶν θείων εὐαγγελίων, ἣν ὁ μέγας ΚΥΡΙΛΛΟΣ Ἀλεξανδρείας ἐν ἐξαιρέτῳ πραγματείᾳ λαμπρᾷ ἐπανέτρεψεν, *impius IVLIANVS ſacrorum Euangeliorum confutationem ſcripſit, quam CYRILLVS, magnus Alexandriæ Antiſtes, ſelectis & luculentis editis commentariis refutauit.*

Neque certe leues erant rationes, quas ipſemet in Præfatione ad Theodoſium Imperatorem tangit, quibus inductus grauiſsimus Antiſtes, vt defenſionem veritatis Euangelicæ aduerſus peſtilentiſsimum IVLIANI ſcriptum ſuſciperet. Ita enim, quod ille ibidem innuit, iſtud erat comparatum, vt ob petita crebra e ſacra Scriptura, quæ ibidem conuelleret ὁ Παραβάτης, teſtimonia, tanquam eximie easdem ſacras litteras noſſet, incautis ac rudioribus imponeret: Gentiles autem eam hiſce libris eloquentiæ vim ineſſe exiſtimarent, vt a nemine e Chriſtianis doctoribus euerti eadem poſſe arbitrarentur. Accedebat magna & velut adhuc recens IVLIANI apud eosdem Gentiles auctoritas & opinio: quam ei non primi ſolum in orbe faſtigii dignitas ac amplitudo conciliauerat; ſed eximia ac inſolita in eodem faſtigio cum laudatiſsimarum virtutum, vti temperantiæ, continentiæ, &, iuxta Donatiſtas, ſed

qui

qui haud ſemel eo nomine ſunt ab Auguſtino perſtricti, iuſtitiæ, aliarumue id genus commendatio; tum ſingularis exquiſitæ ac multiplicis doctrinæ excitatique ingenii præſtantia. Vnde quum haud adeo multis ante annis, intento ſtudio, & ſummo, quo flagrabat in eam a qua deſciuerat fidem, odio, & quo etiam priorum ante ſe perſecutorum ſæuitiam vinceret, elaboratum fuiſſet ab eo illud aduerſus Chriſtianorum Religionem ſcriptum; non poterat non iſtud a Sophiſtis, aliisue Gentilium ea ætate doctoribus, ad anitam impietatem ac nefarium idolorum cultum adſerendum, labefactanda autem Chriſtianorum dogmata, obtrudi paſſim & iactari. Idque eo maiori in ſpeciem colore & obtentu, quod idem omnibus illius Religionis, quam is impugnabat, myſteriis fuerat initiatus; quod in ordines etiam ſacros fuerat aliquamdiu adſumptus; quod ita ab ortu, ad ſuſcepti vsque ab eo imperii tempus, eandem, externo ad minimum cultu, fuerat profeſſus; nec proinde, eiusdem ſcilicet impietatis cultorum iudicio, niſi de illius Religionis falſitate, ex interiori & accurata omnium illius fidei dogmatum Chriſtianique ritus notitia, idonee & ſcienter conuictus, ad ea, & quidem quæ iacere tum cœperant aut deſtitui, Gentilium ſacra, defeciſſet. Immo vnde iisdem IVLIANI libris plurimos, e Chriſtianorum nempe numero, concuſſos, neque mediocre fidei detrimentum adlatum, tradit CYRILLVS. Adde, quod eadem CYRILLI ætate, nec dum forent plane ſacra iſta, vti ea de re paullo ante, in Romano orbe abolita; quod magnus adhuc eſſet paſſim Gentilium, & quidem in Oriente, aut in ipſa Aegypto numerus; (prout Saturni adhuc apud Alexandrinos templi, vbi fœda ab ædituis eius commiſſa eſſent ſcelera, mentio fit in his libris) immo frequens etiamnum ex eodem grege Sophiſtarum, Philoſophorum, aliisue doctrinis aut diſciplinis erudirorum copia: quales, & quorum ſuperſunt etiamnum lucubrationes, Zoſimus, iunior Victor, Rutilius Gallus, ſuppar iis Syrianus, ipſe, aut qui proxime tantum obierat, Alexandrinus itidem Claudianus, aliique. Immo vnde CYRILLO æqualis, & quondam aduerſarii, Theodoriti exſtant ſcripti eodem in argumento, ſeu aduerſus Gentiles ſui æui, pro adſerenda veritate Euangelica *Therapeutici*; & quidem, vt id in eruditiſſimi illius operis prooemio reſtatum facit, ad eosdem retundendos, qui familiaribus cum eo colloquiis, Græcorum fabulas admirantes, Chriſtianorum fidem, & eorum, qui illam tradiderant, Apoſtolorum inſcitiam ac barbariem habebant ludibrio. Vnde etiam a nefariis id genus vel Porphyrii, vel IVLIANI, aliisue Gentilium, quæ Chriſtianorum fidem impugnabant, ſcriptis & cauillationibus confutandis abſtinendum ſibi ea & ſuperiori ætate neutiquam exiſtimarunt viri grauiſſimi: quod nempe omnia illorum, vt de hiſce nominatim IVLIANI & Porphyrii libris ait Socrates, ſophismata abunde & luculenter in edito ab Origene ea de re opere, eſſent iam repreſſa ac diluta; aut quod, iuxta eundem Socratem, ad rudes tantum ac imperitos, neutiquam vero apud eos, quibus e ſacris litteris perſpecta erat veritas, verba in iisdem libris feciſſe cenſendus eſſet IVLIANVS.

Epiſt. CV. & Lib. II. contra Pe. illus. 184.

Præfat. p. 8.

Lib. VII. p. 344.

Lib. III. cap. XXIII.

Adeo vt maximo quidem iure, & quidem multorum, vt ipſemet ait, rogatu, inductus ſit Alexandrinus Antiſtes, vt IVLIANVM Chriſtianis, editis ea de re tribus, vt id ab eo dicitur, aut ſeptem iuxta Hieronymum, vt vidimus, libris, proterue inſultantem, non immanis ſolum erroris, ac fœdiſſimæ ſuperſtitio-

Præf. p. 3.

ſtitionis argueret; ſed ſingularem inſuper ſacrarum litterarum, quas ille in iisdem adducebat paſſim & ſuggillabat, aut vero falſis & ineptis interpretationibus eludebat, imperitiam aut cauillationem omnibus palam faceret. Neque enim hic abſurdas illas & aniles de Chriſtianis fabulas iisdem obiiciebat ὁ Παραβάτης, noctumos nempe & illicitos conuentus; Thyeſteas cœnas; nefandos & Oedipodeos concubitus; clandeſtinas in principem ac in ſalutem imperii publicam coniurationes; quæ toties in veterum Chriſtianorum Apologeticis pridem reiecta & confutata, nunc in ea luce veritatis Euangelicæ, & is quidem, qui eandem fuerat tot annos profeſſus, inter Chriſtianos natus, altus, omnium inter eos ſacrorum conſors, reponere nunquam auſus foret vel adferre. Aliis vtique artibus laceſſendi ab eo erant Chriſtiani, aliis machinis ſubruenda eorum fides: eamque in rem, receptos eorum mores, leges, myſteria, quocunque pacto vel obtentu, decebat criminari; nullum bonum factum, aut in ſacris litteris recte & ſapienter dictum, quod, vti de hoc eius in iisdem libris inſtituto loquitur alicubi CYRILLVS, non in malam partem detorqueret ac interpretaretur. Hoc inſtitutum, hic ſcopus, hæc merces maledicentiſſimi operis, quo impios illos Chriſtianæ Religionis cauillatores, Porphyrium & Celſum, non æmulari ſolum, ſed ſuperare contendit ὁ Παραβάτης. Vnde etiam ita hos triumuirorum illorum furores tangit alicubi & coniungit Hieronymus: *diſcant ergo Celſus, Porphyrius, IVLIANVS, rabidi aduerſus Chriſtianos canes, diſcant eorum ſectatores* &c. Hinc & Celſi legens hac in parte, vt ex Origenis contra eundem libris liquet, veſtigia IVLIANVS, Chriſtianos redarguit, tanquam qui non a Gentilibus tantum, ſed a Iudæis quoque, e quibus orti ſint, abhorrentes, diuerſos ab iis ritus colant; immo neque a Iudæis ſolum, quod ii præ ſe ferrent, ſui temporis, ſed a Moſaicis, vti & a Propherarum, præceptis ac inſtituris recedant: id quod e ſublato apud Chriſtianos ſacrificiorum, circumciſionis, ſabbatorum, panis azymi vſu; aut a prohibitorum in lege ciborum eſu; & quod non vnum amplius Deum, ſed plures colant; Diis gentium, contra expreſſum in lege mandatum, maledicant; probare haud vno in loco adgreditur: natam denique, e Iudaica audacia & Gentilium confuſione ac negligentia, Chriſtianorum impietatem. Hinc antiqua illa in Moſaicis libris, vt Iacobi Gen. XLIX. 10. (vbi etiam inductam lectionem ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, pro ἕως ἂν ἔλθῃ ἀποκείμενα αὐτῷ, tangit & culpat) aut Balaami Num. XXIV. 17. aut Eſaiæ VII. 14. de venturo Ieſu oraculla eludit; aut a ſolo Ioanne, non vero a Marthæo, Luca, Marco, aut etiam a Paulo, eundem Ieſum DEI nomine dictum; omne eius rei initium, ab eodem ſcilicet Ioanne, immo qui nec clare & explicate id docuerit, profectum, impie haud minus ac falſo contendit, indito ei a Latinis Patribus vero nomine, Imperator Apoſtata. Neque vero inde minus in Iudæos, (etſi eum iis haud adeo infenſum exſtitiſſe, aliunde & ex ipſis eius operibus conſtet) in Moſen ac Prophetas inuehitur: illius de mundi opificio, prima hominis creatione, ſerpentis cum muliere ſermone, linguarum confuſione, hiſtoriam ſuggillat: legis præcepta nihil habere eximium aut ſingulare, quæ, duobus exceptis, ſecundo & quarto, aliis quoque gentibus non fuerint, vt ipſe ſtatuit, communia: tradita vero in Moſaicis libris de Dei æmulatione, ira, vindicta, de vnius autem gentis, præ aliis omnibus terræ populis, delectu, redarguit; immo

Lib. III. p. 74.

Præf. de Script. Eccl.

Lib. I. p. 67. Lib. II. p. 43.

Lib. IX. pag. 398. 399.

Lib. X. p. 351. 354. 357.

Ibid. p. 352.

Lib. VII. pag. 338.

Lib. VI. p. 301.

Lib. VII. p. 338.

Lib. VIII. p. 353.

Ibid. p. 361. 361.

Lib. X. p. 327.

Ibid. p. 335.

Auguſtin. Enarr. in Pſalm. XXXVI. & CXXIV.

Lib. II. p. 49. 65.

Lib. III. p. 86.

Lib. IV. p. 146.

Lib. V. p. 152.

Ibid. p. 155. 160.

gentis

gentis illius præ aliis, Aegyptiis puta, Chaldæis, Græcis, inſcitiam ac imperitiam notat. Quibus autem, Platonis & aliorum Gentilium de mundi, vt obiter ſupra iam adnigi, κοσμοποιΐᾳ, rerum principiis, diuerſis Deorum νοητῶν & αἰσθητῶν ordinibus, de gentium inter ſe diſcrimine, de præpoſito vnicuique Deo, de ſubiecto eidem Angelo & Dæmone, aliisque id genus, Platonicæ aut myſticæ ſubinde Gentilium Philoſophiæ ſeu Theologiæ, cui impenſe eundem deditum ſupra vidimus, dogmata ambitioſe aut futiliter opponit. Idem tamen viros exſtitiſſe, apud Iudæos, diuino ſpiritu adflatos; ac præterea ignem ſub Moſe ac Elia cœlitus ad ſacrificia delapſum, agnoſcit: quæ inde etiam inter præclara Gentilium de Iudaica religione, ſeu de iis, quæ a Moſe aut ab aliis ſanctiſſimis viris diuinitus ſunt tradita, teſtimonia retulit in aureo ſcripto ὁ πάνυ Grotius. In quo proinde opere ita ſe geſſit IVLIANVS, vt, quo erat ingenio, ſicut vel duo Satyrici eius libelli abunde arguunt, ad ſcommata & dicteria prompto & propenſo, ac præterea in ſacrorum vtriusque fœderis librorum lectione exercitato; in detorquendis aut vexandis ſubinde eorum locis (ne dicam iaciendis in ſanctiſſimum Chriſtianæ religionis auctorem, vel primos eiusdem duces & doctores, ipſum etiam Moſen & Prophetas, contumeliis ac probris) vt impie ſemper, ſic non ſine acumine ſubinde & argutiis, ſit verſatus: at non continuo eam vim ingenii, aut eundem colorem, in adſerendis vel propugnandis Gentilium dogmatis exſerat. Accedit, prout id in illo haud immerito redarguit alicubi Alexandrinus Antiſtes, quod is non ordine procedat, ſed eadem ſæpenumero repetat & inculcet; ac vnde, ne in idem incidat vitium, decentiori ordine, collatisque generatim ſententiis, cum illo adverſario ſibi congrediendum tradit.

p. 176. 178 Lib. II. p. 49. Lib. III. p. 65. 66. Lib. IV. p. 116. Lib. V. p. 152. Lib. IV. p. 144. Lib. VI. p. 191. Lib. X. p. 343. De Veritate Relig. Chr. Lib. I. Sect. XVI. Lib. III. p. 98.

Quamquam non omnes, ſeu tres illos, quorum in Præfatione meminit CYRILLVS, IVLIANI libros, aut ſingula, quæ in iis continebantur, ab eo referri continuo vel confutari, vel ex iis (vt ea nunc mittam, de quibus alibi agimus) quæ inde adducit Socrates, liqueat. Neque enim ibi, ſeu in hoc eiusdem Anniſtitis opere, ea nunc leguntur, de quibus libro tertio egiſſe IVLIANVM tradit ille Hiſtoricus: nempe, plura ex eo libro a ſe excerpta, ac in vnum congeſta, quæ humano more, neceſſitatis cauſſa, iuxta eundem IVLIANVM, de Deo dicantur; *& quorum ſingula*, (quæ ſint illius Imperatoris ea de re verba) *niſi ſermo ipſe arcanam quandam intelligentiam habeat, multa in Deum impietate ſint referta:* quibus autem, vt hoc addam, conſentanea, de myſticis Theologiæ Gentilium fabulis, & occulto earum ſenſu, ab eodem, Oratione in Matrem Deûm, & altera in Imperatos Canes, dicta iam antea vidimus. Quæcunque tandem ratio fuerit, cur ea, aliaque id genus, in iisdem τῷ Παραβάτῃ libris contenta, omiſerit CYRILLVS: ſeu, tanquam leuia, nullaque animaduerſione digna; aut vero, vt ab aliis iam ſæpe, ac nominatim a memoratis Origene, Methodio, Euſebio, Apollinari, in apologeticis contra Celſum & Porphyrium ſcriptis, diſcuſſa abunde & confutata cenſuerit. Neque ideo minus, aut a Theophane, adductis iam ante illius ea de re verbis, aut a Cedreno, de illo CYRILLI opere, tanquam quo plene ſint confutati iidem IVLIANI libri, præclara fit mentio; aut vero ab ipſo Alexandrino Anniſtite, eidem operi, tanquam is eo penſo, quod ibi ſuſceperat, penitus fuiſſet defunctus, colophon impoſitus legitur.

Lib. III. cap. XXIII.

Chronogr. p. 44. ed. Reg. Hiſt. p. 407. ed. Reg.

Neque cæteroquin eundem CYRILLVM, a confutando eodem huius Imperatoris ſcripto, dererrere debuit ille Philoſophicarum aliarumue doctrinarum in iisdem IVLIANI libris reſpectus; quo nec ſe prohibitum iri, vt hoc onus in ſe forte ſuſcipiat, teſtatur in Epiſtola iam antea memorata ad Magnum Romanum Oratorem, ſed qui nimium ſecularium litterarum in eius ſcriptis vſum redarguebat, Hieronymus; cuius, quæ numerum præterea ac tempus horum IVLIANI librorum indicant, verba ſupra iam adtulimus, & quibus continuo addit: *ſi contra hunc* (IVLIANVM nempe) *ſcribere tentauero, puto interdices mihi, ne rabidum canem Philoſophorum & Stoicorum doctrinis, id eſt, Herculis claua, repercutiam.* Id vero feliciter adgreſſus eſt, non Nazianzenus: nec enim id agunt duæ huius in illum Imperatorem Philippicæ; (etſi continuo id innuere videatur, qui ibi eius meminit, Hieronymus) ſed Alexandrinus Antiſtes decem hiſce libris: qui ab operis prooemio ſeu toto libro primo oſtendit, fruſtra Græcos, aut IVLIANVM, ſuis gloriari antiquis doctoribus & magiſtris: quum iis omnibus, & antequam vlla litterarum ſcientia, immo ipſæ in Græciam litteræ ſint a Cadmo ac Phœnicibus adlatæ, longe ſit Moſes antiquior, omnisque ab eo tradita de mundi creatione, rerum primordiis, vna & ſuptema Dei eſſentia, vno eius cultu, aliisque diuinitus & ſapientiſſime ab eo proditis & conſtitutis: cum quibus veterum illorum, inter Græcos aut Aegyptios etiam, Philoſophorum vel Legislatorum ſcita conferri neutiquam poſſent. Qua occaſione etiam multa erudite ab eo, ex antiquis eorundem Gentilium Poëtis, Hiſtoricis, Philoſophis relata; vti ex Abydeno, Alexandro Polyhiſtore, ſicut iam ante ab Euſebio factum, de primo diluuio, arca in Armeniæ montibus, turri Babylonica, inducta linguarum multitudine: alibi vero ex Eupolemo, quod apud Euſebium itidem legitur, de Moſe, vr primo ſapiente, & qui litteras ſcilicet Iudæis primum tradiderit, ii veto Phœnicibus, Phœnices autem Græcis. Vt alia nunc mittam, quæ propria eius notatione ibidem nituntur, & quibus iam non licet immorari; neque iis, vel a nato Moſe, capto Ilio, aliisque id genus, quas ibidem tangit, Epochis; aut vero illis Olympiadum numeris, ad quas præcipuos viros ſapientiæ, doctrinæ, aut ingenii laude inclytos, apud Hebræos maxime & Græcos, refert: in quibus omnibus eum ab Euſebianis in Chronico numeris vix recedere liquet, immo omnia ferme inde eſſe deſumpta. Ita alibi inter varias Gentilium, quas tangit, fabulas, Dinarchi poëtæ, vti ibidem ait, haud ignobilis meminit, qui, vbi Bacchi apud Indos res geſtas enarraſſet, & quo pacto is Actæonem & Lycurgum interemerit; addit, ipſum a Perſeo interfectum, & Delphis ſepultum apud Apollinem cognomento aureum. Id quod ante ab Euſebio in Chronico itidem traditum, a magno autem Animaduerſore, quaſi nullus eo *Dinarchi* nomine Poëta exſtitiſſet, paullo confidentius exploſum videas: ac vnde factum licet opinari, vt a doctiſſimo diligentiſſimoque Voſſio præterita ſit omnis illius Poëtæ mentio. Non iam rango plura, quæ ex Orpheo, Heſiodo, Empedocle, Pindaro, Sophocle, Euripide; aut e Platone, Xenophonte, Xenophane, Plutarcho, Amelio Platonico, Plotino, Porphyrio; aut ex Hermete Aegyptio, aliisque antiquis Poëtis vel Philoſophis, adducit loca: quorum tamen pars maior apud Clementem ac Euſebi-

Epiſt. LXXXIV.

Quamquam Nazianzenum noſtrum, & vt ipſi ſolebat dicere, Galilæum, ſtarimus prælio ſenſerit. Ibid.

Præp. Ev. Lib. IX.

Lib. VII. p. 210. Lib. IX. c. XXVI.

Lib. X. p. 341

Lib. II. ad Annum DCCXX.

ſebium, vti apud coætaneum eidem Theodoritum, pro conſueto in Græcis veterum Chriſtianorum Apologeticis more, leguntur: quibus vel traditas de Diis fabulas, inſanasue opiniones, quo Gentilibus os obſtruant, congerunt; aut vero vnde ſaniora ſubinde dogmata, quæque ad Chriſtiana propiùs accedunt, adducunt vel ſtabiliunt: vt de vno ac ſummo Deo; de Mente æterna, hoc eſt, Dei filio; de Verbo Dei & Patre Deo; de Triadis notitia apud Gentes, Bono nempe, Mente, & Mundi anima; de Dei eſſentia in tribus hypoſtaſibus; de Mundi, & quidem a diuino Verbo, creatione; de Dei prouidentia, ac libera adminiſtratione; de mundanæ ſapientiæ artibus, vt ſuperuacaneis; de reiiciendis animantium ſacrificiis: quæ ſingula in hoc CYRILLI opere, adductis ipſis Scriptorum inter Gentiles verbis, relata reperiet Lector. Qua equidem in re non ſemper modum illum tenuiſſe, vti nec a deceſſoribus quoque eius, Clemente, Euſebio, iisue antiquioribus, Iuſtino, Athenagora, aliisue, aut ab accurati alioquin iudicii viro, eadem CYRILLI ætate, Theodorito factum, norunt eruditi; neque id iam hic diſpiciendum venit. Haud minus id in genere de hiſce magni illius Antiſtitis libris licet ſtatuere, multa erudite, ſapienter, ac opportune in iis animaduerſa; quibus importunas, ſeu futiles verius, impii huius IVLIANI, aduerſus ſacros Chriſtianorum libros, eorumve dogmata, cauillationes diluit ac retundit: vt, ſi non acuminis forte, ingenii, aut eloquentiæ laude aduerſario ſuperior continuo ſit habendus; at grauitate, rationum & argumentorum pondere, fide, (vt de ipſa rei, de qua inter eos agitur, omnium grauiſſimæ tractatione nihil dicam) longe vtique antecellat, mereaturque omnino illud CYRILLI opus, vt inter primas maximeque vtiles eius lucubrationes collocetur.

Lib. VIII. p. 266. Lib. II. p. 32. 33. 34. 35. 274. Lib. VIII. 274. Ibid. p. 270. 271. Lib. II. p. 46. 57. Lib. VIII. p. 272. Lib. II. p. 58. Lib. V p. 167. Ibid. p. 180. 181. Lib. X. p. 348.

Haud leuibus proinde vel alienis rationibus adductus mihi videor, vt præter Petauianam IVLIANI editionem, eamque a me e ſcriptis libris emendatam atque ſuppletam, accederet hoc eiusdem IVLIANI ſimul & CYRILLI, quo prior ille refellitur, opus; & ad quod illuſtrandum induſtriam quoque meam, ſi quæ eſſet, ſtudiumque impigre haud minus & alacriter conferrem. Quod dum agito, ac in meis ad ipſa IVLIANI opera Obſeruationibus, e quibus alterum & ſeiunctum ab eodem IVLIANO ac CYRILLO volumen conſtitueretur, edendis ſudant præla; en ad me inopinatæ a Lipſienſi libratio (qui poſt VVeidmanni obitum, a quo illa IVLIANI editio fuerat ſuſcepta & inchoata, eius abſoluendæ partes, cum illius vidua, in ſe recepetat) & repetitæ quidem litteræ, quibus is maiorem in modum flagirabat, vt, quod primum iam aliquamdiu e prælo exierat volumen, IVLIANI opera, ac dein memoratos CYRILLI libros, Petauianas inſuper ac aliorum ad IVLIANVM notas complexum, cui ſpeciminis loco meæ in primam huius Imperatoris Orationem obſeruationes ſubderentur, diuulgandi libertatem ei concederem. Ita enim ſe moram, quam in edendo primo illo volumine VVeidmanni obitus, ac aliæ dein cunctationes, ſubinde adtuliſſent, redimendi locum & facultatem nacturum: quoque interea paratius, in Obſeruationibus meis edendis, e quibus conſtaret alterum, neque minoris molis futurum, vt ex editis licebat augurari, volumen, opere typographicæ deinceps pergerent. Neque vero id inſolitum obtendebat, haud vno etiam prolato eius rei exemplo; vt, quæ in plura volumina diuidi conſueuerunt, opera, non vno velut fœtu,

ſed

ſed diuerſis temporibus in lucem proferrentur. Cui tamen petitioni non continuo ſum adſenſus, ſed aliquamdiu, & fortiter quidem, repugnani: vtpote quæ haud parum ab omni, vbi me ad opus hoc accinxi, inſtituto rationibusque meis recederet; neque publicæ, quæ de illo excitata fuerat, hominum exſpectationi vllatenus reſpondere, aut cum mea qualicunque exiſtimatione coniuncta, mihi videretur. Ad quam me cogitationem potiſſimum deducebat, quod vel in Græcis IVLIANI verbis, vel in Latina Petauii aut aliorum interpretatione, haud pauci eſſent næui de induſtria a me relicti, & quidem ob rationes paullo ante a me indicatas; ne quidquam ſcilicet e Græcis Auguſti illius Scriptoris verbis loco mouerem aut immutarem, quod non ſcriptorum librorum fide ac auctoritate niteretur; a verſionibus autem aliorum interpolandis, quod a viris cordatis ſemper improbatum noueram, prorſus abſtinerem: eorum autem omnium ratio, ne id prorſus ex inſcitia aut ſaltem ex incuria factum videretur, in Obſeruationibus accurate, certe pro illa eruditionis vel ingenii, quæ in me eſt, tenuitate, & a me redderetur. Quum tamen inſtaret haud minus Lipſienſis Bibliopola; & accesſiſſent eius rogatu in eandem ſententiam litteræ viri, qui in eadem vrbe huius operis ἐργοδιώκτης non ſolum & promotor fuerat, ſed inſignitet præterea de eodem in toto illius editionis curſu promeritus, quo aliquem ei nitorem conciliaret, eandemque a typographorum mendis, quantum fieri poſſet, repurgaret: parui tandem, etſi, vt libere adhuc dicam, non meo ad id iudicio adductus. Neque enim æquum erat, vt non hoc tribuerem, ſi non Bibliopolæ precibus aut commodis, at ſaltem eidem viro, quo ciue ac ſenatore, præter hæreditarium nominis ac gentis decus, (de Friderico Benedicto Carpzouio me denuo hic loqui facile quiuis intelligit) non gloriatur magis Lipſia, quam litteræ ibi ac doctrinæ præclaris incrementis quotidie efflorescunt, cuiusque ſingularis eſſet in me haud minus, quam in hoc opus, teſtata voluntas.

Hæc itaque eſt ratio illius conſilii, quo factum eſt, vt primum hoc volumen, non me quidem eius rei auctore, ſed qui honeſte illud declinare non potuerim, in lucem publicam proferatur, dum alterum cum meis Obſeruationibus ſub prælo adhuc feruet; aut veto cur, ita rurſus deprecante librario, & nouo forte exemplo, mea in primam IVLIANI Orationem ſeiuncta a reliquis adnotata hic itidem prodeant. Quod equidem non ambitioſe a me factum, aut quaſi inde potiſſimum meam vellem Lectori operam aut induſtriam venditare, facile, vt opinor, quiuis reputabit, qui Orationem eſſe Panegyricam cogitet, quæque tota in enarrandis Conſtantii laudibus decurrat: vnde non ſingulari adeo aut eruditæ notationi locus eſſet, quem aliæ quædam eiusdem IVLIANI, in argumentis quippe minus obuiis elaboratæ, Orationes, aut vero Cæſares eius, Miſopogon, & variæ quoque Epiſtolæ, ſuppeditarent. Illud equidem in commemorandis Conſtantii, quas eadem Laudatio tangit vel percurrit, rebus geſtis, contigit; vt chronologicarum ſubinde aut hiſtoricarum diſquiſitionum, quæ Scriptorum illius ætatis, aut antiquioris etiam, ad quam hæc Oratio ſubinde reſpicit, vel penuria vel incuria, aliquantum obſcuræ forent aut implicatæ, habenda fuerit a me ratio; quo Auguſti huius Oratoris de ſingulis mens plana ac dilucida redderetur. Quod in aliis quoque eius operibus, non adeo ob ſummam illam Auctoris amplitudinem, quam

ob

ob doctrinam in ils & facundiam plane singularem, mihi accurandum intellexi: vt nempe paullo penitius ac diligentius, non dicam, quam factum a Petauio fuerat, (de Notis enim eius, quamquam subinde eruditis, iam vidimus) in IVLIANI verba & mentem anquirerem; eaque, quæ vel indicio ritus alicuius, aut facti dictiue minus obuii, retrusa aliquantum, vel cæteroquin elegantia & varietate doctrinæ notabilia videbantur, ac luce aliqua indigere, pro virili parte traderem & explanarem. Quod dum exsequor, longius forte me abduxit subinde argumenti, de quo ibi agebatur, proposita elucidatio: quo de illo plenius quid ac certius constaret; vndeque aliis etiam, quæ apud veteres omnis memoriæ Scriptores ad ea respiciunt, & quorum non explicata semper foret ratio, lumen aliquod a me adferretur? Idque eo maiori forte fiducia a me factum, quod illud magnis hac ætate ac eruditissimis viris haud semel in laudem cesserar; qui longius etiam, & extra omnes, in quod tamen me vix putem incurrisse, eius rei, de qua apud Auctorem agebatur, cuius suscepta erat ab iis enarratio, fines euagabantur. In quo opere dum versor, ac vberior inde, quam constitueram, & improuisa ferme adnotationum seges adrelcit; eam pro perpetua, quæ mihi a prima ætate insedit, voluntate, quamque hactenus in aliis meis scriptis religiose obseruaui, viam tenui: vt citra vllum contumelioſum vel procax verbum dictumue in quemquam eruditum, a cuius forte sententia dissiderem, cuiusue manifestum errorem tangerem, ad quod me ipsa ferebar tractatio, immo cum debita potius, quam aliunde iidem promeruerant, laude, id a me semper ac adtente fieret.

MONITVM AD LECTOREM.

Hoc loco commissa, in Epistola dedicatoria ac in Prafatione, a festinentibus, ob vertentes iam Lipsienses nundinas, typographicis operis σφάλματα, adnotare libuit.

In Epistola Dedicatoria

Fol. 3. fac. 2. lin. antepen. *quoquo pacto*
Fol. 5. fac. b. lin. 23. *studioſe seri*
Fol. 6. fac. 2. lin. 5. *animaque pernicium*

In Prafatione

Fol. 4. fac. b. lin. 1. Vocat αὐτὸν θεὸν *nullo sensu irrepserunt, neque quæ legantur ibi in proximis IVLIANI verbis, sed una vocis αὐτὸν &c. Vnde e priori loco omnino illa duo vocula eliminanda, & legendum,* Vt non immerito eidem IVLIANO &c.
Fol. 5. fac. b. lin. 6it. praeter scriptas ab ipso
Fol. 7. fac. b. lin. 7. τοῦ Χαλκιδέως
Fol 8. fac. a. lin. 42. virtute, a Iamblicho traditur: aut ab eodem IVLIANO alibi, in Sole &c.
fac. b. lin. 7. Porphyrio
Fol. 9. fac. a. lin. 29. a Salluſtio
fac. b. lin. 10. in marg. ἐντέτευκε μὲν αὐτῷ, ἡ μαθὶν ἐστι δυνατὸς
lin. 28. & de illa
lin. 34. a Chaldæis
Fol. 11 fac. a. lin. 15. Christianos rursus
lin. 17. qui foris sit
lin. 25. ad virtutem referat
lin. antepen. administratio
Fol. 12. fac. a. lin. 37. ab eo ad praeceptores
fac. b. lin. 3. abitu, reluctam, potentium
lin. 38. supplicesque
Fol. 13 fac. a. lin. 12. accessionis sint loco
lin. 33. tum Comicorum
lin. pen. in marg. p. 131
Fol. 14. fac. a. lin 18. in marg. πλείστα
lin. 43. Constantinum
fac. b. lin. 5. quarum
lin. 10. in vsum cederet
lin. 20. in marg. παράνοια
Fol. 15. fac. b. lin. 4. ἐνοχλίας
lin. 43. primatur; non capio
Fol. 18. fac. b. lin. 33. laudem promeritos
lin. 34. laodum cumulus
lin. 40. gerebat
Fol. 19. fac. a. lin. 20. IVLIANVS
Fol. 20. fac. a. lin. 3. ΣΩΖΟΜΕΝΑ
lin. 4. Martinio
lin. 23. constet, loco
fac. b. lin. 24. Deum
Fol. 21. fac. a. lin. 30. & erudite & commode
Fol. 22. fac. b. lin. 29. interpretationa
Fol. 24. fac. a. lin. 1. quia scilicet
fac. b. lin. 35. mentio; idemque fatum
lin. 36. contigerit
Fol. 25. fac. a. lin. 17. abunde ac plene
Fol. 27. fac. b. lin. 12. in marg. Nazarenum
Fol. 28. fac. a. lin. 13. aliisque
fac. b. lin. 15. tenuitate, a me

DE

IVLIANI OPERIBVS

Quædam veterum Auctorum

TESTIMONIA:

ET PRIMO GENTILIVM.

Ammianus Marcellinus Lib. XVI. cap. V.

Ad procudendum ingenium (Iulianus) *vertebatur: & incredibile, quo quantoque ardore rerum principalium notitiam celsam indagans, & quasi pabula quædam animo ad sublimiora scandenti conquirens, per omnia Philosophiæ membra prudenter disputando currebat. Sed tamen quum hæc effecte pleneque colligeret, nec humiliora despexit, poëticam mediocriter, & rhetoricam, (vt ostendit ORATIONVM EPISTOLARVMQVE eius cum grauitate comitas incorrupta) & nostrarum externarumque rerum historiam multiformem:*

Idem Lib. XXII. cap. XIV.

Quocirca in eos (Antiochenses) *deinceps sæuiens, vt obtrectatores & contumaces, volumen composuit inuectiuum, quod ANTIOCHENSE vel MISOPOGONEM appellauit, probra ciuitatis infensa mente dinumerans, addensque veritati complura.*

Libanius de vita sua p. 44. Tom. II.

Τί γὰρ δὴ βασιλικώτερον, ἢ βασιλέως ψυχὴν ὡς ἄλλη λόγων ἀνίσασθαι; τῷ δὲ ὧδε ἄλλως οἷόν τ' ἦν μὴ τὰ τοιαῦτα πάσχειν, ΠΑΤΡΙ ΠΟΛΛΩΝ ΛΟΓΩΝ, ὡς τε δὴ τῆς ἀρχῆς καὶ ἐν ἀρχῇ γεγεννημένῳ. αἱ γὰρ ἀγρυπνίαι ἢ βασιλέως ἡμῖν ΛΟΓΟΥΣ ἐποίων ἤδη.

Quid enim augustius, quam Principis animum ad sermonum pulcritudinem excitare? Huic autem Principi aliter vsu venire non poterat, quin talia perciperet, quum MVLTARVM ORATIONVM PATER exstitisset, tam ante imperium, quam post ipsum adeptum. Etenim Imperatoris vigiliæ nobis iam ORATIONES compararunt: ac nihil est, quod non præstiterit in iis amplius quam alii, præ ea, quæ in ipsius scriptis inest, pulcritudine.

Idem in IVLIANI Panegyrico p. 178. Tom. II.

Ἐγὼ δέ σε δεηθείην ἂν εἰπεῖν, ὅπως ἕκαστα πέπρακται. δεῖ δὲ ὧδέ σοι ὡς ταῦτα σόματος· ἀλλ' ἀποχρήσει δῶναι ΤΗΝ ΣΥΓΓΡΑΦΗΝ, ἣν αὐτὸς ὁ πράξας συνέθηκας· ὁ αὐτὸς γενόμενος καὶ στρατηγὸς καὶ συγγραφεύς.

Equidem obsecraram te vt referres, quomodo singula peracta sint. Verum ad hæc tibi ore (seu sermone) nihil opus est; sed satis superque erit COMMENTARIVM, qui a te ipso, qui egisti, est conscriptus, exhibuisse: ipse, inquam, qui & dux exercitus & scriptor exstitisti.

Idem pro Aristophane ad Iulianum Imp. p. 217. Tom. II.

Ἀνάμνησον γὰρ σαυτὸν, ὦ βασιλεῦ, ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ, ἣν ΚΟΡΙΝΘΙΟΙΣ ἔπεμψας· ἄκων μὲν εἰς τὸν πόλεμον ἐμβὰς, ἤδη δὲ τὸ πλέον λαβών, ἔπω δὲ εἰς τέλος ἥκων ἐν ᾗ σαφῶς εὐεργέτας σαυτῷ τοὺς Κορινθίους καλεῖς. ἀλλὰ γὰρ αὐτῷ μοι δεῖ μέρος ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ· καὶ γὰρ ἂν ἡδίους τοὺς ἀκούοντας ποιήσαιμεν· πατρῷα μοι ὡς ὑμᾶς ὑπάρχει φιλία. καὶ γὰρ, ὥκησε παρ' ὑμῖν ὁ ἐμὸς πατὴρ, καὶ ἀναχθεὶς

χθεὶς ἔνθεν, ὥσπερ ἐκ Φαιάκων Ὀδυσεὺς, τῆς πολυχρονίου πλάνης ἀπηλλάγη. εἶτα μικρὰ διελθὼν περὶ παντὸς μητρῴας, ἐντεῦθα φῆς, ὁ πατὴρ ἀνεπαύσατο.

Enimvero in mentem reuoca Imperatoris EPISTOLAM, *quam AD CORINTHIOS miseras:* tum inuitus quidem bellum adgressus, & iam potiori parte auctus, sed nondum ad exitum accedens. *In quibus litteris perspicue Corinthios bene de te meritos praedicas. Verum opus est mihi EPISTOLAE particula; sic enim hilariores reddemus auscultantes:* paterna mihi vobiscum intercedit amicitia; etenim apud vos pater meus habitauit, indeque reuersus, vt Vlysses a Phæacibus, diuturno errore liberatus est.

Idem Paneg. IVLIANI p. 242.

Οὕτω δὲ πλείω λόγον ἔχ μὴ δοκεῖν ἀδικεῖν, ἢ τῆς νίκης αὐτῆς ἐπεποίητο, ἕως τ' ἐν μέσοις τοῖς δεινοῖς ἐμβεβηκὼς, διὰ Ἑλλήνων ἅπασιν ἀνθρώποις ἀπελογεῖτο, πέμπων ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ ἐκεῖσε καὶ τὰς ἑκάστων τρόπους, μείζους, ἐλάττους, τὸ μέσον ἐχούσας· ὡς ἔμελλον τοῖς δεξαμένοις ἁρμόσειν.

Sic maior habebatur ratio, ne illata videretur iniuria, quam victoriae ipsius, quousque in media pericula progressus, per Graecos ab omnibus hominibus defenderetur; dum LITTERAS *inde mitteret, ad singulorum mores congruas, maiores, minores, mediocritatem styli seruantes, vt iis, qui eas acciperent, accommodari eadem possent.*

Idem Orat. Funeb. in IVLIANVM p. 288.

Εἰδὼς δὲ ὡς καὶ θεοὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐκρίθησαν, εὐθύνας ἠξίωσε δοῦναι τῶν πεπραγμένων· καὶ τὰς Ἐρεχθείδας ὁ βασιλεὺς ἐποίει δικαστὰς, πέμπων ΑΠΟΛΟΓΙΑΝ ἐν γράμμασι.

Praterea quum probe sciret, Deos apud Athenienses iudicatos esse, rationes actorum dare voluit: ac ita Erechteidas (seu Athenienses) Imperator iudices constituit, DEFENSIONEM EPISTOLIS *ad eos consignans.*

Ibidem p. 307.

Τὰς τῶν δυνασευόντων τιμωρίας ὑπερβὰς, ἦλθε τὴν ΤΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ· καὶ παρὼν ἐρρύσατο καὶ ἀποκτεῖναι, ΛΟΓΩ τὴν πόλιν ἀμύνεται.

Potiorum poenas moderatus (IVLIANVS) ORATORIS *partes suscipit; & quum libertas ei esset quaestionibus & caedibus in eos* (Antiochenses) *saeuire,* ORATIONE *vrbem vlciscitur.*

Zosimus Histor. Lib. III. cap. VIII.

Τὸ δὲ ὅπως, περιττὸν ἡγησάμην διεξελθεῖν, αὐτῷ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΕΝ ΙΔΙΑ ΣΥΓΓΡΑΦΗ πάντα ἀφηγησαμένῳ τὰ τότε πραχθέντα. ἅπερ ἐστὶν εἰς χεῖρας λαβόντα, τὴν ἐν λόγοις ἄκραν ἀνδρὸς συνιδεῖν ἀρετήν.

Id autem quomodo factum sit, a me commemorari superuacaneum duxi: quum ipse CAESAR *omnia tunc temporis gesta peculiari* SCRIPTO *quodam exposuerit. Ea vero si quis in manus sumserit, huius viri summam in dicendo vim perspiciet.*

Idem Lib. III. cap. X.

Πάσας δὲ τὰς πόλεις, ἃς ἔτυχεν ἤδη διαβεβηκὼς, ἐφιλοφρονεῖτο, χρήσας ἐναποτιθέμενος πᾶσιν ἐλπίδας. ΕΓΡΑΦΕ δὲ καὶ ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ, καὶ Λακεδαιμονίοις, καὶ Κορινθίοις, τὰς αἰτίας τῆς σφετέρας ἐμφανῶν ἀφίξεως.

Omnes

Omnes autem vrbes, quas cursim iam transierat, blande demulcebat, vniuersis spem de se bonam prabens. SCRIPSIT & ATHENIENSIBVS, & Lacedæmoniis, & Corinthiis, itineris sui causſas ostendens.

TESTIMONIA VETERVM CHRISTIANORVM.

Socrates Hist. Eccl. Lib III. cap. I.

Ἔχων δὲ ὁ βασιλεὺς πλεονάζον ἐν ἑαυτῷ τὸ κενόδοξον, πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλεῖς ἐκωμῴδησεν ἐν ΤΩ ΛΟΓΩ ὃν ἐπέγραψε ΚΑΙΣΑΡΑΣ.

Caterum quum Imperator vana gloriæ supra modum deditus esset, cunctos ante se Imperatores perstrinxit eo LIBRO, quem inscripsit CAESARES.

Idem Lib. III. cap. XVII.

Ὁ βασιλεὺς δὲ ἀφέμενος ἔργοις τοὺς ὑβριστὰς ἀμύνασθαι, τῷ ἀνίσκωψαι τὴν ὀργὴν διελύσατο. τὸν γὰρ πεπονημένον αὐτῷ ΑΝΤΙΟΧΙΚΟΝ, ἤ τοι ΜΙΣΟΠΩΓΩΝΑ ΛΟΓΟΝ διεξελθὼν, στίγματα διηνεκῆ τῇ Ἀντιοχέων πόλει κατέλιπεν.

Imperator vero, abiecto priore consilio, quo iniuriam sibi a conuiciatoribus illatam factis vlcisci decreuerat, reciprocis conuiciis ac dicteriis iram suam expleuit. LIBRO enim aduersus eos edito, quem ANTIOCHICVM siue MISOPOGONEM inscripsit, Antiochensium ciuitati notam inussit sempiternam.

Idem Lib. III. cap. XXIII.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ δὲ τὸν πατέρα ζηλῶν, τὸ ἴδιον πάθος εἰς ΤΟΥΣ ΚΑΙΣΑΡΑΣ ἤλεγξε, πάντας μωμησάμενος τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλεῖς, καὶ οὐδὲ Ὃ Φιλοσόφῳ Μάρκῳ Φεισάμενος.

IVLIANVS vero patris (Porphyrii, de quo ibi sermo) *exemplum imitatus, animi sui morbum prodidit in libro, qui CASARES inscribitur: in quo cunctos ante se Imperatores perstrinxit, ac ne ipsi quidem Marco Philosopho pepercit.*

Idem ibidem.

Καὶ ἐν ΤΩ ΛΟΓΩ δὲ αὐτοῦ ὃν ΠΕΡΙ ΚΥΝΙΣΜΟΥ ἐνέγραψε, διδάσκων ὅπως δεῖ τοὺς ἱεροὺς πλάττειν μύθους, φησὶ δεῖν κρύπτειν τὴν περὶ τῶν τοιούτων ῥημάτων ἀλήθειαν, λέγων αὐτοῖς ῥήμασι τάδε· Φιλεῖ γὰρ ἡ Φύσις κρύπτεσθαι, καὶ τὸ κεκρυμμένον τῆς τῶν θεῶν οὐσίας οὐκ ἀνέχεται γυμνοῖς εἰς ἀκαθάρτους ἀκοὰς ῥιπτεσθαι ῥήμασι.

In eo autem LIBRO, quem de CYNICA philosophia inscripsit, docens qua ratione sacras fabulas fingere deceat, huiusmodi in rebus occultandam ait esse veritatem. Sic enim loquitur: amat enim latere natura, & abdita Deorum substantia nudis & apertis verbis in impuras aures proiici se non sustinet.

Sozomenus Hist. Eccles. Lib. V. cap. XIX.

Ὑπερφυῶς δὲ τῷ θυμῷ μεταβαλλόμενος, ΛΟΓΟΙΣ μόνοις τὴν ὕβριν ἠμύνατο· κάλλιστον καὶ μάλα ἀστεῖον ΛΟΓΟΝ, ὃν ΜΙΣΟΠΩΓΩΝΑ ἐπέγραψε, κατὰ Ἀντιοχέων διεξελθών.

Sed animi æstu repente mutato, VERBIS duntaxat contumeliam suam vltus est, elegantissimo & admodum faceto aduersus Antiochenses LIBRO composito, quem MISOPOGONA inscripsit.

Ibidem Lib. VI. cap. I.

Ἀρσακίῳ δὲ, τῶν Ἀρμενίων ἡγουμένῳ συμμαχοῦντι Ρωμαίοις, ΕΓΡΑ-

ΨΕ

ΨΕ συμμίξαι περὶ τὴν πολεμίαν. ἀπαυθαδειασάμενός τε πέραν ΕΝ ΤΗ ΕΠΙΣΤΟΛΗ, καὶ αὐτὸν μὴν ἐξάρας ὡς ἐπιτήδειον πρὸς ἡγεμονίαν, καὶ Φίλον οἷς ἐνόμιζε θεοῖς, Κωνσταντίῳ τε, ὃν διεδέξατο, ὡς ἀνάνδρῳ καὶ ἀσεβεῖ λοιδορησάμενος, ὑβριστικῶς μάλα ἠπείλησεν αὐτῷ.

SCRIPSIT praterea Arſaci, Armeniorum Regi & ſocio Romanorum, vt iuxta fines Perſarum ipſi occurreret. Qua in EPISTOLA poſtquam vltra modum gloriatus eſſet, ac ſe quidem ipſe extuliſſet, tanquam imperio idoneum, & Diis, quos colebat, acceptum: Conſtantium vero, deceſſorem ſuum, vt ignauum & impium vituperaſſet: contumelioſis admodum verbis ei minatus eſt.

Theodoritus Hiſt. Eccleſ. Lib. III. cap. XXVIII.

Καὶ θερμῶς τὸν τῶν ὅλων δεσπότην καὶ σωτῆρα ποθοῦντες, βδελυττόμενοι ἀεὶ τὸν ἄξιον λήθης ΙΟΥΛΙΑΝΟΝ διετέλεσαν· καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ἔφη σαφῶς διά τοι τοῦτο καὶ ΛΟΓΟΝ συνέγραψε κατ' αὐτῶν, καὶ ΜΙΣΟΠΩΓΩΝΑ τοῦτον ὠνόμασε.

Et vniuerſorum dominum ac ſeruatorem feruide amantes (Antiochenſes) *ſceleſtiſſimum IVLIANVM ſemper deteſtati ſunt. IVLIANVS ipſe optime nouerat: atque idcirco LIBRVM contra eos ſcripſit, quem MISOPOGONEM appellauit.*

Suidas in voce ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ. ὁ παραβάτης, καὶ ἀποστάτης, Ρωμαίων βασιλεὺς, Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως ἀνεψιὸς, ἀπὸ Δαλματίου ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ μητρὸς Γάλλας τὄνομα. ἔγραψε τὰς καλουμένους Καίσαρας, περιέχει δὲ τὰς ἀπὸ Αὐγούστου Ρωμαίων βασιλέας. ἑτέραν βίβλον περὶ τῶν τειῶν σχημάτων, καὶ τὰ καλούμενα Κρόνια, καὶ τὸν Μισοπώγωνα, ἢ Ἀντιοχικόν. περὶ δὲ πόθεν τὰ κακὰ τοῖς ἀπαιδεύτοις, πρὸς τὸν κύνα Ἡράκλειτον, πῶς κυνισέον, ἐπιστολὰς παντοδαπὰς, καὶ ἄλλα. περὶ δὲ Ἐμπεδοτίμου λέγει ὁ παραβάτης ὅτως ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις Κρονίοις· ἡμεῖς δὲ Ἐμπεδοτίμῳ καὶ Πυθαγόρᾳ πιστεύοντες, οἷς τε ἐκεῖθεν λαβὼν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἔφη. καὶ μικρῷ πρότερον· καὶ ὁ κλεινὸς ἡμῖν ἔδοξε καὶ ἱεροφάντης Ἰαμβλιχος. ἐπὶ τὸν Ἰουλιανὸν πολλαὶ δίκαι ἐχώρουν, χανδὸν ἐμφορουμένων τῶν ἀνθρώπων τῆς δικαιοσύνης τὸ κεῖνου. ἀναβολαίτε οὐκ ἦσαν ἐπ' αὐταῖς, ὅσαι νόμιμον ἐκ τῶν συνήθων γραμμάτων τὸ ἄδικον ἴσχυσιν, εἰς βοήθειαν τῶν ἀδικούντων καὶ προσηλυτῶν. ἀλλ' ἡ παραχρῆμα ἔδει τὸ ἴσον ἐλέγχεσθαι κατὰ φύσιν, ἢ τὸ μέλλον, καὶ διωθούμενον εἰς τὸν χρόνον, ὕποπτον ἦν. βαρὺς μὲν οὖν καὶ λυπηρὸς ἐτύγχανε, καὶ ἐπὶ τοῖς δὲ καὶ τὸ τῶν πονηρῶν ἔθος καὶ ἀδικούντων διηγείρετο. ὃ γὰρ ἀδικεῖν ἐξῆν, τοῦδὲ λανθάνειν ἀδικοῦσι. βαρύτερον δὲ αὐτὸν ἀπεδείκνυε τοῖς μοχθηροῖς τὸ εὐπρόσοδον. οἷα γὰρ πρόϊόντος μὲν πολλάκις διὰ τὰς ἱερομηνίας καὶ θυσίας. ἡμέρᾳ δὲ φύσει πρὸς πᾶσαν ἔντευξιν τυγχάνοντος, ἀκώλυτον τοὺς δεομένους λόγου τυχεῖν. ὁ μὲν οὖν ἐλάχιστον τῆς ὑπὸ τῶν πονηρῶν τἀυτης βλασφημίας τε καὶ ὀργῆς ἠθάνετο, καὶ ἐφρόντιζε.

IVLIANVS. Transfuga (ſeu defertor) *& apoſtata, Romanorum Imperator, Conſtantini Magni Imperatoris nepos, fratre eius Dalmatio genitus, & matre Galla nomine. Scripſit librum, qui vocatur* Cæſares: *continet autem omnes ab Auguſto Romanorum Imperatores. Alium quoque librum ſcripſit* de tribus figuris: *& quæ vocantur* Saturnalia, *&* Miſopogonem *ſeu* Antiochicum, *&* Vnde mala proficiſcantur contra ineruditos: *item* Aduerſus canem Heraclitum, Quomodo Cynice viuendum ſit, Epiſtolas *omnis generis, & alia.*

alia De Empedotimo in Saturnalibus ſic ſcribit Parabata: Nos Empedotimo,& Pythagoræ, & iis quæ inde accepta Ponticus Heraclides tradidit, fidem adhibentes;*& paullo ante:* inclytus nobis viſus eſt & Hierophantes Iamblichus. *Ad Iulianum multa cauſſæ deferebantur, quum homines affatim fruerentur aquitate iudicis. Neque enim dilationes erant earum, qua lege ſancitam e receptis ſcriptis haberent iniquitatem, & hominibus iniuſtis alienaque detinentibus auxiliarentur. Sed aut ſtatim aquitas natura conſentanea demonſtranda erat; aut mora & procraſtinatio ſuſpecta habebatur. Grauis igitur & moleſtus erat: atque ob hac natio improborum & iniuſtorum excitabatur. Nam neque iniuriam facere licebat, nec ea facta latere. Moleſtiorem etiam illum improbis reddebat & adeundi facilitas. Quum enim & ſæpe propter feſta ſacrificiaque procederet, & adeuntibus omnibus commodum ac mitem ſe præberet, quilibet eum adloqui poterat. Ille vero tulit improborum maledicta, & indignationem minime ſentiebat aut curabat.*

Zonaras Lib. XIII. p. 10. Tom. II. ed. Reg.

Ὅθεν ὁ βέβηλος ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ, ἐν ΤΩ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΙΣΑΡΩΝ ΛΟΓΩ αὐτῷ, ἀποσκώπτων ὥσπερ εἰς τὸν εὐσεβέστατον, πλάττεται τὸν Ἑρμῆν διαλεγόμενον, καί τι ἂν εἴη γνώρισμα βασιλέως ἀγαθοῦ; πυνθανόμενον, κἀκεῖνον πρὸς τὸ ἐρώτημα λέγοντα· πολλὰ κεκτῆσθαι χρῆναι τὸν Ἀντιοχέα, καὶ ἀναλίσκειν πολλά.

Enimuero profanus ille IVLIANVS in LIBRO de CAESARIBVS Imperatorem piiſſimum deridens, quia profuſus eſſet in ſumptibus faciendis, fingit Mercurium cum eo colloquentem quærere, quænam ſit boni Regis nota? *cui ille reſpondeat*, Imperatori & habenda & inſumenda eſſe multa.

Idem p. 26.

Οἱ Ἀντιοχεῖς ἀποσκώπτοντες εἰς αὐτὸν, θύτην ἔλεγον καὶ ὁ βασιλέα σφίσιν ἐπιδημῆσαι. καὶ διὰ τὸ καθειμένον ἔχειν ἐκεῖνον τὸν πώγωνα, τράγον αὐτὸν ὠνόμαζον οἱ αὐλοὶ, καὶ πρὸς σχοίνων πλοκὴν ἔλεγον αὐτὸν ἐπιτήδειον. Ὁ δὲ ἀντιαποσκώπτων αὐτοῖς εἰς βλακείαν, καὶ θρύψιν, καὶ τρυφερότητα, ἔλεγε· μὴ παρέχειν τοῖς Ἀντιοχεῦσι τὸν πώγωνα εἰς σχοίνων πλοκὴν, ἵνα μὴ τῇ τότε τραχύτητι θλιβεῖεν αἱ χεῖρες αὐτῶν· πρὸς ὃς καὶ ΛΟΓΟΝ ἔγραψεν, ὃς ἐπιγέγραπται ΑΝΤΙΟΧΙΚΟΣ, ἢ ΜΙΣΟΠΩΓΩΝ.

Antiochenſes victimarium non Imperatorem ad ſe veniſſe per iocum dicebant: &, *quia promiſſam alebat barbam*, Hircum *nominabant*, & *ad nectendos funes aptum eſſe dicebant. Ille vicisſim eorum ſtultitiam, mollitiem & delitias perſtringens.*: Nolim, *inquit*, Antiochenſibus barbam meam ad funes nectendos præbere, ne manus illorum eius aſperitate adterantur; *edito contra illos LIBRO, qui ANTIOCHICVS ſeu MISOPOGON dicitur.*

Nicephorus Calliſtus Hiſt. Eccleſ. Lib. X. cap. XXVII. Tom. II. p. 61.

Εἰς ἔργον δὲ τὴν ἀπειλὴν ἀγαγεῖν μὴ θελήσας, λόγοις ἀντισκῶψαι τὴν Ἀντιόχου ἠθέλησε. καὶ ΛΟΓΟΝ κατ' Ἀντιοχέων γενναῖον καὶ μάλα ἀττικὸν διεξελθών, οὗ ΑΝΤΙΟΧΙΚΟΝ ἢ ΜΙΣΟΠΩΓΩΝΑ ἐπιγεγράφει. καὶ ἔτως ἀμύνασθαι δόξας, τὴν πρὸς Πέρσας ἠπείγετο. σίγμαλα διηνεκῆ τῇ Ἀντιοχέων πόλει καταλιπών.

Caterum minas factis exſecutus non eſt; ſed verbis tantum in Antiochenos conuitia retorſit, LIBRVMque praclarum & facetum ira remiſſa in eos conſcriſit, quem ANTIOCHICVM vel MISOPOGONA inſcripſit. Atque eo pacto ſe iniuriam vindicaſſe exiſtimans, Perſicam expeditionem, perpetua nota vrbi Antiochena inuſta, eſt perſequutus.

TESTI

TESTIMONIA VETERVM

De IVLIANI scriptis aduersus Christianos, & GYRILLI contra eũdem opere.

Gregorius Nazianzenus Inuectiua I. in IVLIANVM.

Λέγων γὰρ ἀναθήσω τῷ θεῷ χαριστήριον, πάσης ἀλόγου ζωῆς ἱερώτερον τι καὶ καθαρώτερον, ἀ καὶ ΤΟΙΣ ΕΝΑΓΕΙΣ *ἐκείνοις* ΛΟΓΟΙΣ *καὶ λόγοις.*

Sermonem enim Deo in grati animi significationem dabo, omni rationis experte victima sanctiorem & puriorem: neutiquam iuxta SCELERATOS *eius* SERMONES *& nugatorias orationes.*

Libanius Orat. Funeb. in IVLIANVM.

Πολλῶν δὲ θέσεις νόμων, ΒΙΒΛΙΩΝ τε συγγραφὰς βοηθόντων [illegible].

Legum multarum sanctiones, nec non LIBRORVM conscriptiones Dijs succurrentes.

Hieronymus Epist. LXXXIV. Magno Oratori Romano.

IVLIANVS Apostata septem libros in expeditione Parthica aduersum Christianos euomuit, & iuxta fabulas Poetarum suo se ense lacerauit. Si contra hunc scribere tentauero, puto interdices mihi, ne rabidum canem Philosophorum & Stoicorum doctrinis, id est, Herculis clava, reperentiam: quamquam Nazarenum nostrum, vt ipse solebat dicere, Galilæum statim in prælio senserit.

Idem Præfat. de Script. Ecclesiasticis.

Discant ergo Celsus Porphyrius, IVLIANVS, rabidi aduersus Christum canes, discant eorum sectatores, qui putent Ecclesiam nullos Philosophos & eloquentes nullos habuisse doctores: quanti & quales viri eam fundauerint, exstruxerint & ornauerint, & desinant fidem nostram rusticæ tantum simplicitatis arguere, suamque potius imperitiam agnoscant.

Idem de optimo genere interpretandi cap. III.

Hoc replico, non de Euangelistas arguam falsitatis; hoc quippe impiorum est Celsi, Porphyrii, IVLIANI.

Socrates Hist. Eccl. Lib. III. cap. I.

Ἐκ τῆς αὐτῆς ἤθους κινήσεως, καὶ ΤΟΥΣ ΚΑΤΑ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ συνέγραψε.

Eodem animi morbo impulsus (IVLIANVS) LIBROS CONTRA CHRISTIANOS conscripsit.

Idem Lib. eod. cap. XXIII.

Ὅσοι εἰ μὴ περίεργως ἐπιτυχήκασιν ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ καὶ Πορφυρίου, ἐγνωμόνως τε αὐτὰ ἐδέξαντο, πάντως ἂν εἰς ἕτερα πνεύσαι ΛΟΓΟΥΣ ἔτρεψαν, καὶ οὐκ ἂν εἰς τὰ σοφίσματα βλάσφημα γράφειν ἐτράπησαν. ὅπερ δὲ ὁ βασιλεὺς σκῆψαι ἐπιτηδεύει, ὡς δῆθεν ἰδιώτας καὶ ἀπλουστέρους ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ πεποίηκε, καὶ μὴν ὡς τοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μόρφωσιν τῆς ἀληθείας ἔχοντας, ἐκεῖθεν δῆλον ἐστί. λαβὼν γὰρ τὰ ῥήματα, ὧν χρείας ἕνεκεν εἰκοσημιῶς ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ ἀνθρωπικώτερον πέπαυται, καὶ πολλὰ παῦλαν ἐποιήσατο, πλεονάζοντα φέρει κατὰ λέξιν πάλιν. ἅπαντα οὖν ἐκεῖνα, εἰ μὴ λέγοι ἐστὶν ὁπόθεν ἔχων ταῦτα ἱστορίαν, ὅπερ ἐγὼ νενόμικα, πολλῆς γέμειν ἂν λέγοι ὡς αὐτῷ βλασφημίας. ταῦτα μὲν ΕΝ ΤΩ ΤΡΙΤΩ αὐτῷ ΚΑΤΑ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΒΙΒΛΙΩ αὐτῶς λέξασι εἴρηκε.

Quasi diligenter perlegissent IVLIANVS & Porphyrius, & si placido animo ea suscepissent, prorsus stylum suum ad aliud argumentum conuertissent, nec ad impietatis plena sophismata conscribenda animum suum vnquam adplicuissent. Quod vero Imperator cauillari studuerit, apud rudes & imperitos verba faciens, non apud eos, qui ex sacris litteris expressam veritatis gerunt imaginem, hinc licet perspicere. Nam quum multa, quæ propter dispensationem, necessitatis causſa, humanò more, de Deo dicuntur, excerpsisset atque in vnum collegisset, tandem hæc subiungit ad verbum: Horum singula, nisi sermo ipse arcanam quandam habeat intelligentiam, quod quidem facile existimo, multa in Deum impietate referta sunt. *Hæc ille IN TERTIO CONTRA CHRISTIANOS LIBRO totidem verbis scripsit.*

Theophanes Chronographiæ p. 44. edit. Regiæ Paris.

Ἀναιρετὴν δὲ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ ὁ δυσσεβὴς ἔγραψε τῶν θείων εὐαγγελίων, ἣν ὁ μέγας ΚΥΡΙΛΛΟΣ Ἀλεξανδρείας ἐν ἐξαιρέτῳ πραγματείᾳ λαμπρῷ ἀνέτρεψεν.

Impius IVLIANVS sacrorum Euangeliorum confutationem scripsit, quam CYRILLVS, magnus Alexandriæ Antistes, selectis & luculentis editus commentariis refutauit.

Cedrenus Histor. p. 407. ed. Reg.

Οὗτος ὁ ΔΥΣΣΕΒΗΣ τὴν τῶν θείων εὐαγγελίων ἀναίρεσιν ἔγραψεν. ἣν ὁ μέγας καὶ ΚΥΡΙΛΛΟΣ Ἀλεξανδρείας, ἀνὴρ φιλόχριστος ἐπιτερπώτατα, καὶ πᾶσαν δὴ ἄλλην γραφὴν αὐτὸς τε καὶ ὁμοίως αὐτῷ διέσωσαν. ὅσα δὲ τῶν ὀρθοδόξων ἐξεβλήθησαν τὰ τούτων νοήματα.

Impius IVLIANVS scripsit etiam Euangeliorum deprauationem, quæ magnus CYRILLVS Alexandriæ Episcopus, aliique Christiani correxerunt: omnes autem sacras litteras IVLIANVS eiusque similes corrupere, quorum adulterina scripta pii eliminarunt.

INDEX

INDEX

eorum, quæ in hoc opere continentur.

IVLIANI Imperatoris opera.

Oratio I. In laudem Constantii Imperatoris Pag. 1.
II. In laudem eiusdem, seu, de eius rebus gestis 49.
III. In laudem Eusebiæ Augustæ 102.
IV. In Solem ad Sallustium 130.
V. In Deorum Matrem 158.
VI. Aduersus imperitos Canes 180.
VII. Ad Heraclium, de Cynica secta 204.
VIII. Consolatoria in discessu Sallustii 240.

Epistola ad Themistium Philosophum 253.
Epistola ad S. P. Q. Athenienſem 268.
Epistolæ Fragmentum 288.
Cæsares 306.
Misopogon 337.
Epistolæ LXII 372.
Epistola Galli fratris ad Iulianum 452.

CYRILLI Alexandriæ Archiepiscopi ad Theodosium Imperatorem Præfatio Pag. 1.
Eiusdem pro Christianorum Religione, aduersus LIBROS IVLIANI, Libri decem 5.

APPENDIX.

Petri Martinii Epistola & Præfatio in *Misopogonem* Pag. 1.
Petri Cunæi Latina *Cæsarum* interpretatio 16.
Caroli Cantoclari Notæ in IVLIANI *Cæsares* 36.
Eius Præfatio in Orationem II. IVLIANI 46.
Theodori Marcilii in *Solis Hymnum*, seu Orationem IV. IVLIANI, Annotationes 47.
Dionysii Petauii Præfationes & Notæ ad IVLIANI opera 56.
Indices in IVLIANVM, CYRILLVM, & Appendicem.
Ezechielis Spanhemii Obseruationes ad IVLIANI Orationem I. Pag. 1.
Indices ad easdem Obseruationes 107.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΑ ΠΑΝΤΑ.

Τμῆμα πρῶτον τὰς λόγους περιέχον.

JVLIANI IMP. OPERA.

Pars prima Orationes illius complectens.

Interprete DIONYSIO PETAVIO Aurelianenſi, e Societate JESU.

IN CONSTANTII IMPERATORIS laudem.

ORATIO I.

Ullm ego jamdudum (maxime Imperator) virtutem tuam ac geſta prædicare cuperem: cumque & bella a te confecta, & ſublatas tyrannides commemorare vellem; quemadmodum, inquam, ab altera, oratione ac perſuaſione ſatellites abstraxeris, alteram armis expugnaris: ſola me geſtarum rerum magnitudo deterruit. Non enim id mihi metuendum arbitrabar, ne oratio mea ab facinorum tuorum dignitate brevi aliquo intervallo recederet; ſed illud potius, ne a propoſito penitus aberraſſe judicarer. Nam qui in forenſi certamine ac Poëtica ſæpius occupantur, nihil mirum eſt, ſi rerum a te geſtarum præconium nullo negotio ſuſcipiant. Hoc enim ex aſſidua dicendi ex-

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ Αὐτοκράτορα Κωνσάντιον.

χ. εις

ΛΟΓΟΣ Α.

ΠΑΛΑΙ με προθυμούμενον, ὦ μέγιστε Βασιλεῦ, τὴν σὴν ἀρετὴν, καὶ πράξεις ὑμνῆσαι, καὶ τοὺς πολέμους ἀπαριθμήσασθαι, καὶ τὰς τυραννίδας ὅπως ἀνήρηκας· τῆς μὲν λόγῳ καὶ πειθοῖ τοὺς δορυφόρους ἀποσήσας· τῆς δὲ τοῖς ὅπλοις κρατήσας· τὸ μέγεθος εἵρξε τῶν πράξεων. Οὐ τὸ βραχεῖ λειφθῆναι τῷ λόγῳ τῶν ἔργων δένδρον κρίνοντα· ἀλλὰ τὸ παντελῶς τῆς ὑποθέσεως διαμαρτεῖν δόξαι. Τοῖς μὲν γὰρ πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀγῶνας, καὶ τὴν ποίησιν διατρίβουσιν ὀδὲν θαυμαστὸν εἰ ῥᾳδίως ἐγχωρεῖν ἔχει τοῖς ἐπαίνοις τῶν πραχθέντων. Περίεσι γὰρ αὐτοῖς

χ. ἵερχε
χ. τῶβρ.
χ. θεαχῦ
χ. τῷ παντ.
χ. ἔξεσιν ἐχίεγειν.

ἐκτῆς δ' λεγόν μελέτης, καὶ τ πρὸς τὰς ἐπιδείξεις συνηθείας τὸ θαρσεῖν ἐν δίκῃ. Ὅσοι δὲ μὲν τοιάτα μέρος κατωλιγώρησαν, ὥρμησαν δ' ἐφ' ἕτερον παιδείας εἶδος, καὶ λόγων ξυγγραφὴν ὁ δήμῳ κεχαρισμένην ὁδ' ἐς θέατρα παντοδαπὰ τολμῶσαν ἀποδύεσθαι, πρὸς τὰς ἐπιδείξεις ἔχοιεν ἂν εἰκότως εὐλαβέστερον. Ἔστι γὰρ οὐκ ἄδηλον τοῦθ' ὅτι τοῖς μὲν ποιηταῖς Μοῦσαι, καὶ τὸ δοκεῖν ἐκεῖθεν ἐπιπνεομένους τὴν ποίησιν γράφειν, ἄφθονον παρέχει τὴν ἐξουσίαν δ' πλάσματος· τοῖς ῥήτορσι δὲ ἡ τέχνη τὴν ἴσην παρέχει ἄδειαν. Τὸ μὲν πλάττειν ἀφελομένη, τὸ κολακεύειν δ' ὑδαμῶς ἀπαγορεύσασα· οὐδὲ αἰσχύνην ὁμολογουμένην τῷ λέγοντι τὸ ψευδῶς ἐπαινεῖν τοὺς οὐκ ἀξίους ἐπαίνου κρίνασα. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐπειδὰν καινόν τινα μῦθον, ἢ μηδέπω τοῖς πρόσθεν ἐπινοηθέντα φέρωσιν αὐτοὶ συνθέντες, τῷ ξένῳ τοὺς ἀκούοντας ψυχαγωγήσαντες πλέον θαυμάζονται. Οἱ δὲ τῆς τέχνης ἀπολαῦσαί φασιν ἐν τῷ δύνασθαι περὶ τῶν μικρῶν μειζόνως διελθεῖν, καὶ τὸ μέγεθος ἀφελεῖν τῶν ἔργων τῷ λόγῳ, ἢ ὅλως ἀντιτάττειν τῇ τῶν πραγμάτων φύσει δύναμιν τὴν τῶν λόγων. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἑώρων ταύτης ἐμαυτὸν ἐπὶ δ παρόντος ἐν χρείᾳ τῆς τέχνης, ἦγον ἂν τὸν προσήκουσαν ἡσυχίαν τοῖς ἀμελετήτως ἔχουσι τῶν τοιούτων λόγων· παραχωρῶν τῶν σῶν ἐγκωμίων ἐκείνοις, ὧν μικρῷ πρόσθεν ἐμνήσθην. Ἐπεὶ δὲ ἅπαν τοὐναντίον ὁ παρὼν ἀπαιτεῖ λόγος, τῶν πραγμάτων ἁπλῶς δ.ηγήσιν, ὑδενὸς ἐπεισάκτου κόσμου δεομένην, ἔδοξε κἀμοὶ προσήκειν ἀξιοῦν διηγήσασθαι τῶν ἔργων ἀνεφίκτου καὶ τότε τοῖς προλαβοῦσιν ἤδη φανέντος. Ἅπαντες γὰρ σχεδὸν οἱ περὶ παιδείαν διατρίβοντες ἐν μέτρῳ, καὶ καταλογάδην ὑμνοῦσιν· οἱ μὲν ἄ-

for. δ' τοὺς
χρ. διηγήσασθ τ ἔργων.
χρ. τότε προλαβ.

A ercitatione, & oſtentandæ facultatis conſuetudine ſunt conſecuti, ut in eo genere merito cum fiducia verſentur. Qui vero neglectui iſtud ipſum habuerunt, & ad aliud doctrinæ genus ſeſe transtulerunt; quique iſtiusmodi orationes ſcribere aggreſſi ſunt, quæ minus probarentur in vulgus, neque in theatra omnis generis ac conſeſſus ad certamen prodire conſueverunt: jure illi timidius in iſtas ſe facultatis ſuæ periclitationes oſtentationesque committunt. Neque enim obſcurum illud B eſt: Poetis Muſas ipſas, & quod illinc afflatu quodam perciti ad ſcribenda carmina ſe conferre videantur, luculentam fingendi licentiam præbere; Oratoribus vero ex arte ſua parem atque eandem facultatem ſuppetere. Quæ quidem ars cum fingendi poteſtatem adimat, adulari tamen nequaquam prohibet; neque certam illam ac confeſſam in oratore ignominiam eſſe ſtatuit, ſi qui laudibus indigni ſunt falſo prædicentur. Sed illi cum novam aliquam fabulam a nemine priorum excogitatam atque a ſe ipſis repertam attulerint, & auditores ſuos ipſa C novitate detinuerint, majori in admiratione verſantur. Oratores vero tum ſui ſe artificii fructum capere dicunt, cum aut exiguas res ampliores dicendo facere; aut de rerum geſtarum magnitudine detrahere; atque, ut uno verbo dicam, naturæ rerum orationis naturam opponere potuerunt. Ego vero ſi eam artem deſiderari in præſentia viderem, illud mihi ſilentium indicerem, quod iis conſentaneum eſt, qui in ejusmodi orationis facultate rudes ſunt, ac minus exercitati; tuasq; illis laudes commemorandas relinquerem, quorum paulo ante mentionem feci. Sed quoniam contrarium potius, hoc D eſt, nudam rerum narrationem, ſine ullo adſcititio fuco atque ornamento, præſens oratio poſtulat; mihi quoque convenire earum expoſitionem putavi: cum quidem rerum a te geſtarum dignitatem æquari dicendo non poſſe viſum iis fuerit, qui ante me iſtud ipſum aggreſſi ſunt. Omnes enim ferme, qui in literis verſantur, aut carmine, aut ſoluta oratione præconia celebrant; quorum alii pau-

cis

cis comprehendere ac complecti audent omnia; alii ad aliquam rerum geſtarum partem adhæreſcentes, ſatis ſibi eſſe exiſtimant, ſi vel ab hujus dignitate non aberraverint. In quo iſtorum omnium voluntatem ac ſtudium amplecti ac probare convenit, quituas laudes proſecuti ſunt. Nonnulli enim, ne quid ex rebus a te geſtis temporis longinquitas obſcuraret, maximum quendam ſibi laborem impoſuerunt; alii, quod omnino ſe aberraturos putarent, animum ac voluntatem ſuam aliqua in illarum parte declararunt: multo eſſe ſatius exiſtimantes privatæ aliquid operæ tibi conſecrare, quam ſecurum tutumque ſilentii præmium obtinere. Quamobrem ſi unus eſſem eorum, qui ejusmodi ſcriptas ad pompam orationes adamarunt, inde mihi argumenti tractandi initium capiendum foret, ut ei, quam erga te jam habeo, parem atque æqualem benevolentiam a te poſtularem; illudque peterem, ut ad orationem meam facilis atque humanus auditor, non ſeverus atque inexorabilis judex accederes. Sed cum aliis diſciplinis educati atque imbuti, velut inſtitutis ac legibus, non recte in aliena opera videamur incurrere, pauca de iis attingi a me oportere cenſui: ut magis idoneum principium meæ orationi præfigerem.

Vetus lex eſt, ab eo profecta qui Philoſophiam primus in humanum genus invexit, quæ hunc in modum ſeſe habet: debere omnes ad virtutem & honeſtatem reſpicientes ſtudia ſua ita comparare, ut in dictis factisque, in ſocietatibus rebusque omnibus, tam parvis quam majoribus, honeſtatis rationem teneant. Jam vero virtutem omnium rerum honeſtiſſimam eſſe, quis eorum, qui prudentiæ aliquid habeat, dubitare poſſit? Hanc igitur retinere perpetuo jubet eos, qui non temere nomen illud circumferant, ac nihil ad ſeſe pertinens & alienum uſurpent. Hæc cum lex illa præcipiat, nullum orationis genus præſcribit, neque, tanquam

A παντα περιλαβεῖν ἐν βραχεῖ τολμῶντες· οἱ δὲ ἐν μέρεσιν" αὐτὲς ἐπιδόντες τῶν πράξεων, ἀρκεῖν ἡγήσαντο εἰ τέτων τῆς ἀξίας μὴ διαμάρτοιεν· Ἄξιον δὲ ἄγαθαι τὴν προθυμίαν τῶν ἀνδρῶν ἁπάντων, ὅσοι τῶν σῶν ἐπαίνων ἥψαντο. Οἱ μὲν γὰρ ὅπως μηδὲν ὑπὸ τᾶ χρόνᾳ τῶν σοι πραχθέντων" ἀμαυρωθείη, τὸν μέγιστον ὑποδυῶαι πόνον ἐτόλμησαν· οἱ δὲ ὅτι τᾷ παντὸς διαμαρτήσοιν ἤλπιζον, τὴν

B αὐτῶν γνώμην ἐν μέρει προὔφηναν· ἄμεινον δ' τῆς σιωπῆς ἀκινδύνᾳ γέρως κρίναντες κ' δύναμίν σοι τ' οἰκείων πόνων ἀπάρξαθαι. Εἰ μὲν ἂν καὶ αὐτὸς εἷς ὢν ἐτύγχανον τ' τὲς ἐπιδεικτικὲς ἀγαπώντων λόγως, ἐχρῆν ἐντεῦθεν ἄρχεθαι τ' ὑποθέσεως, τὴν ἴσην ἔυνοιαν ἀπαιτήσαντα τ' ὑπαρχούσης ἤδη σοι παρ' ἡμῶν καὶ δεηθέντα τῶν λόγων ἀκροατὴν εὐμενῆ γενέθαι· ἐχρὴ δὲ ἀκριβῆ καὶ ἀπαραίτητον

C κριτὴν κατασῆναι. Ἐπεὶ δὲ ἐν ἄλλοις μαθήμασι τραφέντες, καὶ παιδευθέντες, καθάπερ ἐπιτηδεύμασι καὶ νόμοις, ἀλλοτρίων κατατολμᾶν ἔργων δοκοῦμεν ἂν ὀρθῶς, μικρά μοι δοκεῖ χρῆναι καὶ περὶ τέτων δηλῶσαι, οἰκειοτέραν ἀρχὴν προθέντα τᾷ λόγᾳ.

Νόμ@ ἐσὶ παλαιὸς παρὰ τᾷ πρώτᾳ Φιλοσοφίαν ἀνθρώποις φήναντ@" ὅτωσὶ κείμεν@ ἅπαντας πρὸς τ' ἀρετὴν, κ' πρὸς τὸ καλὸν βλέ-

D ποντας ἐπιτηδεύειν ἐν λόγοις, ἐν ἔργοις, ἐν ξυνουσίαις, ἐπὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς κ' τὸν βίον" μικροῖς κ' μείζοσι δ' καλᾷ πάντως ἐφίεθαι. Πάντων δὲ ὅτι κάλλιστον ἀρετὴ, τίς ἂν ἡμῖν τ' νοῦ ἐχόντων ἀμφισβητήσειεν; τάυτης τοίνυν ἀντέχεθαι διακελεύεται τὲς μὴ μάτην τετὶ πεποιησονλας τοὔνομα, προσῆκον ἡδὲν αὐτοὶς σφετερισαμένους. Ταῦτα δὴ διαγορεύων ὁ νόμ@ ἡδεμίαν ἰδέαν ἐπιτάτ' λόγων" ὃ ὥσπερ

γδ. αὐλῆς

γε. ἀμαυρωθῆ,

γε. ἀπάντων

γε. ὅτου

γε. ἡδὲν

ἔκ τινος τραγικῆς μηχανῆς φησὶ χρῆναι προαγορεύειν τοῖς ἐντυγχάνουσι, παύειν μὲν πρὸς τὴν ἀρετὴν, ἀποφεύγειν δὲ τὴν πονηρίαν· ἀλλὰ πολλαῖς ὁδοῖς ἐπὶ τοῦτο δίδωσι χρῆσθαι τῷ βουληθέντι μιμεῖσθαι τὴν ἐκείνου φύσιν. καὶ γὰρ παραίνεσιν ἀγαθὴν, καὶ λόγων προτρεπτικῶν χρῆσιν, καὶ τὸ μετ' εὐνοίας ἐπιπλήττειν τοῖς ἁμαρτήμασιν, ἐπαινεῖν τε αὖ τὰ καλῶς πραχθέντα, καὶ ψέγειν ὅταν ᾖ καιρὸς τὰ μὴ τοιαῦτα τῶν ἔργων. Ἐφίησι δὲ ταῖς ἄλλαις ἰδέαις εἴτις ἐθέλοι πρὸς τὸ βέλτιστον τῷ λόγῳ χρῆσθαι· ἐπὶ παντὶ δὲ οἶμαι καὶ λόγῳ, καὶ πράξει μεμνῆσθαι προστάττων ὅπη τούτων ὑφέξουσιν εὐθύνας, ὧν ἂν τύχωσιν εἰπόντες· λέγειν γὰρ δεῖ, ὅτι μὴ πρὸς ἀρετὴν καὶ φιλοσοφίαν ἀνοίσουσι. Τὰ μὲν δὴ ἐκ τοῦ νόμου ταῦτα, καὶ τοιαῦτα ἕτερα. Ἡμεῖς δὲ ἆρα τίποτε δράσομεν, εἰργόμενοι μὲν τοῦ δοκεῖν ποιεῖσθαι πρὸς χάριν τὴν εὐφημίαν τοῦ γένους ὃ ἤδη τῶν ἐπαίνων διὰ τοὺς οὐκ ὀρθῶς μετιόντας ὑποπτον δήνασι καθεστῶτος, καὶ κολακείας ἀγεννοῦς, ἀλλ' οὐ μαρτυρίας ἀληθοῦς τῶν ἀρίστων ἔργων εἶναι νομισθέντος; ἢ δηλονότι τῇ περὶ τὸν ἐπαινούμενον ἀρετῇ πεπιστευκότες ἐπιδώσομεν ἑαυτοὺς θαρροῦντες τοῖς ἐγκωμίοις; Τίς ἂν οὖν ἡμῖν ἀρχὴ καὶ τάξις τοῦ λόγου γένοιτο κάλλιστη; ἢ δῆλον ὡς ἡ τῶν προγόνων ἀρετὴ, δι' ἣν ὑπῆρξέ σοι καὶ τὸ τοιούτου γενέσθαι; τροφῆς δ' οἶμαι, καὶ παιδείας ἐξῆς προσηκεν μνησθῆναι, ἥπερ σοι τὸ πλεῖστον εἰς τὴν ὑπάρχουσαν ἀρετὴν συμπεπόνηκεν. Ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις ὥσπερ γνωρίσματα τῆς ψυχῆς ἀρετῶν τὰς πράξεις διελθεῖν καὶ τέλος ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ τὰς ἕξεις δηλῶσαι, ὅθεν ὁρμώμενος τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων ἔδρασας καὶ ἐβουλεύσω. Τοῦτον γὰρ οἶμαι, καὶ τῶν ἄλλων πάντων διοίσειν τὸν λόγον.

A ex Tragica quapiam machina, iis, apud quos aget, proponendum esse dicit, ut ad virtutem festinent, atque improbitatem fugiant, sed quamplurimas ad id vias ac rationes inire permittit ei, qui illius naturam imitari velit: sive egregiam aliquam cohortationem, & ad suadendum accommodatam orationem adhibeat: sive peccata amice ac benevole castiget: sive quæ præclare gesta sunt prædicet, aut quæ secus se habent opportuno tempore vituperet. Sed & aliis B generibus, si cui libuerit, uti ad id quod orationi optimum est concedit: ita tamen ut in omni sermone & actione meminisse jubeat, quemadmodum sint eorum rationem quæ dixerint reddituri, & ut nihil omnino dicant, quod non ad virtutem ac Philosophiam referant. Hæc igitur lex ista continet, & id genus alia. Nos vero quid tandem faciemus, cum & idcirco dicere prohibeamur, quod laudem illam ac prædicationem ad gratiam & favorem accommodare videamur: genus autem illud laudationis, propter eos, qui minus C recte pertractant, mirum in modum sit suspectum, atque ad turpem & illiberalem adulationem, non ad verum egregiorum facinorum testimonium, pertinere credatur? Num scilicet hujus, quem prædicandum suscepimus, virtute freti nos in ea præconia cum fiducia committemus? Quod igitur orationis nostræ principium, aut quis ordo accommodatissimus esse poterit? Nonne majorum tuorum inprimis commemoranda virtus, per quam ejusmodi ut esses obtinueris? Secundum hanc vero educationis atque institutionis meminisse consentaneum erit, quæ ad eam D virtutem, quæ in te est, quamplurimum contulit. Ad hæc omnia, præclara tua facinora, tanquam virtutum animi signa atque indicia, persequi. Ac denique, ut orationi finem imponam, affectiones ipsas explicare, quibus impulsus facinorum præstantissima quæque gessisti, ac gerendorum consilium cepisti. Ego enim arbitror hanc ipsam orationem reliquis omnibus præstantiorem futuram.

Nam

Nam aliæ ſolis in actionibus conſiſtunt; propterea quod earum mentionem atq; tractationem putant ad abſolutam ſibi prædicationem ſufficere. Ego vero maximam orationis partem virtutibus ipſis tribuendam cenſeo; ab quibus excitatus ad tantam rerum præclare geſtarum magnitudinem perveneris. Etenim facinorum pleraque, ſive omnia potius, a fortuna, a ſatellitibus, a militum copiis, ab equitum aut peditum ordinibus communiter geruntur; quæ a virtute profecta ſunt, ejus ſolius ſunt, qui fecerit: eaque laus, quæ ex iis ſequitur, cum vera ac ſincera ſit, ejus, qui compos fuerit, propria eſt ac præcipua. Quamobrem cum hæc ſint a nobis aperte conſtituta, deinceps initium dicendi faciam.

Ac laudandi quidem leges ac regulæ patriæ non minus quam majorum fieri mentionem præcipiunt. Ego vero neſcio quamnam præ cæteris appellari patriam tuam oporteat. Etenim innumeræ nationes jampridem id ſibi nomen ac decus adſcribunt. Nam quæ cæterarum principatum atque imperium tenet civitas, cum mater tua ſit ac nutrix, tibique felicibus auſpiciis imperium detulerit, eum ſibi honorem, tanquam jure ſuo debitum ac præcipuum, defendit. Nec ea tantum affert ad cauſam ſuam, quæ in cæteris Imperatoribus uſurpare ſoler: puta etſi aliunde orti ſint, tamen quod omnes ejusmodi ad civitatem ac rempublicam adſcripti ſunt, quodque editis illinc moribus ac legibus utantur, pro civibus ſuis habendos. Non illud, inquam, ſolum commemorat; ſed hoc præterea, quemadmodum matrem tuam in lucem ediderit, ac regaliter, & ut futuræ prolis dignitas poſtulabat, aluerit. Jam quæ ad Boſporum ſita eſt civitas, & a Conſtantiorum genere nomen obtinuit, non illa quidem patriam ſe tuam eſſe dicit: ſed a patre tuo ortum accepiſſe prædicat: & ſibi gravem injuriam fieri exiſtimabit, ſi ea ſaltem cognatione cujusquam oratione defraudetur. At Illyrici, quod in eorum ſolo natus ſis, tam felici ſorte ac conditione privatos ſe eſſe non patientur, ſi quis aliam tibi patriam attribuerit.

A οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν πράξεων ἴσασιν, ἀποχρῆν οἰόμενοι πρὸς τὴν τελείαν εὐφημίαν, τὸ τούτων μνησθῆναι. Ἐγὼ δ' οἶμαι δεῖν περὶ τῶν ἀρετῶν τὸν πλεῖστον λόγον ποιήσασθαι, ἀφ' ὧν ὁρμώμενος ἐπὶ τοσοῦτον τῶν κατορθωμάτων ἦλθες. τὰ μὲν γὰρ πλεῖστα τῶν ἔργων, χεδὸν δ' ἅπαντα, τύχη, καὶ δορυφόροις, καὶ στρατιωτῶν φάλαγξι, καὶ τάξις ἱππέων, καὶ πεζῶν συγκατορθοῦσι. τὰ δ' ἀρετῆς ἔργα μόνα τέ ἐστι τοῦ δράσαντος, καὶ ὁ ἐκ τούτων ἔπαινος ἀληθὴς καθεστὼς, ἴδιός ἐστι τοῦ κεκτημένου. σχεδὸν ἐπῴδὴ ταῦθ' ἡμῖν σαφῶς διώρισται, τῶν λόγων ἄρξομαι.

B χ. τὸ τοσοῦτον

Ὁ μὲν δὴ τῶν ἐπιχωρίων νόμος οὐδὲν ἔλαττον τὸ πατρίδος ἢ τὸ προγόνων ἀξιοῖ μεμνῆσθαι. ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα τίνα χρὴ πρῶτον ὀνομάζειν παλρίδα σήν. ἔθνη μὲν γὰρ μυρία περὶ ταύτης ἀμφισβητεῖ πολλοῦ ἤδη χρόνου. καὶ ἡ μὲν βασιλεύσασα τῶν ἁπάντων πόλις μήτηρ ἔσα σὴ, καὶ τροφὸς, καὶ τὴν βασιλείαν σοι μετὰ τῆς ἀγαθῆς τύχης παραστήσασα, ἐξαίρετον ἀυτῆς φησὶν εἶναι τὸ γέρας, οὐ τοῖς κοινοῖς ἐφ' ἁπάντων τῶν ἀυτοκρατόρων δικαίοις χρωμένη· λέγω δὲ ὅτι κἂν ἀλλαχόθεν τυγχάνωσι, τῷ μελέχειν ἅπαντας ἤδη τὰ πολιτεύματα, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν ἡμῖν καταδεχθεῖσιν ἔθεσι, καὶ νόμοις χρῆσθαι, πολῖται γεγόνασιν. ἐκεῖνα ὡς τεκοῦσα τὴν σὴν μητέρα, καὶ θρεψαμένη βασιλικῶς, καὶ τῶν ἐσομένων ἐγγόνων ἀξίως. ἡ δὲ ἐπὶ τῷ Βοσπόρῳ πόλις ὅλα τὰ γένους τῶν Κωνσταντίων ἐπώνυμος, παῖς μὲν οὐκ εἶναί φησι· γεγονέναι δὲ ὑπὸ τοῦ σοῦ παιδὸς ὁμολογεῖ· καὶ δεινὰ πάσχειν οἰήσεται εἰ ταύτης γε τις ἀυτὴν τῷ λόγῳ τῆς συγγενείας ἀφαιροῖτο. Ἰλλυριοὶ δὲ, ὅτι παρ' αὐτοῖς γέγονας, ἐκ ἀνέξονται τὰ καλλίστα τῶν εὐτυχημάτων σεμνούμενοι, εἴ τις ἄλλην σοι παλρίδα προσνέμοι.

C χ. αὐτῆς

D χ. τὰ παῖς χ. γεγονέναι

Ακέω δὲ ἔγωγε, καὶ τῶν ἑῴων ἤδη τινὰς λέγειν, ὅτι μὴ δίκαια δρῶμεν ἀφαιρούμενοι σφᾶς τὸν ἐπί σοι λόγον. αὐτοὶ γάρ φασι τὴν τήθην ἐπὶ τὸν τῆ μητροπάτορ τῆ σῆ προπέμψαι γάμον. καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ λοιποὶ προφάσεις ἐπινοοῦντες μικρὰς ἢ μείζονας, αὐτοῖς εἰσποιεῖν ἐκ παντὸς ἐγνώκεσαν. Ἐχέτω μὲν οὖν τὸ γέρας ἣν ἐθέλεις, καὶ ἦν ἀρετῶν μήτηρ, καὶ διδάσκαλον πολλάκις ἐπαινῶν εἴρηκας. τυγχανόντων δὲ ἑκάστη καὶ τὰ τὴν ἀξίαν αἱ λοιπαὶ τῆ προσήκουσι. Ἐγὼ δὲ ἐπαινεῖν μὲν ἁπάσας ἔυχομαι ἀξίας ὅσας ἀξίας καὶ τιμῆς. οὐκῶν δὲ, μὴ διὰ τὸ μῆκος, εἰ καὶ δοκεῖ λίαν οἰκεῖα τῆ παρόντι λόγῳ, διὰ τὸ καιρὸν ἀλλότρια φανῆ. Τῶν μὲν ἔν ἄλλων τὰς ἐπαίνους διὰ τοῦτ' ἀφήσειν μοι δοκῶ. Τῆς Ρώμης δ' τὸ κεφάλαιον τὸ ἐπαίνων αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ, συλλαβὼν ἐν βραχεῖ, καὶ διδάσκαλον ἀρετῆς προσειπών, τῷ δοῦναι τὸ κάλλιστον τῶν ἐγκωμίων, τὰς παρὰ τῶν ἄλλων λόγους ἀφαιρήσῃ. Τί γὰρ λέξομεν ἡμεῖς περὶ αὐτῆς" τοιοῦτον; τί δὲ ἄλλος τις εἰπεῖν ἔχῃ; ὥσε μοι δοκῶ σεβόμενος εἰκότως τὴν πόλιν τοῦτῳ τιμᾶν αὐτὴν πλέον, τῷ παραχωρεῖν σοι τὰ εἰς αὐτὴν λόγων.

χ. ἦν αὐτὸς εἶδε.

χ. τοιοῦτον ἕτερον.

Ἀλλ' ὑπὲρ τῆς εὐγενείας τῆς σῆς ἴσως ἄξιον ἐστὶ τῷ παρόντι ἐν βραχεῖ διελθεῖν. ἀπορεῖν δὲ ἔοικα κἀντεῦθα πόθεν ἄρξωμαι χρή. πρόγονοί τε γάρ εἰσί σοι, καὶ πάπποι, καὶ γονεῖς, ἀδελφοί τε, καὶ ἀνεψιοὶ, καὶ ξυγγενεῖς" βασιλεῖς, ἅπαντες αὐτοὶ κτησάμενοι τὴν ἀρχὴν ἐννόμως, ἢ παρὰ τῶν κραδένων εἰσποιηθέντες. Καὶ τὰ μὲν παλαιὰ τί δεῖ λέγειν, Κλαυδίου μνησθέντα, καὶ τὴν ἀρετῆς τῆς ἐκείνου ἐναργῆ παρέχειν, καὶ γνώριμα πᾶσι" τεκμήρια. τῶν ἀγώνων πρὸς τοὺς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας βαρβάρους ἀναμιμνήσκουσα· καὶ ὅπως τὴν ἀρχὴν ὁσίως ἅμα καὶ δι-

χ. Βασιλεῖς ἅπαντες.

χ. τεκμήρια τῶν ἀγ.

A Sed Orientalium quoque populorum dicere nonnullos audio, iniquos esse nos, qui fuam sibi de te gloriationem auferamus: se enim aviam tuam materno avo conjugem obtulisse. Itaque cæteri propemodum omnes, sive leviori, sive majori aliqua occasione freti, arrogare te sibi omni ope contendunt. Verum habeat hoc illa sibi decus, quam habere ipse mavis, quamque virtutum parentem ac magistram sæpe prædicando dixisti; reliquæ pro merito quæque B suo quod debitum est assequantur. Ego vero ornare quidem omnes ac prædicare velim, dignas honore ac præconio; sed vereor ne ista propter longitudinem, etsi præsenti orationi accommodatissima sint, ab hoc tempore aliena esse videantur. Quare cæterarum commendationem ob eas causas prætermittam. Quod vero ad Romam ipsam attinet, cum illius laudum caput ac summam paucis, Imperator, complexus sis, ac virtutis magistram appellaveris; hoc ipso, quod præconium ei C omnium præstantissimum tribuisti, cæteris orationem omnem ademisti. Nam quid nos tandem aliud ejusmodi de ea dicere, aut quid alter de ea commemorare poterit? Itaque mihi videor, cum eam civitatem merito veneratione prosequar, majorem ei hoc ipso honorem tribuere, quod illius prædicationem tibi uni potissimum deferam.

Sed de nobilitate generis tui paucis forsitan in præsentia disputare convenit. Verum hic etiam hærere videor, undenam D dicendi mihi faciendum sit initium. Nam & majores tui, & avi, & parentes, & fratres, & patrueles, & cognati, Imperatores omnes fuerunt: cum imperium aut legitime sibi peperissent ipsi, aut ab iis, qui jam illud tenerent, adoptati fuissent. Ac vetera quidem quid attinet dicere; aut Imperatoris Claudii meminisse, atque egregiæ illius virtutis, quam in imperio præstitit, clara & comperta omnibus argumenta proferre, commemoratis iis præliis, quæ cum Barbaris supra Danubium habitantibus gessit: utq; ad imperium sancte ac juste pervenerit; ac denique

nique ſummam in ea amplitudine facilitatem, atque in veſtitu modeſtiam retinuerit, quæ in illius imaginibus in hodiernum usque diem cernitur? Jam quæ de avis tuis dici poſſunt, quanquam iſtis recentiora, non minus tamen illis ad ſplendorem inſignia ſunt. Nam ambo pariter imperium obtinuerunt, cum eo digni propter virtutem habiti eſſent; cumque ad rerum adminiſtrationem perveniſſent, tanta cum erga ſe invicem benevolentia, tum erga eum, a quo facti erant imperii participes, pietate præditi fuerunt, ut & ille nihil unquam ſe conſultius feciſſe diceret, tametſi multa alia Reipublicæ utilia ac ſalutaria reperiſſet; & hi mutuam inter ſe ſocietatem pluris, quam univerſum imperium ad ſingulos, ſi fieri poſſet, translatum, facerent. Ac cum animo ita comparati eſſent, pulcherrima facinora deſignarunt: ſecundum Deum præcipue illum obſervantes, a quo imperium acceperant, ſibique ſubditos ſancte atque humaniter tractantes; Barbaros vero, qui in agro noſtro, perinde ut in proprio, jampridem conſederant, & habitabant, inde profligantes, & adverſus eorum impetum caſtella munientes, tantam ſuis omnibus pacem pepererunt, quantam ne voto quidem aſſequi poſſe quiſpiam videretur. Sed de his adeo leviter, & quaſi prætereuntem dicere minime convenit. Quod vero maximum eſt mutuæ illorum concordiæ ſignum, & orationi huic alias conſentaneum, nullo modo prætermittendum eſt. Cum enim pulcherrima conjunctione liberos ſuos conſociare vellent, parentes tuos matrimonio copularunt. Qua de re nonnulla mihi breviter attingenda cenſeo: ut ne imperii ſolum, ſed etiam virtutis hæres eſſe videaris. Igitur quemadmodum pater tuus poſt parentis ſui obitum non modo ipſius judicio, verum etiam exercituum omnium ſuffragio imperium ſit adeptus, quid eſt quod diligentius proſequamur? Egregia vero illius bellicis in rebus virtus ex rebus geſtis melius, quam ex cujusquam orati-

A καίως ἐκλήσαλο· ϗ τὴν ἐν βασιλείᾳ τ διαίτης λιτότητα, ϗ τὴν ἀφέλειαν τῆς ἐσθῆτ@ ἐπὶ τ εἰκόνων ὁρωμένην ἔτι; Τὰ δὲ ὑπὲρ τῶν πάππων τ σῶν ἐςὶ μὲν τούτων νεώτερα, λαμπρὰ δὲ ὁ μεῖον ἐκείνων. Ἔτυχον μὲν γὸ ἄμφω τ ἀρχῆς δι' ἀρετὴν ἀξίω κριθέντε· γενομένω δὲ ἐπὶ τ πραγμάτων ἕτω πρός τε ἀλλήλως εὐνοϊκῶς ἔσχον, ϗ πρὸς τὸν μεταδόντα τ βασιλείας εὐσεβῶς, ὥσθ' ὁ μὲν ὡμολόγ ̣ μηδὲν " πώποτε

B τούτε κρεῖττον βεβουλεῦσθαι, πολλὰ ϗ ἄλλα σωτήρια τοῖς κοινοῖς ἐξευρών· οἱ δὲ τὴν μετ' ἀλλήλων κοινωνίαν μᾶλλον, ἢ τὴν τ ὅλων ἀρχήν, εἴπερ οἷόν τε ἦν, ἑκάτερω περιγενομένην ἠγάπων. Οὕτω δὲ διακείμενοι τὰς ψυχὰς τ ἔργων ἔδρων τὰ κάλλιστα, σεβόμενοι μὲν μετὰ τὴν κρείττονα Φύσιν τ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς παρασχόντα· τοῖς ὑπηκόοις δὲ ὁσίως, καὶ φιλανθρώπως χρώμενοι· καὶ τὰς βαρβάρως ἀπελαύνοντες

C μόνον πάλαι κατοικοῦντας, καὶ νεμομένες καθάπερ τ οἰκείαν ἀδεῶς τὰ ἡμέτερα· Φρούρια δὲ ἐπιτειχίζοντες, (τοῖς) πρὸς αὐτὰς τοσαύτην εἰρήνην τοῖς ὑπηκόοις κατέστησαν, ὅσην οὐδὲ εὐξαῶς τότε ῥᾴδιον ἐδόκ ̣. Ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων ἀπ ἄξιον ἐν παρέργω λέγειν. Τῆς δὲ ὁμονοίας αὐτῶν τ πρὸς ἀλλήλως τὸ μέγιστον σημεῖον παραλιπεῖν ἁδαμῶς ἔυλογον, ϗ ἄλλως προσῆκον τῷ λόγω. Κοινωνίαν γὸ " κάλλιστην τοῖς αὐτῶν παισὶν

D ἐπινοήσαντες, τ σῶν παλαιῶν τὰς γάμως ἤρμοσαν. Προσήκ ̣ δὲ εἶναί ϗ περὶ τούτων ἐν βραχεῖ διελθεῖν· ὅπως μὴ τῆς ἀρχῆς " μόνον, ἀλλὰ καὶ τ " ἀρετῆς Φανῇς κληρονόμ@. Τὴν μὲν ὖν βασιλείαν ὅπως μετὰ τὴν τ πατρὸς κατέσχε τελευτὴν, αὐτός τε ἐκείνῃ τῇ κρίσ ̣, καὶ τ στρατοπέδων ἁπάντων τῇ ψήφῳ πάλαι ὁ σὸς, τί χρὴ νῦν περιεργάζεσθαι; τὴν δὲ ἐς τὰς πολέμως ῥώμην ἐκ τ ἔργων μᾶλλον, ἢ διὰ

γρ. τότε πώποτε.

γρ. τὴν κάλλ.

γρ. Φανῇς μόνον γρ. ἀρετῆς κλῆρον

τῶν

τῶν λόγων ἄν τις γνωρίσειε. Τυραννίδας γὰρ, ἀλλ' ὲ βασιλείας ἐνόμιζε καθαιρῶν, τὴν οἰκημένην ἐπῆλθεν ἅπασαν. τοσαύτην δὲ ἔννοιαν αὐτῆς ὑπηκόοις καλέσησεν, ὥσθ' οἱ μὲν σραλευόμενοι τ̃ περὶ τὰς δωρεὰς, καὶ χάριτας μεγαλοψυχίας ἔτι μεμνημένοι, καθάπερ θεὸν διαλελῦσι σεβόμενοι. τὸ δὲ ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ ἐπὶ τ̃ ἀγρῶν πλῆθ☉ ὐχ ὕτω τῆς τ̃ τυράννων ἀπαλλαγῆναι βαρύτητος ἐυχόμενοι, ὡς παρὰ τ̃ σ̃ παῖρὸς ἀρχθῆναι, τ̃ καὶ αὐτῶν ἐκείνων νίκην ἐπηύχοντο. Ἐπεὶ δὲ πάντων κύριος καλέση, ὥσπερ ἐξ ἀυχμ̃ τῆς ἀπλησίας τ̃ δωσεύσαν☉, πολλῆς ἀπορίας χρημάτων ὔσης, καὶ τ̃ πλύτ τ̃ βασιλείων ἐν μυχοῖς σωνεληλαμένα, τὸ κλεῖθρον ἀφελὼν, ἐπέκλυσεν ἀθρόως τῷ πλύτῳ πάντα· πόλιν τε ἐπώνυμον αὐτῆ καλέσησεν ἐν ὐδὲ ὅλοις ἔτεσι δέκα, τοσύτῳ τ̃ ἄλλων ἁπασῶν μείζονα, ὅσῳ τῆς Ρώμης ἐλατ̃σθαι δοκεῖ. ἧς τὸ δευτέραν τεταχθαι μακρῷ βέλτιον ἔμοιγε φαίνεται, ἢ τὸ τ̃ ἄλλων ἁπασῶν μείζονα καὶ πρώτην νομίζειν. Καλὸν ἴσως ἐνταῦθα, καὶ τ̃ ἀοιδίμων Ἀθηνῶν μνησθῆναι· ἃς ἐκεῖν☉ ἔργοις καὶ λόγοις τιμῶν τ̃ πάντα χρόνον διετέλεσ. βασιλεὺς γὰρ ὢν, καὶ κύρι☉ πάντων, σραηγὸς ἐκείνων ἠξίσε καλεῖσθαι, καὶ τοιαύτης εἰκόν☉ τυχάνων μετ' ἐπιγράμματ☉, ἐγάννυτο πλέον, ἢ τ̃ μεγίσων τιμῶν ἀξιωθείς. ἀμειβόμεν☉ δὲ ἐπ' αὐτῷ τὴν πόλιν, πυρῶν μεδίμνους δίδωσι πολλάκις μυρίους καθ' ἕκασον ἔτ☉ δωρεὰν καρπᾶσθαι. ἐξ ὧν ὑπῆρχε τῇ πόλει μὲν ἐν ἀφθόνοις εἶναι, ἐκείνῳ δὲ ἔπαινοι καὶ τιμαὶ παρὰ τ̃ βελτίσων.

Πολλῶν δὲ καὶ καλῶν ἔργων τῷ παῖρὶ τῷ σῷ πραχθέντων; ὧν τε ἐπεμνήσθην, καὶ ὅσα παρὰ τὸ μῆκ☉ παραλιπεῖν δοκῶ, πάντων ἄριστον φαίην

γρ. ἀπὸ τῶν

γρ. ἀπὸ τῆς

γρ. εἰκόνας

γρ. ἀλλὰ γε ἔγωγε φαίην

A one cognoſcitur. Etenim tyrannicos ille dominatus, non legitima imperia, funditus tollens, univerſum orbem peragravit; tantumque ſui amorem in ſubditorum ſibi animis excitavit, ut vel hodie milites ejus in donativis & largitionibus magnificentiæ memores, tanquam divinum aliquod numen venerentur: urbana vero ac ruſtica multitudo, non tam ut gravi tyrannorum jugo ſolveretur, quam ut parentis tui imperio ſubeſſet, huic de B illis victoriam precaretur. Poſteaquam vero dominus omnium eſt conſtitutus, cum ex immoderata ejus cupiditate, qui ante dominabatur, velut ſiccitate quadam, ſumma eſſet pecuniarum inopia, ac cum omnes in Palatii penetralibus congeſtæ ac reconditæ forent; ille, clauſtris ſubmotis, ubique repente omnes effudit: tum ſui nominis urbem infra decem annos extruxit, quæ tanto cæteris major eſt omnibus, quanto Roma ipſa C inferior videtur. A qua quidem ſecundo loco numerari multo mea ſententia præſtantius eſt, quam reliquis omnibus majorem primamque judicari. Hic ego forſitan Athenarum celeberrimæ urbis mentionem opportune fecero, quibus ille perpetuo ſummum cum factis, tum verbis honorem habuit: cumque princeps omnium eſſet ac dominus, Ducem ſe nihilominus illorum appellari voluit: atque ejusmodi imagine & inſcriptione donatus, imD penſius lætabatur, quam ſi ampliſſimis eſſet honoribus affectus. Cæterum ut ob eam rem civitati gratiam referret, tritici medimnorum millia multa quotannis aſſignavit. Qua ex re cum urbi ipſi ſumma rerum omnium ubertas atque affluentia; tum illi laudes & honores ab optimis viris contigerunt.

Sed etſi multa a parente tuo præclare geſta ſint, quæ partim commemoravi, partim ne longior ſim prætermiſiſſe videor; unum tamen omnium eſſe præſtantiſſimum

auda-

audacter dixerim, cæteris, ut opinor, suf- A fragantibus, procreationem scilicet, educationem, atque institutionem tuam. Ex quibus reliquis omnibus accidit, ut optimo imperio non ad breve aliquod tempus, sed quam fieri potest longiore perfruantur. Iraque etiamnum imperare is videtur. Quod quidem Cyrus minime consequi potuit. Nam post ejus obitum filium multo deteriorem habuit: adeo ut ille populi pater, dominus alter appellatus sit. Te vero parente quidem humaniorem multo, ac plerisque aliis in rebus superio- B rem esse scimus; idque adeo, ubi opportunum erit, oratione mea demonstrabo. Verum istud ipsum ad eum quoque pertinere arbitror, qui te optimæ illius institutionis participem fecerit: de qua deinceps dicere aggredior, ubi de matre ac fratribus tuis pauca dixero. Etenim tantum in illa nobilitatis, ac pulchritudinis, & morum probitatis inerat, quantum in nulla alia fœmina facile quispiam reperire possit. Nam etsi de Parysatide celebrari istud a Persis audiam, unam illam, sororem, matrem, uxorem, ac filiam regis extitisse; tamen eadem conjugis sui natura soror erat: propterea quod Persis lege licitum erat sororem suam in matrimonio habere. Tuæ vero matri ex nostrarum legum præscripto, inviolata ac sincera illa jura necessitudinis conservanti, hoc nihilominus est tributum, ut unius esset filia, alterius uxor, soror itidem alterius; mater porro non unius solum, sed multorum esset Imperatorum. Quorum alius susceptum contra tyrannos bellum una cum patre con- D fecit; alius debellatis Getis pacem nobis cum illis tutam ac securam præstitit; alius fines nostros immunes ab hostium incursione atque impetu servavit; cum ipse in eos sæpius exercitum duceret: donec id per eos licuit, qui paulo post suorum in eum scelerum atque injuriarum pœnas dederunt. Jam cum multa ab iis edita sint egregia facinora, ob quæ collaudari merito atque exornari queant; exter-

ἂν, οἶμαι δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἅπαντας ὁμολογήσειν, τὴν γένεσιν, καὶ τροφὴν, καὶ παιδείαν. ἐξ ἧς ὑπάρχει τοῖς λοιποῖς ἐκ τοῦ πρὸς ὀλίγον ἀπολαῦσαι τῆς ἀρίστης ἀρχῆς, ἀλλ' ὡς οἷόν τε ἐπὶ πλείονα χρόνον. δοκεῖ γὰρ" ἐκεῖνος ἄρχειν εἰσέτι. καὶ Κύρῳ μὲν οὐχ ὑπῆρχε τοῦτο. τελευτήσαντος γὰρ ὁ παῖς ὤφθη μακρῷ φαυλότερος. ὥστε ὁ μὲν ἐκάλει πατήρ· ὁ δὲ ἐπωνομάσθη δεσπότης. Σὲ δὲ πρότερον μὲν τοῖς παλαιοῖς, καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς κρείττονα σαφῶς ἴσμεν οἶδα. καὶ δηλώσω τοῦ καιροῦ φανέντος ἐν τῷ λόγῳ. Ἐκείνῳ δὲ προσήκειν καὶ τοῦτο νομίζω, μεταδοῦναί σοι τῆς ἀρίστης τροφῆς. ὑπὲρ ἧς ἤδη λέγειν πειράσομαι, μητρὸς καὶ ἀδελφῶν τῶν σῶν ἐπιμνησθείς. Τῇ μὲν γὰρ εὐγενείας τοσοῦτον περιῆν, καὶ κάλλους σώματος, καὶ τρόπων ἀρετῆς, ὅσον οὐκ ἄλλῃ γυναικὶ ῥᾳδίως ἄν τις ἐξεύροι. Ἐπεὶ" καὶ τῶν Περσῶν ἀκήκοα τὸν ὑπὲρ Παρυσάτιδος λόγον, ὅτι μόνη γέγονεν ἀδελφὴ, καὶ μήτηρ, καὶ γαμετὴ, καὶ παῖς βασιλέως. ἀλλ' ἦγε αὐτὴ τοῦ γήμαντος ἀδελφὴ τῇ φύσει, νόμος δὲ ἐδίδου γαμεῖν ἀδελφὴν τὴν Πέρσῃ. Τὴν σὴν δὲ μητέρα καλὰ τοὺς παρ' ἡμῖν νόμους, ἀχράντους καὶ καθαρὰς τὰς οἰκειότητας ταύτας φυλάττουσαν, τοῦ μὲν εἶναι παῖδα, γαμετὴν δὲ ἑτέρου, καὶ ἀδελφὴν ἄλλου, καὶ πολλῶν αὐτοκρατόρων, ἐγχωρεῖ δὲ ἑνὸς μητέρα. ὧν ὁ μέν τις τῷ παιδὶ συγκαταστασιάσας τὸν πρὸς τοὺς τυράννους πόλεμον· ὁ δὲ τὴν πρὸς τοὺς Γέτας ἡμῖν εἰρήνην τοῖς ὅπλοις κραταιώσας" παρεσκεύασεν ἀσφαλῆ· ὁ δὲ, ἐτήρησεν ἄβαλον τοῖς "πολεμίοις ἐκείνοις τὴν χώραν, αὐτὸς ἐπιστρατεύων ἐκείνοις πολλάκις, ἕως ἐπέτρεπον οἱ μικρὸν ὕστερον τοῦ εἰς ἐκεῖνον ἀδικημάτων δίκην ὑποσχόντες. Πολλῶν δὲ ὑπαρχόντων ἐκείνοις περιφανῶν ἔργων, ἐφ' οἷς ἄν τις" δικαίως αὐτοὺς ἐπαινεῖν" ἔχοι, καὶ τοῦ ἐκ τῆς τύ-

γρ. ἄρχειν ἐκεῖνος.

γρ. καὶ Περσῶν

γρ. αὐτὸς δικαίως χρ. ἔχοι

χης ἀγαθῶν περιουσίας· ὡδέν ἐστι A norum quoque bonorum copia possit ad-
χ. τοιοῦτον "τοιοῦτο τῶν ἄλλων, ἐφ' ᾧ μακαρίζων jungi; nihil est tamen cæterarum rerum,
τις αὐτὰς εἰκότως σεμνύοι, ὡς ὅτι τ̃ ex quo tantum ad illorum prædicationem
μὲν ἀπόγονός, τ̃ δὲ ἔκγονός. Ἀλλ' splendoris atque ornamenti quisquam col-
ἵνα μὴ μακρότερα περὶ αὐτῶν λέγων ligat, quantum ex eo, quod ejusmodi viro-
τὸν ὀφειλόμενον τοῖς ἐπαίνοις τοῖς σοῖς rum partim nepotes fuerint, partim filii. Ve-
χ. ἀναλώσω, τὸ λ. π. καιρὸν "ἀναλώσω τὸ λόγον, πειράσο- rum ne si in illis commemorandis longior
μαι λοιπὸν, ὡς ἡμῖν ἄξιον, μᾶλλον δὲ, εἰ fuero, laudibus tuis debitum tempus eximam
δεῖ μηδὲν ὑποσειλάμενον εἰπεῖν, μακρῷ orationis meæ: deinceps, uti a me fieri æ-
χ. ἐπιδείξ σειμ. τ̃ προγόνων" ἐπιδείξω σεμνότερον. Φή- qvum est, conabor; vel, ut audacter id quod
μας μὲν δὴ, καὶ μανίας, καὶ ὄψεις τὰς B res est ac sine tergiversatione dicam, osten-
ἐν τοῖς ὕπνοις, καὶ ὅσα ἄλλα θρυλλεῖν dam re ipsa, multo te majoribus tuis digni-
εἰώθασιν ἐπὶ τ̃ ἔτω λαμπρὰ καὶ περι- tate ac gloria præcellere. Atque omina qui-
φανῆ πραξάντων, Κύρου, καὶ τ̃ τῆς ἡ- dem illa, Deorum responsa, nec non visa, &
μετέρας οἰκιστ̃ πόλεως, καὶ Ἀλεξάνδρου id genus alia, quæ de iis vulgari solent, qui
τ̃ Φιλίππου, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος præclaras res atque insignes adeo gesserunt;
γέγονεν, ἐκὼν ἀφίημι. δοκεῖ γὰρ ὑπὲρ quemadmodum de Cyro, atque urbis no-
ἐμοῦ ταῦτα τ̃ ποιητικῆς ἐξουσίας εἶναι. stræ conditore, & Alexandro Philippi filio, &
Καὶ τὰ παρὰ τ̃ πρώτην ὑπάρξαντά σοι aliis ejusmodi ferunt: hæc, inquam, omnia
γένεσιν, ὡς λαμπρὰ καὶ βασιλικὰ τὸ consulto prætereo. Videntur enim hæc a
λέγειν ἔνιοι. Ἀλλ' ἐπειδὴ τ̃ ἐν τοῖς poetica licentia non multum recedere. Quæ
παισὶν ἀγωγῆς ὁ καιρὸς ὑπομέμνηκε, C vero a primo statim ortu tibi contigerunt,
ἔδοξε σοι τ̃ βασιλικῆς τροφῆς δήπουθεν, ea quam magnifica & regalia fuerint perse-
ἡ τὸ μὲν σῶμα πρὸς ἰσχὺν, καὶ ῥώ- qui dicendo putidum fuerit. Sed quoni-
μην, καὶ εὐεξίαν, καὶ κάλλος ἀσκήσαι· am de puerili institutione tua mihi ex ea oc-
τὴν ψυχὴν δὲ πρὸς ἀνδρείαν, καὶ δικαι- casione venit in mentem: nimirum tibi regia
οσύνην, σωφροσύνην, καὶ φρόνησιν ἐμ- educatione opus erat, quæ partim corpus ipsũ
μελῶς παρασκευάσαι. Ταῦτα δὲ ad firmitatem, ac robur, optimumque habi-
ῥᾴδιον δ[illegible] τῆς ἀνειμένης ὑπάρχειν δι- tum & pulchritudinem conformaret: partim
αίτης, θρυπτούσης μὲν ὡς εἰκὸς τὰς animum ad fortitudinem, justitiam, tem-
χ. καὶ τὰ σώματα. ψυχάς· ἀσθενεστέρας δὲ ἀπεργαζο- perantiam, ac prudentiam scite atque idonee
χ. ἐργαζομένης. μένης πρός τε τὰς κινδύνους τὰς γνώ- compararet. Porro hæc ipsa difficile est eo
χ. τὸ σῶμα. μας, καὶ πρὸς τὰς πόνους τὰ σώματα. D victu suppetere, qui animos perinde atque
χ. νόμων ἐκσπᾷ. Οὐκοῦν τ̃ μὲν ἔξει γυμναστικῆς, τ̃ corpora enervat ac frangit; quique im-
σώματι τ̃ ψυχὴν δὲ τῇ τ̃ λόγων becilliores voluntates ad subeunda pericu-
ἐκσπᾷ μελέτῃ. ἐπὶ πλέον δὲ ὑπὲρ la facit, & ad capessendos labores corpo-
ἀμφοτέρων ἄξιον διελθεῖν. Ἀρχὴ γάρ ra ipsa debilitat. Itaque alteri quidem par-
τις αὐτῇ τῶν μετὰ ταῦτα πράξεων γέ- ti, nimirum corpori, Gymnastica opus e-
γονε. τῆς μὲν οὖν ἐπιμελείας τῆς περὶ rat; alteram, hoc est animum, meditatio-
τὴν ἰσχὺν ὑ τὸ πρὸς τὰς ἐπιδείξεις ἁρ- ne doctrinarum atque artium excolebas.
μόζον ἤσκησας· ἤκουσα βασιλεῖ πρέ- Sed de utrisque nobis copiosius hoc loco
πειν ὑπολαβὼν τ̃ τὰς παλαίστρας κα- dicendum est. Ab hoc enim initio præclaræ
τειληφότων τὴν θρυλλουμένην εὐεξίαν illæ res gestæ atque eximiæ sunt excitatæ. Igi-
tur quod ad virium exercitationem attinet,
non ea usus es, quæ ad ostentationem solam
refertur. Neque enim decantatam illam
corporis constitutionem, quæ Palæstrico-
rum propria est, Imperatori consentaneam
esse

esse judicasti; qui scilicet verorum esse certamnum particeps debeat. cum ille somnum brevissimum, cibum parcissimum desideret; neque ipsum vel copia, vel qualitate, vel usurpandi tempore semper eodem modo definitum; sed parabilem ac vulgarem, cum ejus capiendi per negotia facultas data fuerit. Quamobrem ad illud quoque comparandas exercitationes putasti; easdemque & varias, & militares esse: saltare in armis, decurrere, equitare. quæ tu omnia ab initio tractasti; tantumque in singulis horum consecutus es, quantum cæterorum militum nullus. Ex iis enim alius pedes quidem bonus est; sed equitandi tamen imperitus: alius equestri scientia præditus, pedestre ad certamen descendere veretur. Tibi hoc uni præcipuum est, ut & inter equites optimus videare, cum te ad illorum cultum atque habitum transtulisti: & inter pedites adscriptus, robore omnes, ac celeritate, & agilitate pedum antecellas. Ac ne forte otiosæ tibi relaxationes animi, & sine armorum meditatione transeant, sagittas dirigere ad scopum didicisti. atque una & corpus ipsum voluntariis laboribus ad non voluntarios perferendos idoneum reddidisti; & animum doctrinarum studio, ac consentaneis ætati huic artibus imbuisti. Qui ne omnino inexercitatus esset, aut quæ de virtutibus traduntur, sic tanquam cantiones quasdam, & fabulas audiret; ac tanto interim tempore præclarorum facinorum, & gestorum rudis, atque expers foret: quod egregius ille Plato faciendum censebat, ut adjectis ad pueros quibusdam velut pennis, impositi equis illi ducerentur ad prælia, quo earum rerum spectaculo interessent, quarum paulo post actores esse eosdem oporteret: hoc ipsum parentem tuum jure dixerim præclare cum animadvertis-

A μέλλοντι τ᾽ ἀληθινῶν ἀγώνων μεθέξειν, ὕπνου τε ἐλαχίστου δεομένῳ, καὶ τροφῆς ὑ πολλῆς, καὶ ταύτης ὅτε καὶὰ πλῆθος, ὅτε καλὰ ποιότητα πάντως ὡρισμένης· ὅτε καλὰ τὸν καιρὸν, ὃν χρὴ προσφέρεσθαι· τ᾽ ἐπιτυχόσης δὲ, ἐπειδὰν αἱ πράξεις τ᾽ καιρὸν ἐνδῶσιν. Ὅθεν ὥς δεῖν καὶ τὰ γυμνάσια πρὸς ταύτην ποιεῖσθαι. εἶναι δὲ πολλὰ καὶ στρατιωτικά· χορείαν τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις, δρόμον τὸν ἐν τάξει, τὴν ἱππικὴν τέχνην· οἷς ἅπασι διαλέλεκας ἐξ ἀρχῆς ἐν καιρῷ χρώμενος· καὶ καλῶρθῶσαι παρά σοι τούτων ἕκαστον, ὡς παρ᾽ ὀδενὶ τῶν ἄλλων ὁπλιτῶν. Οὐκοῦν ὁ μέν τις ἐκείνων πεζὸς ὢν ἀγαθὸς, τὴν ἱππικὴν τέχνην ἠγνόησεν. ὁ δὲ ἐπισάμενος χρῆσθαι τοῖς ἱππικοῖς, οἰκεῖ πεζὸς εἰς μάχην ἰέναι. Μόνῳ δὲ ὑπάρχει σοι τ᾽ μὲν ἱππέαν ἀρίστῳ φαίνεσθαι παραπλησίως ἐκείνοις σαλεύειν· μεμασκευασαμένῳ δὲ ἐς τὰς B ὁπλίτας, καλῶν ἁπάντων ῥώμῃ, καὶ τάχει, καὶ τῇ τ᾽ ποδῶν κυφότητι. ὅπως ᾖ μὴ τὰς ἀνέσεις ῥᾳθύμους εἶναι, μὴδὲ ἄνευ τῶν ὅπλων ποιεῖσθαι συμβαίνῃ, ἐπίσκοπα τοξεύειν ἤσκησας. καὶ τὸ μὲν σῶμα διὰ τ᾽ ἑκουσίων πόνων πρὸς τὰς ἀκουσίους εὖ ἔχειν παρεσκεύασας, τῇ ψυχῇ δὲ ἡγεῖτο μὲν ἡ τῶν λόγων μελέτη, καὶ τὰ προσήκοντα τοῖς τηλικούτοις μαθήματα. Ὅπως δὲ μὴ παντάπασιν ἀγύμνας C ἦν, μηδὲ καθάπερ ἄσματα καὶ μύθους, ὑπὲρ τ᾽ ἀρετῶν ὑπακοὴν λόγοις, ἔργων δὲ ἀγαθῶν καὶ πράξεων ἄπειρος ὅσα τὸν τοσοῦτον διαμένῃ χρόνον, καθάπερ ὁ γενναῖος Πλάτων, οἱονεὶ πτερὰ τοῖς παισὶ χαριζόμενον, καὶ ἐπὶ τὰς ἵππους ἀνάγοντα ἄγειν ὡς τὰς μάχας, θεατὰς ἐσομένους ὧν ὐκ εἰς μακρὰν ἀγωνιστὰς ἐχρῆν κατασῆναι· πατέρα τ᾽ σὸν δια-

χρ. ὁπλοις

χρ. τὰς ὑπὲρ

χρ. γενναῖος Πλάτων

χρ. εἰς τὰς

νοηθέντα φαίην ἂν εἰκότως τοῖς Κελ- A
τῶν ἔθνεσιν ἐπισῆσαί σε φύλακα, καὶ
βασιλέα, μειράκιον ἔτι, μᾶλλον δὲ
γρ. τῇ γενέσῃ. παῖδα κομιδῇ τῷ χρόνῳ. ἐπεὶ" τῆγε
σωτέσῃ, καὶ ῥώμῃ τοῖς καλοῖς κἀγα-
γρ. ἤδη. θοῖς ἀνδράσιν ἐναμιλλον" ἤδη. Τὸ
μὲν ἀκίνδυνον γενέσθαι σοι τὴν πολε-
μικὴν ἐμπειρίαν ὁ πατὴρ προύνόησε κα-
λῶς, εἰρήνην ἐπιτάξας πρὸς τὰς ὑπη-
κόους ἄγειν τοῖς βαρβάροις. Μάχεσθαι
δὲ ἀναπείθων, καὶ στασιάζειν πρὸς ἀλ- B
λήλους· ἐν ταῖς ἐκείνων συμφοραῖς,
καὶ τοῖς σώμασι στρατηγικὴν ἐδίδασκε
τέχνην· ἀσφαλέστερον βουλευόμενος
τὰ σοφοῦ Πλάτωνος. Τῷ μὲν γὰρ, εἰ
γρ. ἐ- πεζὸς" ἐπέλθοι πολεμίων στρατὸς, οἱ
πέλθῃ παῖδες θεαταὶ, καὶ κοινωνοὶ τῶν ἔργων,
ἢν ὥρα δεηθῶσι, τοῖς πατράσι γένοιντ'
ἄν. κρατοῦντων δὲ ἱππεῦσι τῶν πολεμί-
ων, ὥρα μηχανᾶσθαι τοῖς μειρακίοις
σωτηρίας τρόπον δυσεπινόητον. Τὸ δὲ
ἐν ἀλλοτρίοις κινδύνοις τὰς παῖδας ἐ- C
θίζειν πολεμίων ἀνέχεσθαι, καὶ πρὸς
γρ. ἀρ- τὴν χρείαν" ἀρκοῦντως, καὶ πρὸς τὴν
κέντα ἀσφάλειαν δοκεῖ βεβουλεῦσθαι. ἐν
μὲν δὴ τούτοις σοι πρὸς ἀνδρείαν ὑπῆρ-
χε μελέτη. Φρονήσεως δὲ ἡ μὲν φύ-
σις, ἣν εἴληχας, αὐτάρκης ἡγεμών.
πάρεσαν δὲ, οἶμαι, καὶ τῶν πολιτῶν
οἱ κράτιστοι" τὰ πολιτικὰ διδάσκον-
τες. καὶ παρεῖχον ἠθῶν, καὶ νό-
μων, καὶ ξένων ἐπιτηδευμάτων ἐμ-
πειρίαν αἱ πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τῶν D
τῇδε βαρβάρων ἐντεύξεις. Καίτοι
τὸν Ὀδυσσέα σωτῆρα Ὅμηρος ἐκ
παντὸς ἀποφῆναι προαιρούμενος
πολύτροπον εἶναί φησι, καὶ πολ-
λῶν ἀνθρώπων τὸν νοῦν καταγνῶ-
γρ. ἐπιλ- ναι, καὶ" ἐπεξελθεῖν ταῖς πόλεσιν·
θεῖν ἵν' ἐξ ἁπάντων ἐπιλεξάμενος ἔχοι
τὰ κράτιστα, καὶ πρὸς παντοδαπὰς
ἀνθρώπους ὁμιλεῖν δύναιτο. Ἀλλὰ
γρ. τὸ αὖ" τὸν μὲν οὐκ ἐβασίλευσε ποικίλων
ἠθῶν ἐμπειρίας χρεία· τὸν δὲ πρὸς

set, Gallorum gentibus custodem te atque Imperatorem præfeciſſe adhuc juvenem, vel ætate potius admodum puerum: quandoquidem, quod ad prudentiam ac robur attinet, cum præſtantiſſimis viris comparandum merito te eſſe cognorat. Qua in re egregie hoc a patre tuo proviſum eſt, uti prima illa tibi belli experientia ſine ullo tuo periculo conſtaret. Nam cum Barbaros ſic ordinaſſet, ut cum ſubditis ſibi pacem colerent; eosdem vero mutuas in cædes atque inteſtina bella conjeciſſet; in alienis te calamitatibus atque corporibus imperatoriam artem edocuit; multo id quam ſapiens ille Plato conſultius providens. Apud illum enim, ſi pedeſtri acie hoſtilis exercitus inſtaret, ſpectatores forſitan pueri, aut etiam, ſi opus fuerit, operum participes atque adjutores pare ritibus eſſe poſſunt; ſin equeſtri prælio ſuperior hoſtis fuerit, tum demum de adoleſcentulorum ſalute cogitandum: quod quemadmodum perficiatur excogitari vix poteſt. At vero alienis in periculis, ſuſtinendis hoſtibus pueros aſſuefacere, eſt id non ad uſum ſolum, verum etiam ad ſecuritatem abunde proviſum. Hoc igitur rudimentum fortitudinis, atque ea prima exercitatio fuit. Quod vero ad prudentiam attinet, etſi dux ad eam idonea tibi egregia illa, quam fortitus es, naturæ eſſet indoles, aderant nihilominus ex Romanis præſtantiſſimi quique, qui te civili diſciplina ac ſolertia formarent: tum rituum, atque legum, & peregrinorum inſtitutorum ſcientiam, aſſidua, quæ cum illius loci Barbaris inibas, colloquia comparabant. Atqui Ulyſſem nobis Homerus, cum omni ratione prudentem comprobare vellet, verſutum fuiſſe narrat, & plurimorum mentes hominum perſpectas habuiſſe, ac civitates eo conſilio perluſtraſſe, ut ex omnibus optima quæque colligeret, poſſetque cum omni hominum genere verſari. Sed huic quidem nihil ad paucos illos; quibus imperabat, tanta variorum morum experientia opus erat. Eum vero, qui ad tantam

tam educaretur imperii amplitudinem, non in tugurio aliquo inſtitui decebat: neque regnum, uti Cyrus ille quondam, per ludicrum imitari, aut æqualibus ſuis jus dicere, quod ab eodem factum accepimus: ſed cum nationibus, ac populis, & militum legionibus verſari; imperare omnino quæ in rem eſſent; nihil denique non earum rerum attingere, quas, ubi ad virilem ætatem perveniſſet, tractare pro voluntate atque arbitrio deberet. Quocirca ubi egregie quæ apud illos eſſent omnia percepiſti, tandem alteram in orbis partem translatus, Parthorum ac Medorum gentibus ad reſiſtendum ſolus objectus es. Cumque jam bellum inflammari cœpiſſet, ac propediem exarſurum atque erupturum foret, rationem ejus omnem celerrime pervidiſti, atque armorum vim ac robur imitatus es, & ad tolerandos æſtatis ardores corpus tuum conſuetudine firmaſti. Alcibiadem unum e Græcis omnibus audio tam apto ad mutationem omnem ac verſatili ingenio fuiſſe, ut cum ſe Spartanis dedidiſſet, Lacedæmoniorum in ſe frugalitatem exprimeret: inde Thebanos, & Thracas, ac Perſarum denique luxum imitaretur. Verum ille mores una cum locis identidem mutans maximis implicabatur moleſtiis; ac de patriis inſtitutis & ritibus amittendis funditus periclitabatur. Tu vero frugali ac moderato victu utendum tibi perpetuo decreveras, corpusque ipſum cum ad mutationes ferendas labore comparaſſes, facilius illum ad Parthos a Gallis tranſitum ſuſtinuiſti, quam divites ſoleant, qui pro temporum varietate ſedem ac domicilium mutant, ſi qua forte tempeſtatum injuria cogantur. Ac mihi ſane Deus facilis tibi ac benignus videtur, cum jam tum initio ſummum ad imperium ac rerum omnium poteſtatem virtutem tuam comparare vellet, circumduxiſſe te, atque imperii totius limites ac terminos monſtraſſe; nec non locorum ſitum, regionum amplitudinem, nationum potentiam, civitatum frequentiam, populorum indolem, &,

A τοσαύτην ἡγεμονίαν τρεφόμενον, οὐκ ἐν οἰκίσκῳ πῃ ἐχρῆν διδάσκεσθαι, ἀδὲ τὴν βασιλείαν, καθάπερ ὁ Κῦρος, παίζοντα μιμεῖσθαι· ἀδὲ χρηματίζειν τοῖς ἥλιξι, καθάπερ ἐκεῖνον λέγουσιν. ἀλλ' ἔθνεσιν ὁμιλεῖν, καὶ δήμοις, καὶ στρατιωτῶν τάγμασιν ἐπιτάττειν ἁπλῶς τὸ πρακτέον· ὅλως δὲ ἀδενὸς ἀπολείπεσθαι τούτων, ὧν ἐχρῆν ἄνδρα γενόμενον ἐπ' ἀδείας πράττειν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ τὰ παρὰ
B τούτοις ἐδιδάχθης καλῶς, ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἤπειρον μετιὼν, τοῖς Παρθυαίοις, καὶ Μήδων ἔθνεσιν ἀντετάχθης μόνος. Ὑποτυφομένῳ δὲ ἤδη τῷ πολέμῳ, καὶ ἐκ εἰς μακρὰν μέλλοντι ἀναρριπίζεσθαι, ταχέως καὶ τοῦτο κατέγνως τὸν τρόπον, καὶ τὴν τῶν ὅπλων ἰσχὺν ἐμιμήσω, καὶ πρὸς τὴν ὥραν τὸ θέρος εἰθισας καρτερεῖν τὸ σῶμα. Πυνθάνομαι δὲ Ἀλκιβιάδην μόνον ἐξ ἁπάντων Ἑλλήνων ὅτως εὐφυῶς μεταβολὰς
C ἐνεγκεῖν, ὡς καὶ μιμήσασθαι μὲν τὴν Λακεδαιμονίων ἐγκράτειαν, ἐπειδὴ Σπαρτιάταις αὐτὸν ἐδεδώκει. εἶτα Θηβαίους, καὶ Θρᾷκας ὕστερον, καὶ ἐπὶ τέλει τὴν τῶν Περσῶν τρυφήν. Ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν τοῖς χωρίοις συμμεταβάλλων καὶ τὸ τρόπον, ἀνεπίμπλατο πολλῆς δυσχερείας, καὶ τὸ πάτριον ἐκινδύνευσε πανελῶς ἀποβαλεῖν. Σὺ δὲ τὸ μὲν ἐγκρατὲς διαίτης ὡς δεῖν ἔχεσθαι παντα-
D χῇ ἐθίζων δὲ τὸ σῶμα τοῖς πόνοις πρὸς τὰς μεταβολὰς, ῥᾷον διήνεγκας τὴν ἐκ Γαλατῶν εἰς Πάρθους ἄνοδον τῶν πλησίων, οἱ ταῖς ὥραις τὴν οἴκησιν μεταβάλλουσιν, εἰ παρὰ τὸν καιρὸν βιασθεῖεν. Καί μοι δοκεῖ θεὸς εὐμενὴς πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐξ ἀρχῆς ἡγεμονίαν τὴν σὴν ἀρετὴν παρασκευάζειν ἐθέλων, κύκλῳ σε περιαγαγεῖν, καὶ ἐπιδεῖξαι τῆς ἀρχῆς ἁπάσης ὄρους καὶ πέρατα, καὶ φύσιν χωρίων, καὶ μέγεθος χώρας, καὶ δυνάμιν ἐθνῶν, καὶ πλῆθος πόλεων, καὶ φύσιν

χ. ἡμετέραν.

χ. συμμεταβάλλοντις.

δήμων, ἢ τὸ κράτιστον, ἀπὸ ἐκείνων τὴν γερουσίαν· ὧν οὐδενὸς ἀπολελεῖφθαι χρὴ τὸν πρὸς τοσαύτην ἀρχὴν τρεφόμενον. Τὸ μέγιστον δὲ μικρῷ με διέφυγεν εἰπεῖν, ὅτι τούτων ἁπάντων ἄρχειν ἐκ παίδων διδασκόμενος, ἄρχεσθαι κρεῖττον ἔμαθες, ἀρχῇ τῇ πασῶν ἀρίστῃ, καὶ δικαιοτάτῃ φύσει τε καὶ νόμῳ σαυτὸν ὑποβληθείς. Πατρὶ γὰρ ὑπήκουες ἅμα καὶ βασιλεῖ. ὧν εἰ καὶ θάτερον ὑπῆρχεν ἐκείνῳ μόνον, ἄρχειν αὐτῷ πάντως προσῆκον ἦν. Καίτοι τίνα ποτ' ἄν τις ἐξεύροι βασιλικὴν τροφὴν, καὶ παιδείαν ἀμείνω ταύτης πάλαι γενομένην; Οὔτε γὰρ Λακεδαιμόνιοι τῶν Ἑλλήνων, οἵπερ δὴ δοκοῦσιν ἀρίστης ἀρχῆς τῆς τῶν βασιλέων μεταλαβεῖν, ἔτυχον τὰς Ἡρακλείδας ἐπαίδευον. Οὔτε τῶν βαρβάρων οἱ Καρχηδόνιοι βασιλευόμενοι διαφερόντως, τῆς ἀρίστης ἐπιμελείας τὸν ἄρχοντα σφῶν ἠξίουν. Ἀλλὰ πᾶσιν ἦν κοινὰ τὰ παρὰ τῶν νόμων τῆς ἀρετῆς γυμνάσια, καὶ τὰ παιδεύματα, καθάπερ ἀδελφοῖς τοῖς πολίταις ἄρξειν τε καὶ ἀρχθήσεσθαι μέλλουσι. καὶ οὐδὲν διάφορον ἔσχεν εἰς παιδείας λόγον τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἄλλων. Καίτοι πῶς οὐκ εὔηθες ἀπαιτεῖν μὲν ἀρετῆς μέγεθος ἀνυπέρβλητον παρὰ τῶν ἀρχόντων, προνοεῖν δὲ μηδὲν ὅπως ἔσονται τῶν πολλῶν διαφέροντες καὶ τοῖς μὲν βαρβάροις, ἅπασιν ἐν κοινῷ τῆς ἀρχῆς ταύτης προκειμένης, τὸ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἠθῶν ὁμοίαν γίγνεσθαι παράσχοι συγγνώμην. τὸν δὲ Λυκοῦργον τοῖς ἀφ' Ἡρακλέους ἀσφαλίσασθαι τὴν βασιλείαν διαφυλάττοντα, καὶ μηδεμίαν ὑπερογκὴν ἐν ταῖς ἐπιμελείαις τῶν νέων εὑρεῖν, σφόδρα ἄν τις εἰκότως μέμψαιτο. Οὐδὲ γὰρ εἰ πάντας Λακεδαιμονίους ἀθλητὰς ἀρετῆς, καὶ τροφίμους ὤετο δεῖν εἶναι, τῆς ἴσης ἀξιοῦν ἔχρῃν τροφῆς καὶ παιδείας

A quod caput eſt, illorum ipſorum opes ac præſidia. Quarum rerum neunam quidem ignorare oportet eum, qui ad tantam imperii amplitudinem educatur. Verum propemodum id quod erat maximum dicere prætermiſeram, quemadmodum præeſſe omnibus his a puero cum eſſes edoctus, ſubjici tamen melius didiceris, teque præſtantiſſimo & juſtiſſimo omnium imperio, naturæ ac legi ſubdideris. Etenim parenti una & Imperatori te ſubjiciebas. Quorum ſi vel alterum duntaxat illi conveniret, imperii ad eum jus omnino pertinebat. Ecquam porro regalem educationem, & inſtitutionem præſtantiorem illa quisquam poteſt in omni vetuſtatis memoria reperire? Neque enim inter Græcos Lacedæmonii, qui optima civitatis adminiſtrandæ ratione, hoc eſt, regia poteſtate uſi videntur, ita ſuos Heraclidas inſtituebant. Neque ex barbaris Carthaginienſes, qui præcipuam regni formam aſciverunt, ei, qui ad imperium eſſet evehendus, optimam inſtitutionem ac diſciplinam abhibuerunt. Sed communiter propoſitæ omnibus erant, quæ legibus præſcribebantur exercitationes, ac rudimenta virtutis: ſic tanquam fratribus univerſis inter ſe confuſis civibus, tam qui imperare aliis, quam qui ſubjici aliorum imperio deberent: nec inſigne quicquam ad inſtitutionem ac diſciplinam præterea Principes habebant. Quanquam nonne ſtultum eſt ab iis qui imperent eam flagitare virtutis magnitudinem, qua major eſſe nulla poſſit, nec illud interim providere, qua ratione vulgo hominum antecellant? Sed Barbaris quidem ignoſci ob hoc ipſum poteſt, quod cum in medio cuique propoſitum eſſet imperium, parem atque eandem formandis omnium moribus curam adhibuerunt: Lycurgum vero, qui Herculis poſteris ſtabile regnum atque inconcuſſum ſervare vellet, merito aliquis propterea reprehenſione dignum putet, quod nihil in juventutis educatione Regibus eximium ac præcipuum tribuerit. Non enim, etſi Lacedæmonios omnes athletas quodammodo virtutis eſſe oportere, & alumnos crederet, æqualem tamen privatis, ac magiſtratibus educationem,

nem & inſtitutionem accommodare debu-
erat. Siquidem ejusmodi conſvetudo pau-
latim ſe inſinuans affert neſcio quem animis
principum contemptum. Ac ne omnino
quidem principes habendi illi ſunt, qui non
primum illum inter ſuos locum ſua virtute
compararunt. Eamque fuiſſe cauſam ar-
bitror, cur Spartani difficiliores ſe ad obſe-
quendum ſæpenumero regibus ſuis oſten-
derent. Cujus rei manifeſtum atque evi-
dens argumentum eſſe poteſt Lyſandri illa
adverſus Ageſilaum æmulationis plena con-
tentio: atque id genus alia, quæ facile oc-
currunt, ſi quis illorum hominum geſta
conſiderare velit. Sed his Reipubl. ratio ipſa,
utpote quæ ad virtutem idonee præpararet,
etſi nihil vulgaribus hominibus præſtantius
aſſequi atque uſurpare permitteret, hoc
tamen ipſum, ut præclari atque egregii fo-
rent, tribuebat. Carthaginienſium vero
ne publica quidem illa inſtituta probantur.
Quippe parentes liberos ſuos ædibus ejici-
entes, quæ ad vitam neceſſaria erant pro-
prio labore ſibi quærere jubebant, hoc u-
num præcipientes, nihil ut eorum, quæ tur-
pia viderentur, admitterent. Hoc autem
erat non ex animis juvenum cupiditatem e-
vellere, ſed illud unum monere, ut clam
ſcelus ſuum perpetrare ſtuderent. Non e-
nim mores hominum deliciæ duntaxat, &
luxus, verum etiam quæ neceſſariis rebus
indiget vita depravat; in quibus ratio ipſa
nondum ſui compos, atque expers judicii,
impulſa cupiditate neceſſitati obtemperet.
Præſertim cum, niſi eum animi affectum
coerceat, ſed ad rem quærendam, ac mer-
catorum permutationes, & nundinationes
a puero conſvefactus fuerit; quas partim
commentus ipſe ſit, partim a peritis didi-
cerit; de quibus non modo loqui, ſed ne
audire quidem ingenuum deceat: quam-
plurimas in animo ſordes labesque contra-
hant; quibus vacare vel honeſtum civem
oporteat, multoque regem amplius ac du-
cem. Mihi vero nihil iſtos arguere in præ-
ſentia neceſſe eſt. De inſtitutionis dunta-

A τὰς ἰδιώτας τοῖς ἄρχουσιν. Ἡ γὰρ τοι-
αύτη κῆ μικρὸν ὑποδυομένη σωηθεῖσα
ταῖς ψυχαῖς ἐντεκεῖν ὑπεροψίαν τῶν
κρειττόνων. Ὅλως γὰρ οὐδὲ κρείττονας
νομιστέον τοὺς δι' ἀρετὴν πρωτεύειν λα-
χόντας. Τοῦτο δ' οἶμαι καὶ Σπαρτιά-
τας χαλεπωτέρους ἀρχθῆναι τοῖς βα-
σιλεῦσι παρεῖχε πολλάκις. Χρήσαι-
το δ' ἄν τις σαφεῖ τεκμηρίῳ τῶν ῥη-
θέντων τῇ Λυσάνδρου πρὸς Ἀγησί-
λαον Φιλοτιμίᾳ, καὶ ἄλλοις πλείοσιν,
B ἐπιὼν τὰ πεπραγμένα τοῖς ἀνδράσι.
Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἡ πολιτεία πρὸς ἀρε-
τὴν ἀρκούτως παρασκευάζουσα, εἰ κῆ
μηδὲν διαφέρον ἐπιτηδεύειν ἐδίδου τῶν
πολλῶν, ἀλλὰ τὸ καλοῖς κἀγαθοῖς
ὑπάρχειν παρεῖχεν ἀνδράσι. Καρ-
χηδονίων δὲ οὐδὲ τὰ κοινὰ τῶν ἐπιτη-
δευμάτων ἐπαινεῖν ἄξιον. Ἐξελαύ-
νοντες γὰρ τῶν οἰκιῶν οἱ γονεῖς τοὺς
παῖδας, ἐπέτατλον εὐπορεῖν διὰ τῶ πό-
νων τῶν πρὸς τὴν χρείαν ἀναγκαίων,
C τὸ δρᾶν τι τῶν δοκούντων αἰσχρῶν
ἀπαγορεύοντες. Τὸ δὲ ἦν, οὐ τὴν ἐπι-
θυμίαν ἐξελεῖν τῶν νέων, ἀλλὰ τὸ
λαθεῖν πειρᾶσθαι" ἰδρῶτα προσάτ- ξ τι
τειν. Πέφυκε γὰρ οὐ τρυφὴ μόνον ἢ- δρῶντα
θη διαφθείρειν. ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ἀ-
ναγκαίων ἔνδεια δίαιτα, ἐφ' ὧν ὅπω
τὸ κρίνειν ὁ λόγος προσλαβὼν ἔπε-
ται ταῖς χρείαις ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας
ἀναπειθόμενος. Ἄλλως τε εἰ κῆ τού-
τω μὴ κραλοίη τὰ πάθη, πρὸς χρη-
D ματισμὸν ἐκ παίδων συνεθιζόμενος,
καί τινας ἀμοιβὰς ἐμπόρων, καὶ κα-
πηλείας, τὰς μὲν αὐτὸς εὑρών, τὰς δὲ
παρὰ τῶν εἰδότων μαθών· ὑπὲρ ὧν οὐ
λέγειν μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ἀκούειν ἄξιον
ἐλευθέρῳ παιδί· πλείσας ἂν κηλί-
δας ἐναπόθοιτο τῇ ψυχῇ. ὧν πασῶν
καθαρὸν εἶναι χρὴ καὶ τὸν ἐπιεικῆ πολί-
την, ἀλλ' οὐ τὸν βασιλέα, καὶ στρατηγὸν
μόνον. Ἐμοὶ δὲ οὐκ ἐπιτιμᾶν ἐπὶ τοῦ
παρόντος ἐκείνοις προσήκει. Δείξω

δὲ

χ. τ δι- αἰρεσῆς το διαφέρον.

δὲ μόνον τ" τροφῆς τὸ διάφορον, ἢ χρη- A
σάμενος, κάλλει, ῥώμῃ, καὶ δικαιοσύνῃ,
καὶ σωφροσύνῃ διήνεγκας· διὰ μὲν τ πό-
νων τ εὐεξίαν περιβαλλόμενος· διὰ δὲ τ
νόμων τ σωφροσύνην" κτησάμενος· καὶ
χ. καλα- χησά- μενος. τῇ μὲν σώματι ῥωμαλεωτέρῳ διὰ τ ἐγ-
κράτειαν τ ψυχῆς, τῇ ψυχῇ δ" αὖ διὰ
χ. αὐθις τ σώματος καρτερείαν δικαιοτέρα
χ. ἐκ φύσεως. χρώμενος· τὰ μὲν" ἐκ τ φύσεως ἀγα-
θὰ συναύξων ἐκ παντός· τὰ δὲ ταῖς
ἐπιμελείαις ἔξωθεν ἀεὶ προσλαμβά-
νων· καὶ δεόμενος μὲν ἀδενὸς, ἐπαρκῶν B
δ' ἄλλοις, καὶ χαριζόμενος μεγάλας
δωρεὰς, καὶ ὅσαι τὰς λαβούσας ἦρκεν ἀ-
χ. Λυ- δῶν ποφῆναι τῷ" Λυδῷ δυνάσῃ παραπλη-
σίως· ἐνδεέστερον μὲν ἀπολαύων αὐ-
τὸς τ ὑπαρχόντων ἀγαθῶν, ἢ Σπαρτια-
τ ὸς σωφρονέστατος· τῷ τυφλῷ δὲ παρέ-
χων ἄλλοις χορηγίαν· καὶ τοῖς βουλομέ-
νοις σωφρονεῖν παρέχων σαυτὸν μιμεῖ-
σθαι· ἄρχων μὲν πράως καὶ φιλανθρώ-
πως τῶν ἄλλων, ἀρχόμενος δὲ ὑπὸ τὸ C
πατρὸς σωφρόνως, καὶ ὡς εἷς τῶν πολ-
λῶν τ ἅπαντα διετέλεις χρόνον. Παιδὶ
μὲν ὄντι σοι καὶ μειρακίῳ ταῦτά τε ὑ-
πῆρχε, καὶ ἄλλα πλείονα, περὶ ὧν νῦν
λέγειν μακρότερον ἂν εἴη τ καιρ῀.

Γενόμενος δ' ἐφ' ἡλικίας, καὶ τῷ πα-
τρὶ τὴν εἱμαρμένην τελευτὴν τ δαίμο-
νος μάλα ὀλβίαν παρασχόντος, οὐ
μόνον τῷ πλήθει καὶ κάλλει τ ἐπενεχθέν-
των τ τάφον ἐκόσμει, γενέσεως καὶ τρο-
φῆς ἀποτίνων τὰ χαριστήρια· πολὺ δ' D
πλέον τῷ μόνος ἐκ πάντων τ ἐκείνῳ παί-
δων, ζῶντος μὲν ἔτι καὶ πιεζομένῳ τῇ
νόσῳ, πρὸς αὐτὸν ὁρμῆσαι· τελευτή-
σαντι δὲ τὰς μεγίστας τιμὰς καθασῆ-
σαι· ὑπὲρ ὧν ἐξ ἀρχῆς καὶ τὸ μνησθῆναι.
Καλοῦσι γὰρ ἡμᾶς ἐφ' αὐτὰς αἱ πράξεις,
ὑπομιμνήσκουσαι τ ῥώμης, τῆς εὐψυ-
χίας, εὐβουλίας τε ἅμα, καὶ δικαιότη-
τος, οἷς ἅπασιν ὤφθη σοι καὶ ἀνυπέρ-
βλητος· τὰ μὲν πρὸς τοὺς ἀδελφούς,
χ. σοι καὶ τοὺς πολίτας, καὶ τοὺς πατρῴους" σὺ

xat diverſitate dicam, qua tu uſus, pulchritudine, robore, juſtitia, & temperantia præſtitiſti: cum & laboribus firmitatem corporis, & legum beneficio temperantiam eſſes adeptus, & non modo corpus animi continentia firmius, ac robuſtius, ſed & animum juſtiorem corporis patientia reddidiſſes: tum quæ a natura inſita erant bona omni ratione perficeres, aliaque ſtudio ac labore in dies adjiceres, & nullius indigens ipſe aliis abunde ſuppeditares, ac donis ampliſſimis ditares, quæ eos, qui donati eſſent, Lydorum principi pares efficerent. Cum tu interim iis rebus, quas poſſideres, parcius utereris ipſe, quam Spartanorum moderatiſſimus quilibet: adeo ut luxus ac voluptatum materiam ſufficeres aliis; iis vero, qui temperati eſſe vellent, teipſum imitandum proponeres. Quippe toto illo tempore una & ſubditis tibi benigne atque humaniter imperabas, & te parentis imperio modeſte, ac tanquam unus e multis ſubjiciebas. Igitur ea tibi & puero & adoleſcenti contigerunt, aliaque plurima, de quibus ſi in præſentia dicerem, multo eſſem quam pro præſcripto mihi ad dicendum tempore prolixior.

Sed cum jam maturiorem ætatem attigiſſes, ac fatalem exitum vitæ Deus parenti tuo felicem admodum præſtitiſſet; tum vero non ſolum collatarum rerum copia & pulchritudine ſepulcrum illius ornaſti, eamque procreationis atque educationis tuæ gratiam ei rependiſti: ſed multo magis hoc officii genere; quod unus ex illius liberis, cum adhuc ſuperſtes foret, & morbo conflictaretur, ad eum accurriſti: eidem vero mortuo ampliſſimos honores habuiſti. De quibus ſatis eſt obiter mentionem feciſſe. Vocant enim me ad ſeſe res a te præclare geſtæ, mihique egregium illud robur animi, magnitudinem, prudentiam ac juſtitiam in memoriam revocant. Quibus omnibus inexpugnabilem te eſſe, atque a nullo ſuperari poſſe monſtraſti. Nam partim quæ ad fratres tuos, & cives, & amicos

pater-

paternos, & exercitus pertinent, juſte ac moderate conſtituiſti: niſi quod fortaſſe turbine temporum ac tempeſtate coactus alios, ne peccarent, minime prohibueris; partim bellicam rem fortiter ac magnifice, atque ut priſtinum generis tui decus ac gloriam decebat, ordinaſti. Ita cum illis toto tempore concorditer vixiſti, pacatum ac tranquillum Reipublicæ ſtatum conſervans; & fratres tuos, eosdemque collegas imperii, cultu atque obſervatione proſequens: ad hæc amicis tuis una cum cæteris bonis mutuum ſalutandi officium ac libertatem impertiens. Ac cum omnes faceres commodorum tuorum participes: tum quæ cuique opus ſunt large atque abunde communicaſti. Quorum omnium teſtes iidem illi, qui experti ſunt, eſſe merito poſſunt: iisque, qui nullum cum iis uſum ac conſuetudinem habent, ipſæmet res vitæ totius inſtitutum ſatis ſuperque demonſtrant.

A Jam vero nationes illas omnes, quæ aut in Imperatoris auxiliis fuerunt, ac cum eo bellum geſſerunt, aut pro hoſtibus ſteterunt, recenſere abſurdum inprimis & inane ac ſupervacuum erit. Ac quanto majorum inter ſe copiarum congreſſus ille fuit; eo quæ facta ſunt, majora eſſe conſentaneum eſt: ut hæc illis plurimum antecellere neceſſe ſit. Porro quod ad multitudinem attinet, qui tandem comparari inter ſe poſſunt? Illi enim de una duntaxat urbe continuo inter ſe pugnabant: neque aut hi vi- B ctores Græcos propulſare, aut illi, tametſi vincerent, Priamidarum regnum atque imperium funditus evertere poterant, ſed decennium totum in eo bello conſumtum eſt. Imperator vero multas partim contra Germanos, qui ſupra Rhenum habitant, expeditiones ſuſcepit; partim Tigride fluvio ponte junćto, Parthorum vires atque animos imbelles eſſe monſtravit; qui vaſtato agro ſuo, opem ferre ac propugnare non auſi ſunt, ſed quicquid Tigrin inter ac Lycum eſt populari ſuccendique paſſi ſunt. C Quod vero ſpectat ad ea, quæ contra tyrannum geſta ſunt, memoranda inprimis eſt illa in Siciliam & Carthaginem trajectio; Eridani oſtiorum occupatio; tum omnium, quas in Italia habebat, copiarum ſubtractio; ac tertium illud, & poſtremum, quod ad Cottias Alpes callide ab Imperatore geſtum eſt: ex quo Princeps quidem tutum ac ſecurum victoriæ fructum ac voluptatem adeptus eſt; tyrannum autem victum ac profligatum juſtas ſibimet ipſi pœnas infligere, D atque anteactis ſceleribus dignas, coegit.

Hæc de rebus ab Imperatore geſtis paucis diſſeruimus; ita ut neque per adulationem adjicere, aut amplificare ſtuduerimus ea, quæ nihilo forſitan aliis antecellerent; neque rerum geſtarum ſimilitudines procul petitas violenter ad propoſitum ac ſententiam traxerimus: quemadmodum qui Poetarum fabulas explicant, & ad plauſibiles & probabiles ſententias figmenta detorquent; ac leviſſimi alicujus occaſione ſenſus, atque ex obſcuro tenuique principio, nobis probare

bare conantur, nihil aliud illos, quàm quod ipſi dicunt, indicare voluiſſe. Hic autem ſi quis ex Homeri verſibus Heroum nomina ſolum expungat, & eorum loco Imperatoris nomen collocet, atque accommodet; non in illos potius, quam in hunc, Iliadis verſus ſcripti eſſe videbuntur. Verum ne forte cum illius prædicari fortia facta bellicasque laudes duntaxat auditis, in iis, quæ majorem habent dignitatem ac commendationem, inferiorem eundem eſſe ſuſpicemur: cujusmodi ſunt conciones, & conſultationes, ac denique quicquid animus mente ac prudentia fretus adminiſtrat: vos eadem illa in Ulyſſe ac Neſtore, quos Poeſis iſta commendat, inſpicite: ac ſi minus aliquid ineſſe in Imperatore noſtro perſpexeritis, iſtud ipſum illius laudatoribus imputate; ſin etiam hac in parte ſuperior ſit, merito pluris nos illum facere debebimus. Igitur illorum alius, cum de captiva puella iraſci ſibi invicem ac jurgari cœpiſſent, adeo Regi ac Thetidis filio non perſuadet, ut hic ſtatim cœtum ac concionem indecore diſſolveret; ille ne tamdiu quidem expectans, dum iram Dei procuraſſet, ſed in iis etiamnum occupatus, atque ad ſacram illam navem reſpiciens, præcones ad Achillis tentorium mitteret: tanquam illud metueret, ne culpam iſtam mutata ſententia devitaret. Alter vero ex Ithaca verſutus orator & callidus Achillem ad concordiam flectere atque adducere contendens, multaque offerens eidem, & infinita promittens, ſic adoleſcentem commovit, ut, quod hactenus minime deliberaverat, abire inde ac ſolvere cogitaret. Cæterum prudentiæ illorum admirabilia hæc indicia ſunt, cohortationes ad bellum, ac privatim Neſtoris conſilio ſuſcepta murorum extructio, ſenile admodum opus & abſurdum. Quamobrem neque Græcis admodum fabricatio iſta profuit; ſed abſoluto muro a Trojanis ſunt bello ſuperati: quod quidem

A λίαν παραλαβόντες τὰς ἀρχὰς, πειρῶνται ξυμπείθειν, ὡς δὴ ταῦτά γε αὐτὰ ἐκείνων ἐθελόντων λέγειν. Ἐνταῦθα δὲ εἴ τις ἐξέλοι τῶν Ὁμήρου μόνον τὰ τῶν Ἡρώων ὀνόματα, ἐνθεὶς δὲ τὸ βασιλέως, καὶ ἐναρμόσοι· ἆρ' μᾶλλον εἰς ἐκείνους, ἢ τοῦτον, πεποιῆσθαι δόξει τὰ ὑπὲρ τοῦ Ἰλιάδος ἔπη. Ἀλλ' ὅπως μὴ τὰ ὑπὲρ τῶν ἔργων μόνον ἀκούσητε, καὶ τῶν κατορθωμάτων ἐς τὸν πόλεμον, ἔλαττον ἔχειν ὑπολαμβάνητε βασιλέα περὶ τὰ σεμνότερα, καὶ ὧν ἄξιον μείζονα ποιεῖσθαι λόγον, δημηγοριῶν, φημὶ, καὶ συμβουλιῶν, καὶ ὁπόσα γνώμῃ μετὰ καὶ φρονήσεως καὶ εὐθυνῇ· ἀθρεῖτε ἐν Ὀδυσσεῖ καὶ Νέστορι τοῖς ἐπαινουμένοις καὶ τὴν ποίησιν. καὶ ἢν τι μεῖον ἐν βασιλεῖ καταμανθάνητε, τοῖς ἐπαινέταις τοῦτο λογίζεσθε. πλέον δὲ ἔχοντα δικαίως αὐτὸν μᾶλλον ἀποδεχόμεθα. Οὐκοῦν ὁ μὲν, ὁ πηνίκα χαλεπαίνειν καὶ σασιάζειν ἤρχοντο περὶ τὰ αἰχμαλώτω κόρης, λέγειν ἐπιχειρῶν, ἕτω δή τι πείθῃ τὸν βασιλέα καὶ τὴν Θέτιδος· ὥσε ὁ μὲν ἀκόσμως διέλυσε τὸν ξύλλογον· ὁ δὲ αὐδὲ περιμείνας ἀφοσιώσασθαι τὰ πρὸς τὸν θεὸν, ἔτι δὲ αὐτὰ ὁρῶν, καὶ ἀφορῶν ἐς τὴν θεωρίδα, στέλλεσθαι τοὺς κήρυκας ἐπὶ τὴν Ἀχιλλέως σκηνήν· ὥσπερ οἶμαι δεδιὼς, μὴ τὸ ὀργῆς ἐπιλαθόμενος, καὶ ἀπαλλαγεὶς τῶν ἀθυμίας, μεταγνοίη, καὶ ἀποφύγοι τὴν ἁμαρτάδα. Ὁ δ' ἐκ τῆς Ἰθάκης ῥήτωρ πολύτροπος πείθειν ἐπιχειρῶν πρὸς διαλλαγὰς Ἀχιλλέα, καὶ δῶρα πολλὰ διδοὺς, μυρία ἐπαγγελλόμενος, ἕτω τὸν νεανίσκον παρώξυνεν, ὥσε αὐτὸν πρότερον βουλευσάμενον τὸν ἀπόπλουν παρασκευάζεσθαι. Ἔστι δ' αὐτῷ τὰ θαυμαστὰ τοῦ σωτέρου δείγματα, αἵ τε ἐπὶ τὸν πόλεμον παρακλήσεις, καὶ ἡ τειχοποιία τοῦ Νέστορος, πρεσβυτικὸν λίαν καὶ ἄτοπον ἐπιτήδευμα. ἀκοῦν δὲ ὄφελος ἦν πολὺ τοῖς Ἀχαιοῖς τῆς μηχανήματος· ἀλλὰ ἡττῶντο τοῦ Τρώων, τὸ τεῖχος ἐπιτε-

χ. τὰ βασιλ.

χ. τὸν ἐπιλαβόμενον, vel ἐπιλαβομένης

χ. παρασκευάζεσθαι

γρ. ἀτελμον

λέσανλες, καὶ μάλα εἰκότως. τότε μὲν γὰρ αὐλοὶ τῶν νεῶν ὥσνλο προβεβλῆσθαι, καθάπερ ἕρυμα γενναῖον. ἐπεὶ δὲ ἤθονλο τὸ σΦῶν προκείμενον, καὶ ἀποικοδομούμενον τεῖχ☉ τάΦρῳ βαθείᾳ, καὶ πασάλοις ὀξέσι διηλέμενον· κατερράθύμουν, καὶ ὑΦίενλο τῆς ἀλκῆς, πρὸ τειχίσματι πεποιθότες. Ἀλλ' ὅ γ' εἴ τις ἐκείνοις μέμΦαιλο, καὶ ἐπιδεικνύοι διαμαρλάνονλας, ἔτός ἐσι βασιλέως ἀξιόχρεως ἐπαινέτης· ὅσις δὲ, οἶμαι, τῶν ἔργων ἀξίως μνηθείη, μάτην, δὲ αὐτομάτως, δὲ ἀλόγῳ Φορᾷ γενομένων προβεβλευθέντων ἢ ὀρθῶς, καὶ διοικηθέντων, ἔτ☉ ἀρκέντως ἐπαινεῖ τὴν βασιλέως ἀγχίνοιαν. τὸ δ' ἐΦ' ἑκάστῃ συνόδῳ τὰς δημηγορίας ἐκλέγειν ἐς τὰ στρατόπεδα, καὶ δήμους, καὶ βουλήσεια, μακροτέρας δεῖται τ ξυγγραΦῆς. ἑνὸς δὲ ἴσως ἐπακοῦσαι δ χαλεπόν. Καί μοι πάλιν ἐννοήσαλε τ Λαέρτα, ὁπότε ὡρμημένους ἐκπλεῖν τοὺς Ἕλληνας ἐπέχει τῆς ὁρμῆς, καὶ ἐς τ πόλεμον μεταλιθῆσι τὴν προθυμίαν· καὶ δ βασιλέως τ ἐν Ἰλλυρικοῖς ξύλλογον. ἵνα δὴ πρεσβύτης ἀνὴρ ὑπὸ μειρακίων παιδικὰ Φρονεῖν ἀναπειθόμεν☉ ὁμολογιῶν ἐπελανθάνετο, καὶ πίσεων· καὶ τ μὲν σωτῆρι καὶ εὐεργέτῃ δυσμενὴς ἦν, σπονδὰς δὲ ἐποιεῖτο πρὸς ὃν ἦν ἄσπον☉, καὶ ἀκήρυκ☉ βασιλεῖ πόλεμ☉." στρατὸν δὲ ἤγειρε, καὶ ἐπὶ τοῖς ὁρίοις ἀπῆλα "τοῖς χώραις, κωλῦσαι δ πρόσω χωρεῖν ἐπιθυμοῦν. ἐπεὶ δὲ ἐς ταὐλὸν ἦλθον ἀμΦοτέρω τὼ στρατεύματε, καὶ ἐχρῆν ἐπὶ τ ὁπλιτῶν ποιεῖσθαι τὴν ἐκκλησίαν· βῆμά τε ὑψηλὸν ἤρθο, καὶ αὐτὸ περιέσχεν ὁπλιτῶν δῆμ☉, καὶ ἀκοντιςῶν, καὶ τοξοτῶν, ἱππεῖς τε ἐνσκευασάμενοι τὰς ἵππους, καὶ τὰ σημεῖα τῶν τάξεων· ἀνήρ τε ἐπ' αὐλὸ βασιλεὺς μ δ τέως συνάρχοντ☉, ἔτε αἰχμὴν Φέρων, ἔτε ἀσπίδα, καὶ κράν☉, ἀλλὰ ἐσθῆτα τὴν σωθῆσ. καὶ

A merito illis contigit. Hactenus enim ad naves tuendas, quasi propugnaculi alicujus egregii instar, oppositos se esse crediderant; sed postquam vallum illud excitatum ante se, ac profunda fossa circumdatum, & palis acutissimis prætextum animadverterunt, munitioni confisi, segnius gerere se, ac de virium contentione remittere cœperunt. Veruntamen non quisquis illos reprehendit, ac peccasse convincit, is statim Imperatoris laudator idoncus est; sed qui ejusdem facta pro dignitate commemorat, non te-
B mere aut fortuito perfecta, aut præcipiti quodam impetu susceptа, sed recte ac consulto gesta & administrata, hic demum Imperatoris solertiam ac prudentiam abunde collaudat. Quæ porro singulis in concionibus ad exercitus, populos, & Senatus orationes habitæ sunt, enumerare, prolixioris alicujus operæ ac lucubrationis fuerit. Sed unum audire forsan haud molestum erit. Ac mihi quæso rursum Laertæ filium illum cogitate, cum ad profectionem & reditum concitatos Græcos ab impetu revocat,
C & ad bellum rursus illorum alacritatem convertit. Contra vero conventum illum ab Imperatore habitum animis vestris repetite: in quo senex ille fuit, qui ab adolescentulis puerilem in modum sapere doctus, fidei suæ ac pactorum immemorem se gesit: adco ut contra servatorem ac benefactorem suum hostili esset animo, & fœderis cum eo societatem iniret, qui cum Imperatori crudele atque atrocissimum bellum intercesserat. Hic igitur coactis copiis ad provinciæ limites occurrit, ut transitu prohiberet. Sed cum uterque exercitus
D in unum collectus esset, & coram militibus habenda esset concio; ingens illic tribunal collocatum est, quod legionariis militibus, & jaculatoribus, ac sagittariis circumdatum est, necnon equitibus: quorum equi jam frænati & parati erant: atque insuper manipulorum atque ordinum signis. Deinde suggestum Imperator cum eo, quem hactenus collegam habuerat, conscendit, neque hastam, neque clypeum, neque galeam ferens; sed simplici atque usitato cultu. Nullus

enim

χ. στρατὸν τὸ χ. τῆς

enim ex prætoria cohorte cingebat; sed solus in tribunali stabat, gravi ac majestatis plena oratione fretus. Est enim & dicendi peritus artifex; non ita tamen, ut verba sua minute velut scalpro concidat, & ad unguem exigat: non ut periodos tornare, politulorum oratorum more, consuescat: sed gravi pariter & pura oratione utitur; tum nomina ac voces opportune disponit, ut in animos mentesque penetrent, non eruditorum tantum ac prudentium, sed & rudium atque imperitorum, qui magna ex parte quæ dicuntur intelligant animoque percipiant. Quamobrem infinitas peditum copias, ac viginti equitum millia, gentes bellicosissimas, & uberrimos agros cepit, non vi atque violentia, nec tanquam captivos illos trahens; sed sponte ad obsequium paratos, & ad parendum ipsius imperio sua voluntate concitatos. Hanc ego victoriam Laconica illa multo gloriosiorem existimo: hæc enim solis victoribus illacrymabilis fuit; illa ne victis quidem lacrymas ullas conscivit. Sed ille dignitatis regiæ simulator, ac velut histrio, tanquam causa perorata, e tribunali descendit; ac, quemadmodum paternum aliquod debitum, purpuram Imperatori restituit. At ille cætera ei longe copiosiora detulit, quam Cyrus olim avo suo contulisse dicitur: vitamque ei concessit, ac victum, cujusmodi Homerus natu jam grandioribus attribuit. Id enim consentaneum illis est,

vesci, atque lavari,
Molliter & dormire, hæc cura senilibus annis.

Ac quod ad me quidem attinet, libenter ego vobis habitam tum ab Imperatore orationem exposuissem; nec tam præclarum sermonem repetere hoc loco gravarer; sed pudore quodam præpedior, qui me illius verba mutare, atque interpretari apud vos non sinit. Injuriam enim facerem, & ejus facti convictus erubescerem, si quis, qui aut Imperatoris commentarios legisset, aut tunc audisset, memoria modo retineret; ac non sententias ipsas duntaxat exigeret, sed orna-

A ὐδὲ αὐτῷ τις τῶν δορυφόρων ἔπεδο. μόνῳ δ' ἐπὶ βήματος εἰστήκει, πεποιθὼς τῷ λόγῳ σεμνῶς ἡρμοσμένῳ. Ἐργάτης γάρ ἐστι καὶ τούτων ἀγαθὸς, οὐκ ἀποσμιλεύων, οὐδὲ ἀπονυχίζων τὰ ῥήματα, οὐδὲ ἀπολορνεύων τὰς περιόδους, καθάπερ οἱ κομψοὶ ῥήτορες· σεμνὸς δὲ ἅμα, καὶ καθαρὸς, καὶ τοῖς ὀνόμασι ξὺν καιρῷ χρώμενος. ὥστε ἐνδύεσθαι ταῖς ψυχαῖς ὑ τῶν παιδείας, καὶ ξυνέσεως μεταποιημένων μόνον· ἀλλ' ἤδη καὶ ἰδιωτῶν ξυνιέναι πολλὰς, καὶ ἐπαΐειν τ ῥημάτων. Οὐκοῦν ἥρπ μυριάδας ὁπλιτῶν συχνὰς, καὶ χιλιάδας ἱππέων εἴκοσι, καὶ ἔθνη τὰ μαχιμώτατα, καὶ χώραν πολύφορον, ὑ βίᾳ ἕλκων, οὐδὲ αἰχμαλώτους ἄγων, ἑκόντας δὲ αὐτῷ πειθομένους, καὶ τὸ ἐπιτατόμενον ποιεῖν ἐθέλοντας. Ταύτην ἐγὼ τὴν νίκην κρίνω τ Λακωνικῆς μακρῷ σεμνοτέραν. ἡ μέν γε ἦν ἀδακρυς μονον τοῖς κρατοῦσιν. ἡ δὲ οὐδὲ τοῖς κρατηθεῖσιν ἤνεγκε δάκρυα. ἀλλ' ἀπὸ βήματος κατῆλθεν ὁ τῆς βασιλείας ὑποκριτὴς δικασάμενος, καὶ ὥσπερ ὄφλημα βασιλεῖ πατρῷον ἀποδοὺς τὴν ἀλουργίδα· τἄλλα δὲ αὐτῷ δίδωσι βασιλεὺς ἄφθονα μᾶλλον, ἢ Κῦρος φασὶ πάππῳ· ζῆν τε ἐποίησε, καὶ διαιτᾶσθαι, καθάπερ Ὅμηρος ἀξιοῖ τῶν ἀνδρῶν τοὺς ἀφηλικεστέρους." τοῦτο γὰρ ἔοικε, τὸ

ἐπεὶ λάσαιο" Φάγῃ τε, Odyss.
Εὐδέμεναί μαλακῶς. ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων. Ω. v. 135.

Τὸ μὲν οὖν ἐμὸν, ἡδέως ἂν τοὺς ῥηθέντας λόγους διεξῆλθον· καὶ σκώπτων με ὅπως καλαλάβοι ἄτοπα καλῶν ἀπόμενον λόγων· αἰδὼς δὲ, οἶμαι, κατείργει, καὶ οὐκ ἐπιτρεπτὴ μεταλαβέσθαι, καὶ ἑξερμηνεύειν εἰς ὑμᾶς τοὺς λόγους. Ἀδικοίην γὰρ ἂν διαφθείρων, καὶ ἐλεγχόμενος αἰσχυνοίμην, εἴ τις ἄρα τὸ βασιλέως ἀναγνὼς ξύγγραμμα, ἢ τότε ἀκούσας, ἀπομνημονεύοι, καὶ ἀπαιτοίη οὐ τὰ νοήματα μόνον,

B
C
D

μόνον, ὅσαις ἢ ἀρεταῖς ἐκεῖνα κοσμῆται καὶ τὴν πάτριον φωνὴν ξυγκείμενα. Τοῦτο ἢ οὐκ ἦν Ὁμήρῳ τὸ δεῖν, πολλαῖς μὲν ὕστερον γενεαῖς τὰς λόγους διηγουμένῳ· λιπόντων ἢ ἐκείνων οὐδὲν ὑπόμνημα τῶν ἐς τὰς ξυλλόγους ῥηθέντων· καὶ σαφῶς οἶμαι" ὡσεύοντι, ὅτι ἄρα" τὰ κείνων αὐτὸς ἐξαγγελεῖ, καὶ διηγήσεται. τὸ δὲ ἐπὶ τὸ χεῖρον μιμεῖσθαι, καταγέλαστον, καὶ οὐκ ἄξιον ἐλευθέρας ψυχῆς καὶ γενναίας. Τὰ μὲν δὴ θαυμαστὰ τῶν ἔργων, καὶ ὁπόσων ὁ πολὺς ὄμιλος θεατής" τε ἐγένετο, καὶ διασώζει τὴν μνήμην ξὺν εὐφημίᾳ, ἅτε ἐς τέλος ἀφορῶν, ἢ τ' εὖ ἢ κακῶς ἀποβάντων κριτὴς καθεσὼς, ἢ ἐπαινέτης ἁμάλα ἀσεῖος· ἀκηκόαλε πολλάκις τ' μακαρίων σοφιστῶν, καὶ δ' ποιητικὰ γένος ὡρὸς αὐτῶν" τ' Μουσῶν" ἐπιπνεομένων. Ὥσε ὑμᾶς τούτων ἕνεκα καὶ διωχλήκαμεν, μακρολέρους τοὺς ὑπὲρ αὐτ' ποιούμενοι λόγους. καὶ γάρ ἐσε λίαν αὐτῶν ἤδη διακορεῖς· καὶ ὑμῶν ἐσι τὰ ὦτα πλήρη· καὶ ἡ μὴ πολε ἐπιλείπωσιν οἱ τούτων ποιηταὶ, πολέμους ὑμνοῦντες, καὶ νίκας ἀνακηρύττοντες λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, καὶ τοὺς Ὀλυμπιάσι κήρυκας. παρέσχεσθε γὰρ ὑμεῖς τ' ἀνδρῶν τούτων ἀφθονίαν, ἀσμένως ἐπακούοντες. καὶ ἡδὲν θαυμαστόν. εἰσὶ γὰρ αἱ τούτων ὑπολήψεις ἀγαθῶν" περὶ κεφαλῶν ταῖς ὑμετέραις ξυγγενεῖς· καὶ ἀπαγγέλλουσι ὡρὸς ὑμᾶς τὰ ὑμῶν αὐτῶν διανοήματα, ὥσπερ ἐσθῆτι ποικίλῃ, τοῖς ὀνόμασι σκιαγραφήσαντες, καὶ διαπλάσαντες ἡδίσοις ῥυθμοῖς, καὶ σχήμασιν, ὡς δή τι καινὸν εὑρόντες εἰς ὑμᾶς φέρουσιν. ὑμεῖς γ' ἀσμενοι παραδέχεσθε, καὶ" ἐκείνους οἴεσθε ὀρθῶς ἐπαινεῖν, τούτοις τε ἀποδίδοσθαι τὸ πρωτεῖον φαῖε. Τὸ δέ ἐσι μὲν ἴσως ἀληθές· τυχὸν γ' ἢ καὶ ἄλλως ἔχει, ἀγνοούμενον ὡρὸς ἡμῶν ὅποι πολὲ ἂν ὀρθῶς γίγνοιτο. Ἐπεὶ καὶ τ' Ἀθηναῖον ἐνενόησα Σωκράτην, (ἴσε γὰρ ὑμεῖς ἀκοῇ τ' ἄνδρα, καὶ τὸ ἐπ'

A menta quoque, quibus illæ nativo ac patrio in ſermone commendantur. At Homero nihil ejuſmodi pertimeſcendum fuit; qui aliquot poſtmodum ætatibus, quæ geſta erant conſcriberet: cum nullum eorum, quæ in concionibus dicta fuerant, monumentum extaret: ac denique cum certo ſciret, longe ſe iis, qui olim dixiſſent, elegantius ac melius eſſe traditurum. Imitari vero perperam, ridiculum, neque liberali ac generoſo animo dignum eſt. Cæterum eximia illa ac præclara facinora, quorum & ſpectatrix multitudo fuit, & memoriam adhuc cum prædicatione ac laude retinet: utpote quæ finem illorum intueatur, & eorum, quæ recte aut ſecus ſucceſſerint, judex ſit, neque admodum ſcita laudatrix: hæc, inquam, ab egregiis Sophiſtis, vel Poetis, audiſtis ſæpius, Muſarum inſtinctu afflatuque correptis. Unde non ſine veſtra moleſtia ac tædio longior ea de re inſtituta eſt a nobis oratio: nam & ſatietatem iſta vobis adferunt; & iis veſtræ aures oppletæ ſunt; nec deſunt unquam Poetæ, qui bella id genus ac victorias clara voce, tanquam præcones Olympici, perſonent. Nam vos talium hominum magnam vobis copiam & annonam protuliſtis; quod iis aures veſtras libentiſſime præbeatis. Neque id a vobis fieri mirum eſt: quoniam eadem vobiſcum de bonis malisque ſentiunt; ac veſtras vobis ſententias exponunt; quas, velut variegata quadam veſte, ita nominibus adumbrantes, ac numerorum & figurarum ſuavitate conformantes, tanquam novum aliquod inventum ſuum apud vos proferunt. Vos autem cum libenter iſta ſuſcipitis; tum recte prædicari ab iis illa cenſentes, quod æquum eſt præſtare ipſos dicitis. Atque hoc fortaſſe quidem verum eſt: ſed fortaſſis etiam aliter habet, eſtque nobis, quemadmodum recte ſeſe habeat, ignotum. Etenim Athenienſem illum Socratem (vos autem hominem iſtum, ac quanta ſa-

χ. πιστεύειν τι Deeſt f. vox ἄμεινον

deeſt τ' in al. MSS.

χ. πτεσομένους

f. περὶ καὶ ἀγαθῶν Φαύλων

χ. ἐκείνους τε

ta ſapientiæ fama fuerit, quæ quidem Pythiæ voce decantata eſt, auditione aliquando didiciſtis) illum igitur intelligo neque beatum iis ipſis fuiſſe rebus, nec beatos ac felices eos pronunciaſſe, qui agri multum poſſiderent; quique plurimis nationibus imperarent, partim Græcis, partim, & iis quidem pluribus majoribusque, Barbaris; neque qui Acho montem perfodere poſſent; qui cum maria trajicere vellent, ratibus inter ſe continentes committerent; qui nationes debellarent; inſulas caperent ac retibus comprehenderent; qui thuris talenta mille in ſacrificiis adolerent. Neque Xerxem igitur ille tunc laudabat; neque Perſarum, aut Lydorum ullum, aut Macedonum regem; ſed neque Græcorum duces; paucis duntaxat exceptis, quos virtute delectari, & fortitudinem cum temperantia colere, ac prudentiam cum juſtitia, cognoſceret. Quoscunque porro ſolertes, & callidos, ac ducendi exercitus peritos, aut elegantes, ac multitudini gratos animadverteret, qui virtutis exiguas partes obtinerent; ne illos quidem penitus commendabat. Quod illius judicium ſapientum virorum multitudo comprobat; qui ſic virtutis ſtudioſi ſunt, ut hæc terrena, & in hominum admiratione poſita, partim exigui momenti ac pretii, partim nullius eſſe profiteantur. Quod ſi vos eadem & ipſi judicatis, non parum mihi propter ea, quæ dixi hactenus, metuendum eſt, ne vos pueros illos fuiſſe, me vero ridiculum atque imperitum Sophiſtam eſſe, cenſeatis; qui mihi eam artem vendicem, cujus ignarum me omnino eſſe præ me feram. Quamobrem id ingenue apud vos mihi fatendum eſt, qui veras laudes perſequar, quasque dignas judicetis quæ a vobis ipſis audiantur; tametſi ſubruſticæ, ac minotes multo, quam quæ a plerisque dictæ ſunt, eſſe videantur. Sin, ut antea dixi, illarum autores Poetas approbatis; ego vero ſoluto ac ſecuro ſum animo. Neque enim plane abſurdus a vobis exiſtimabor: ſed etſi plerisque fortaſſe deteriot; tamen, ſi mecum ipſe comparer, non omnino rejiciendus

A αὐτῷ κλέος τὸ σοφίας παρὰ τῆς Πυθίας ἐκβοηθὲν) " ἃ ταῦτα εὐδαιμονοῦντα, ἀδὲ εὐδαίμονας, καὶ μακαρίους ὁμολογοῦντα τὰς πολλὴν κεκτημένους χώραν, πλεῖσα ἂν ἔθνη, καὶ ἐν αὐλοῖς πολλὰς μὲν Ἑλλήνων, πλείους ἔτι δὲ μείζους βαρβάρων· καὶ τὸ " Ἄθω διορύττειν δυναμένους· καὶ σχεδία τὰς ἠπείρους, ἐπειδὰν ἐθέλωσι διαβαίνειν, σωμάπλοντας· καὶ ἔθνη καταστρεφομένους· καὶ αἰρῶντας νήσους, καὶ σαγηνεύοντας· καὶ λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα καταθύοντας. ἔτε οὖν Ξέρξην" τότε ἐκεῖνο" ἐπῄνει. ἔτε τινὰ ἄλλων τινὰ Περσῶν, ἢ Λυδῶν, ἢ Μακεδόνων βασιλέα· ἀλλ' ἀδὲ Ἑλλήνων στρατηγὸν, πλὴν σφόδρα ὀλίγων, ὁπόσους ἠπίσατο χαίροντας ἀρετῇ, καὶ ἀσπαζομένους ἀνδρείαν μὲν σωφροσύνης, καὶ φρόνησιν μὲν δικαιοσύνης στέργοντας. ὁπόσους δὲ ἀγχίνους, ἢ δεινοὺς, ἢ στρατηγικοὺς, ἢ κομψοὺς, καὶ τῷ πλήθει πιθανοὺς ἑώρα, " σμικρ' ἄττα μόρια κατανειμαμένους

C ἀρετῆς· ἀδὲ τούτους " εἰς ἅπαν ἐπῄνει. "Επειδὴ ἂν αὐλῷ τῇ κρίσει σοφῶν ἀνδρῶν δῆμος, ἀρετὴν θεραπεύοντες τὰ κλεινὰ ἄεθλα, οἶμαι, ταῦτα, καὶ θαυμασὰ, οἱ μὲν ὀλίγα τινὸς, οἱ δ' ἀδενὸς ἄξια λέγοντες. Εἰ μὲν οὖν καὶ ὑμῖν ταύτῃ πῃ ξυνδοκεῖ, δέος μὴ φαῦλόν με ἔχῃ περὶ τῶν ἔμπροσθεν λόγων, καὶ ἐμαυτῷ· μή ποτε ἄρα τοὺς μὲν παῖδας " ἀποφήνῃ σοφιστὴν ἂν ἐμὲ γελοῖον, καὶ ἀμαθῆ, μεταποιούμενον τέχνης, ἧς σφόδρα ἀπείρως ἔχειν

D ὁμολογῶ. "Ωστε μοι πρὸς ὑμᾶς ὁμολογητέον ἐστὶ, τοὺς ἀληθεῖς ἐπαίνους διεξιόντι, καὶ ὧν ἀκούειν" ὑμῖν ἄξιον οἴεσθε, εἰ καὶ ἀγροικότεροι, καὶ ἐλάττους μακρῷ τῶν ῥηθέντων τοῖς πολλοῖς φαίνοιτο. εἰ δὲ, ὅπερ ἔμπροσθεν ἔφην, ἀποδέχεσθε τοὺς ἐκείνων ποιητάς· ἐμοὶ μὲν ἀνεῖται τὸ δέον ἔυ μάλα. Οὐ γὰρ πάντα ὑμῖν ἄτοπα φανοῦμαι· ἀλλὰ πολλῶν μὲν, οἶμαι, φαυλότερος· κατ' ἐμαυτὸν δὲ ἐξεταζόμενος, ἃ πανταπασιν ἀπό-

ἐλῃ[illegible],

γρ. ἔτ' αὐτὸν

γρ. Ἄθων

γρ. ποτὲ ἢ ἐπῄνει ποτε·

γρ. συμπρὸ τὰ μόρια

γρ. εἰς

γρ. ἀποφήναι·

γρ. ἄξιον ὑμῖν

Ελλησ, ὐδὲ ἀτόποις ἐπιχειρῶν. Ὑμῖν δὲ ἴσως ῥᾴδιον σοφοῖς, καὶ θείοις ἀπιστεῖν ἀνδράσιν· εἰ δὴ λέγεσιν, πολλὰ μὲν ἕκας ἰδία, τὸ κεφάλαιον δέ ἐστι τῶν λόγων, ἀρετῆς ἔπαινος. ταύτην δὲ τῇ ψυχῇ φασιν ἐμφύεσθαι· καὶ αὐλὴν ἀποφαίνειν εὐδαίμονα, καὶ βασιλικήν· καὶ ναὶ μὰ Δία πολιτικὴν, καὶ στρατηγικὴν, καὶ μεγαλόφρονα, καὶ πλουσίαν γε ἀληθῶς· ὃ τὸ Κολοφώνιον ἔχουσαν χρυσίον,

deest καὶ in al. MSS.

A esse, aut absurda quædam suscepisse, videbor. Verum difficile, opinor, vobis erit, sapientibus ac divinis hominibus fidem abrogare: qui cum multa privatim singuli dicunt, tum ad virtutis commendationem, tanquam ad summam, quæ dicunt omnia referuntur. Eandem porro inhærere animo sentiunt, eumque felicem, ac regalem, & utique reipublicæ administrandæ atque imperandi peritum efficere prædicant, magnificum item ac vere divitem; non quod Colophonium aurum possideat,

Iliad. I. v. 404. κ. εἴργῃ

Οὐδ' ὅσα λαΐνος ὀδὸς ἀφήτορος B ἐντὸς ἔρυκε.

nec quæ marmorea claudunt Apollinis ædes,

τὸ πρὶν ἐπ' ἐρήνης, ὅτε ἦν ὀρθὰ τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα· ὐδὲ ἔθνη τὰ πολυτελῆ, καὶ ψήφους Ἰνδικὰς, καὶ γῆς πλέθρων μυριάδας πάνυ πολλάς. ἀλλ' ὁ πάντων ἅμα τούτων κρεῖττον καὶ θεοφιλέστερον, ὃ κ ἐν ναυαγίοις ἔνεστι διασώσασθαι, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν δήμῳ, καὶ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐπ' ἐρημίαις, ἐν λῃσαῖς μέσοις, καὶ ἀπὸ τυράννων βιαίων. ὅλως γὰρ ὐδέν ἐστιν ἐκείνῃ κρεῖττον, C ὃ βιασάμενον καθέξει, καὶ καὶ ἁφαιρήσεταί τ' ἔχοντα ἅπαξ. Ἔστι γὰρ ἀτεχνῶς ψυχῇ τὸ κτῆμα τοῦτο τοιοῦτον, ὁποῖον οἶμαι τὸ φῶς ἡλίῳ. κ γὰρ δὴ τῶνδε νεὼς μὲν κ ἀναθήματα πολλοὶ πολλάκις ὑφελόμενοι, καὶ διαφθείραντες ὤχοντο· δόντες μὲν κ ἄλλοι τὴν δίκην· ἄλλοι δὲ ὀλιγωρηθέντες, ὡς οὐκ ἄξιοι κολάσεως εἰς ἐπανόρθωσιν φερούσης· τὸ φῶς γ' ὐδεὶς αὐλὸν ἀφαιρεῖται· ὐδὲ ἐν ταῖς σωμόδοις ἡ σελήνη τ' κύκλον ὑπετρέχουσα· ὐδὲ D εἰς αὐλὴν δεχομένη τὴν ἀκτῖνα· καὶ ἡμῖν πολλάκις, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ἐκ μεσημβρίας νύκτα δεικνῦσα. ἀλλ' ὐδὲ αὐτὸς αὐλὸν ἀφαιρεῖται φῶτος, τὴν σελήνην ἐξ ἐναντίας ἱσαμένην περιλάμπων, κ μεταδιδοὺς αὐλῇ τ' αὐτῷ φύσεως· ὐδὲ τ μέγαν καὶ θαυμαστὸν τοῦτον κόσμον ἐμπλήσας αὐλὴν καὶ ἡμέρας. ἐκεῖνον ὐδὲ ἀνὴρ ἀγαθὸς ἀρετῆς μεταδιδοὺς ἄλλῳ, τῷ μεταδοθέντι μεῖον ἔχων ἑαυτὸν

illo scilicet tempore, quo Græcorum res florebant. Neque magnificentissimas nationes, aut lapillos Indicos, aut agri infinita jugera; sed, quod omnibus his præstantius ac divinius est, quod & e naufragio servatur, & in foro, atque in populo, domi, in solitudine, inter medios latrones, ab immanissimis tyrannis tutum atque securum est. Nulla res enim omnino fortior est, quæ violenter illam detineat, aut ei, qui possidet, eripiat. Quippe bona hæc in animo prorsus ejusmodi sunt, qualis in sole lux atque splendor est. Nam cum templum illius, ac consecrata donaria, multi sæpenumero prædati sint, ac profligarint; cujus sacrilegii pœnas alii dederunt; alii propterea neglecti sunt, quod indigni essent, quos ad sanitatem pœna ulla revocaret; illius tamen lucem auferre nulla vis potest: non hæc, quæ in coitu sub orbem illius subit, atque ejus radios excipit, Luna: unde nobis repente nox, quod ajunt, ex meridie nascitur. Sed nec ipsemet sua se luce spoliat, cum Lunam objectam ex adverso collustrat, ac naturam quodammodo suam cum ea communicat: neque porro cum ingenti illi & admirabili mundo lucem ac diem impertit. Ita & vir bonus, cum alterum virtutis suæ participem facit, nihilo quam antea minus possidet. Adeo divi-

num

num quoddam & eximium bonum illud A
eſt; neque falſa hæc eſt hoſpitis illius Athe-
nienſis ſententia: quicunque tandem præ-
clarus ille vir fuit. Neque enim aurum o-
mne, quod ſub terris, aut in terris eſt, cum
una eſt virtute comparandum. Quam-
obrem qui ea prædictus eſt, hunc nos ſine
ulla cunctatione divitem appellemus. Ad-
dam etiam; ſi cui idem videtur; & nobi-
lem, & præ omnibus regem. Eſt enim &
nobilitas ignobilitate præſtantior; & virtus
ea animi affectione melior, quæ non o-
mni ex parte cum virtute ac probitate con- B
juncta eſt. Nec eſt quod quisquam, uſum
vocum conſuetudinemque reſpiciens, ora-
tionem hanc meam contentioſam eſſe, aut
violenter quod velit exprimere putet. Ete-
nim vulgus illos eſſe nobiles cenſet, quo-
rum jam tum olim majores divites fuerunt.
Quam eſt vero abſurdum illud; coqvum
neſcio quem, aut ſutorem, aut ſane figu-
lum aliquem, ſi ab arte ſua, aut aliunde,
magnum pecuniarum quæſtum fecerit,
neque nobilem, neque apud vulgus illu-
ſtrem videri; ſin ejus forte filius hæres at- C
que ſucceſſor hæreditate ad poſteros trans-
miſerit, hos vero mirum in modum inſole-
ſcere, ac de nobilitate cum Pelopidis atque
Heraclidis contendere! At ne ille quidem,
qui, cum optimis majoribus editus ſit, con-
trarium nihilominus ad vitæ ſtatum ac mo-
mentum deflexit, de illorum propinquita-
te jure gloriari poſſit. Neque enim Pelo-
pidarum in familiam adſcribi licebat iis, qui
non in humeris expreſſa generis indicia fer-
rent. Quinetiam in Bœotia, ferunt, lance-
am eorum, quos Spartos vocabant, generi D
a parente altriceque gleba tanquam ſignum
quoddam humeris inſcriptum fuiſſe: idque
ipſum in illa gente diu perpetua ſucceſſio-
ne reſediſſe. In animis vero nihil ejusmo-
di impreſſum atque inſcriptum eſſe opor-
tere putabimus, quod parentes nobis ipſos
perſpicue demonſtret, ac fœtum legitimum
eſſe convincat? Nam apud Germanos flu-
vium eſſe memorant, incorruptum prolis
ac generis arbitrum: cui neque matres ge-
mebundæ perſuadent, ut flagitium occultet;

ποτέ. Οὕτω θεῖόν ἐϛι κλῆμα, ϗ πάλαι-
λον· καὶ ὁ ψευδὴϛ ὁ λόγ@ ὃ Ἀθηναίε
ξένε· ὅϛις ποτὲ" ἦν ἄρα ὁ θε῀ι@ ἐκεῖ- χ. ἆρα
νο@ ἀνήρ· πᾶϛ γὰρ ὅ,τε ὑπὸ γῆϛ, ϗ ἐπὶ ἦν ἐκεῖ-
γῆϛ χρυσὸϛ ἀρετῆϛ οὐκ ἀνάξι@. θαρ- νο@· ὁ
ῥοῦντες οὖν ἤδη πλέϛιον καλῶμεν τ θε῀ι@·
ταύτην ἔχοντα. εἰμαι γὰρ ἐγὼ καὶ εὐγενῆ,
καὶ βασιλέα μόνον τῶν ἀπάντων, εἴ τῳ
ξυνδοκεῖ. Κρείττων μὲν εὐγένεια φαυ-
λότητ@ γένουϛ. κρείττων γὰρ ἀρετὴ δια-
θέϛεωϛ ἀπάϛῃ ἀπαιδαίαϛ. καὶ μή τιϛ
οἰέϛθω τ λόγον δύϛερον, καὶ βίαιον, εἰϛ
τὴν συνήθειαν ἀφορῶν τῶν ὀνομάτων.
Φαϛὶ γὰρ οἱ πολλοὶ τὰϛ ἐκ πάλαι πλου-
ϛίων εὐγενεῖϛ. καί τοι πῶϛ οὐκ ἄτοπον
μάγειρον μέν, ἢ σκυτέα· καὶ ναὶ μὰ Δία
κεραμέα τινὰ, χρήματα ἐκ τ τέχνηϛ, ἢ
καὶ ἄλλοθέν πωθεν ἀθρόϛαντα, μὴ δο-
κεῖν εὐγενῆ, μηδὲ ὑπὸ τ πολλῶν ἐπονο-
μάζεϛθαι τοῦτο τὸ ὄνομα· εἰ δ᾽ ὁ τούτου
παῖϛ διαδεξάμεν@ τ κλῆρον εἰϛ τὰϛ
ἐκγόνουϛ διαπορθμεύϛειε, τούτουϛ δ᾽ ἤδη
μέγα φρονεῖν, καὶ τοῖϛ Πελοπίδαιϛ, ἢ
τοῖϛ Ἡρακλείδαιϛ ὑπὲρ τ εὐγενείαϛ ἀ-
μιλλᾶϛθαι; Ἀλλ᾽ ἀδὲ ὅϛ τιϛ προγόνων
ἀγαθῶν ἔφυ, αὐτὸϛ δ᾽ ἐπὶ τὴν ἐναντίαν
δ᾽ βίου ῥοπὴν κατηνέχθη, δικαίωϛ ἂν με-
ταποιοῖτο τ πρὸϛ ἐκείνουϛ ξυγγενείαϛ.
μηδὲ εἰϛ τοὺϛ Πελοπίδαϛ ἐξῆν ἐγγράφε-
ϛθαι τοὺϛ μὴ φέρουϛαϛ ἐπὶ τ ὤμων δ᾽ γέ-
νουϛ τὰ γνωρίϛματα. λόγχῃ δ᾽ λέγεται
περὶ τὴν Βοιωτίαν τοῖϛ" Σπαρτίοιϛ ἐνίο- γρ.
πωθῆναι παρὰ τ τεκούϛηϛ, ϗ θρεψαμέ- Σπαρτι-
νηϛ αὐτοὺϛ βώλου· ϗ τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ πο- ώταις
λὺ διαϛωθῆναι τοῦτο τῷ γένει σύμβολον.
ἐπὶ δ᾽ τ ψυχῶν ἀδὲν οἰόμεθα δεῖν ἐγκε-
χαράχθαι τοιοῦτον, ὃ τοὺϛ παῖδαϛ ἡμῶν
ἀκριβῶϛ καλεῖ, καὶ ἀπελέγξει" γνή- γρ. τ τό-
ϛιον τ τόκου; Ὑπάρχειν δέ φαϛι καὶ κου γνή-
Κελτοῖϛ πολαμὸν ἀδέκαϛον κειτὴν τ ϛιον
ἐκγόνων, ϗ πείθουϛιν αὐτὸν, ὅτε, αἱ μη-
τέρεϛ ὀδυρόμεναι συγκαλύπτειν αὐτὰ,
ϗ ἀποκρύπτειν τὴν ἁμαρτάδα· ὅτε οἱ

πατέρες ὑπὲρ τ̃ γαμετ̃ῶν, καὶ τ̃ ἐκγόνων ἐπὶ τ̃ῇ κρίσῃ δειμαίνοντες. ἀτρεκὴς δέ ἐστι, καὶ ἀψευδὴς κριτής. Ἡμᾶς ὃ δὲ δικάζῃ μὲν πλ̃τ@· δὲ δικάζῃ ἰσχὺς, καὶ ὥρα σώμα@·, καὶ δυναστεία προγόνων ἔξωθεν ἐπισκιάζουσα· καὶ οὐκ ἐᾷ τρέπῃ διορᾶν, οὐδὲ ἀποβλέπειν ἐς τὴν ψυχήν· ἧπερ δὴ τ̃ ἄλλων ζώων διαφέροντες, εἰκότως ἂν κατ' αὐτὸ τὴν ὑπὲρ τ̃ εὐγενείας ποιοίμεθα κρίσιν. καί μοι δοκ̃σιν εὐσοχίᾳ φύσεως οἱ πάλαι θαυμασ̃ῶς χρώμενοι, καὶ οὐκ ἐπίκλητον, ὥσπερ ἡμεῖς, ἔχοντες τὸ φρονεῖν, ὅτε πλασ̃ῶς, ἀλλ' αὐτοφυ̃ῶς φιλοσοφ̃ντες, τοῦτο καταλαβεῖν, καὶ τ̃ Ἡρακλέα τ̃ Διὸς ἀνεψιὸν ἔκγονον, καὶ τὸν τ̃ Λήδας υἱέα, Μίνω τε, οἶμαι, τὸν νομοθέτην, καὶ Ῥαδάμανθυν τὸν Κνώσιον τ̃ς αὐτ̃ς ἀξιῶσαι θείης. καὶ ἄλλους θεῶν τ̃ ἄλλων ἐκγόνους ἀνεκήρυττον πολλοὶ, διαφέροντας τ̃ φύσει παλαίων. ἔβλεπον γὰρ ἐς τὴν ψυχὴν αὐτὴν, καὶ τὰς πράξεις ἀλλ' οὐκ εἰς πλ̃τον βαθὺν, καὶ χρόνῳ πολιόν· οὐδὲ δυναστείαν ἐκ πάππων τινῶν, καὶ ἐπιπάππων ἐς αὐτοὺς ἥκουσαν. καίτοι γε ὑπ̃ρχέ τισιν οὐ παντάπασιν ἀδόξως γενέσθαι παλαίων. ἀλλὰ διὰ τὴν ὑπερβολὴν ἧς ἐτίμων τε, καὶ ἐθεράπευον ἀρετ̃ς αὐτ̃ν ἐνομίζοντο τ̃ θεῶν παῖδες. δ̃λον ὃ ἐνθένδε. Ἄλλων γὰρ οὐδὲ εἰδότες τοὺς φύσει γονέας, εἰς τὸ δαιμόνιον ἀνῆπτον τὴν φήμην, τ̃ῇ περὶ αὐτοὺς ἀρετ̃ῇ χαριζόμενοι. καὶ οὐ πειστέον τοῖς λέγουσι, ὡς ἄρα ἐκεῖνοι ὑπὸ ἀμαθίας ἐξαπατώμενοι, ταῦτα τ̃ θεῶν κατεψεύδοντο. Εἰ γὰρ δὴ ἐπὶ τ̃ ἄλλων εἰκὸς ἦν ἐξαπατ̃θ̃ναι θεῶν ἢ δαιμόνων, σχήματα περιτιθέντας ἀνθρώπινα, καὶ μορφὰς τοιαύτας· ἀφανῆ μὲν αἰσθήσει, καὶ ἀνέφικτον κεκτημένων αὐτ̃ν φύσιν· νῷ δὲ ἀκριβεῖ διὰ ξυγγένειαν μόλις προσπίπτουσαν· ἔτιγε καὶ ἐπὶ τ̃ ἐμφανῶν θεῶν τοῦτο παθεῖν ἔυλογον ἐκείνους· ἡλίῳ μὲν ἐπιφημίζοντας Αἰήτην υἱέα, ἑωσφόρῳ δὲ ἕτερον, καὶ ἄλλους ἄλ-

A neque patres, dum pro conjugibus ac liberis judicii exitum perhorrescunt; sed ille verus ac sincerus est. Nos autem & opes corrumpunt, & robur, ac corporis species, & majorum potestas, quæ extrinsecus obumbrat, nec pervidere aut animum intueri sinit. Quo cum præstemus cæteris animantibus, merito secundum illum de nobilitate judicabimus. Quod mihi naturæ atque ingenii solertia quadam usi veteres illi, non arcessitam ac studio quæsitam prudentiam adepti, neque composite B ac simulate, sed naturæ sponte philosophantes, intellexisse videntur; cum Herculem Iovis filium esse prodiderunt, nec non Ledæ liberos, atque etiam Minoem illum legislatorem, & Rhadamanthum Gnossium, eadem fama & gloria celebrarunt, atque alios item ex aliis procreatos dixerunt, qui naturalibus patribus antecellerent. Etenim animum ipsum, & facta contuebantur; non opes immensas, ac vetustate canescentes; neque potentiam ad ipsos ab avis proavisque transmissam. Quanquam erant illo- C rum nonnulli non obscuris parentibus editi; verum propter singularem virtutis præstantiam, honore illos cultuque prosequebantur, ac Deorum esse filios existimabant. Quod quidem ex eo manifestum est. Nam aliorum veros parentes cum ignorarent, eorum virtuti gratificantes, ad Deum originem referebant. Nec fides iis habenda, qui dicunt illos per insciti am deceptos, hæc de Diis mendacia finxisse. Nam si aliis in Diis, vel Dæmonibus, falli consentaneum D erat, hominum formis & ejusmodi imaginibus iis affingendis, quorum natura sensu percipi & attingi non potest; sed præter cognationem ac propinquitatem ægre in perspicacem mentis aciem incurrit; non tamen idem in manifestis Numinibus fieri ab illis oportuit: cum & Æetam Solis filium dixerint; & Luciferi nescio quem alium,

& alios

& alios allis ortos esse voluerint. Sed, quemadmodum dixi, hos ita de iis persuasos esse, itaque in illorum nobilitatem inquirere oportet, ut quicunque præclaros parentes fortitus fuerit, & horum ipse similis fuerit, hunc audacter nobilem esse pronuncienus. Quisquis vero parentes habuit virtute minime præditos, cujus ipse sibi possessionem vindicaverit; ejus parentem & autorem generis esse Iovem existimandum est; nec ei minus, quam iis deferendum, qui cum parentibus bonis nati essent, illorum virtutem imitati sunt. Sed qui malus ac depravatus a bonis ortum accepit, hic inter illegitimos ac spurios habendus est. Nec qui ex pravis orti illorum similes sunt, eos unquam nobiles appellare debemus: tametsi decem millia talenti in bonis habeant: aut majorum suorum quamplurimos principes percenseant, aut certe tyrannos viginti: aut Olympiacas victorias, vel Pythicas, sive etiam bellicas (quæ multo illis splendidiores sunt) a majoribus suis reportatas numero plures ostendere possint, quam primus ille Cæsar retulerit: vel etiam Assyrias illas fossas, & muros Babylonios, nec non Ægyptiacas pyramidas, & si quæ alia opum ac pecuniarum & luxus indicia fuerint, & animi ambitione æstuantis, ac quærentis quosnam in sumtus opes expendat, quarum copiam in eos usus conjiciat. Non enim ignoratis, neque divitias antiquas, aut nuperrime affluentes, Imperatorem facere posse; non purpureas vestes, non tiaram, non sceptrum aut diadema, nec antiqvum throni decus: sed neque legionarios milites, aut equites innumeros; nec si universi simul homines in unum convenientes regem illum esse suum pronuncient: quoniam neque virtutem largiri illi possunt, sed potentiam duntaxat, eamque non multum ipsi qui acceperit, sed illis potius qui eam contulerint, felicitatis afferentes. Hanc enim qui ejusmodi est cum admiserit, jactatam ac fluctuantem utplurimum admittet, nihil a Phaethontis ipse fabula casuque admodum abhorrens. Neque vero aliis ad orationis fidem

A λων. ὅπερ ᾗ ἔφην, χρὴ περὶ αὐτῶν πειθομένους ἡμᾶς ταύτην ποιεῖσθαι τὴν ὑπὲρ εὐγενείας ἐξέτασιν· καὶ ὅτῳ μὲν ἂν ὦσιν ἀγαθοὶ πατέρες, καὶ αὐτὸς ἐκείνοις ἐμφερὴς, τοῦτον ὀνομάζειν θαῤῥοῦντος εὐγενῆ. ὅτῳ δὲ τὰ μὲν τῶν πατέρων ὑπῆρξεν ἀρετῆς ἐνδεᾶ, αὐτὸς δὲ μετεποιήθη τὰ κήμαλ᾽ · τοῦτο ᾗ νομισέον παλέρα τ᾽ Δία, Φυλεργόν· καὶ ὀδὲ μεῖον αὐτῷ δοτέον ἐκείνων, οἳ γεγονότες πατέρων ἀγαθῶν, τὰς σφῶν τοκέας ἐζήλωσαν· ὅσις δὲ ἐξ ἀγαθῶν γέγονε μοχθηρὸς, τοῦτον τοῖς νόθοις ἐγγράφειν ἄξιον. τὰς ᾗ ἐκ μοχθηρῶν φύντας, καὶ προσομοίους τοῖς τοκεῦσιν, ἅπαξε εὐγενεῖς φατέον· ὀδὲ εἰ πλουτοῖεν ταλάντοις μυρίοις· ὀδὲ εἰ ἀπαριθμοῖντο προγόνους δωμασάς, ἢ ναὶ μὰ Δία τύραννος εἴκοσιν· ὀδὲ εἰ νίκας Ὀλυμπικὰς, ἢ Πυθικὰς· ἢ τ᾽ πολεμικῶν ἀγώνων αἳ δὴ τῷ παντὶ ἐκείνων εἰσὶ λαμπρότεραι· ἀνελομένους τ᾽ ἔχοιεν δεικνύναι πλείας, ἢ Καῖσαρ ὁ πρῶτος· ὀρύγματα τὰ Ἀσσύρια, κὴ τὰ Βαβυλώνια τείχη, πυραμίδας τε ἐπ᾽ αὐτοῖς τὰς Αἰγυπτίων· κὴ ὅσα ἄλλα πλούτου, κὴ χρημάτων, κὴ τρυφῆς γέγονε σημεῖα, κὴ διανοίας ὑπὸ φιλοτιμίας ἀναφλεγμαινομένης ἐς ὅ,τι τῷ πλούτῳ χρήσεται, εἶτα ἐς τοῦτο ᾗ τ᾽ χρημάτων εὐποριας καταβαλλομένης. Εὖ γὲ δὴ ἴσε, ὡς ὅτε πλοῦτος ἀρχαῖος, ἢ νεωστί ποθεν ἐπιῤῥέων, βασιλέα ποιεῖ· ὅτε ἁλουργὲς ἱμάτιον, ὅτε τιάρα, καὶ σκῆπτρον, κὴ διάδημα, κὴ θρόνος ἀρχαῖος· ἀλλ᾽ ὀδὲ ὁπλῖται πολλοὶ, καὶ ἱππεῖς μυρίοι· ὀδὲ εἰ πάντες ἄνθρωποι βασιλέα σφῶν τοῦτον ὁμολογοῖεν σωτῆρα ἐλθόντες· ὅτι μηδὲ ἀρετὴν ὅτοι χαρίζονται· ἀλλὰ δωρεὰν μὲν οὐ μάλα εὐτυχῆ τῷ λαβόντι· πολὺ δὲ πλέον τοῖς παρασχομένοις. Δεξάμενος γὲ ὁ τοιοῦτος δέχεται μετέωρον ἐπίπαν· ὀδὲν διαφέρων ᾗ περὶ τὸν Φαέθοντα μῦθον, καὶ πάθος. καὶ ὀδὲν

χ. τῶν αὐτῶν τοκ.

χ. ἀπαριθμοῖτο.

χ. ἐν δεικνύναι ἔχοι

χ. ἀναφλεγομένης

ἑτέρων δεῖ παραδειγμάτων πρὸς πίστιν τῷ λόγῳ· ⸀βίος παντὸς ἀναπεπλησμένος τοιούτων παθημάτων, καὶ ἐπ' αὐτοῖς λόγων. Ὑμῖν δὲ εἰ θαυμαστὸν δοκεῖ, τὸ μὴ δικαίως μεταποιεῖσθαι τὴν καλὴν ταύτης καὶ θεοφιλοῦς ἐπωνυμίας, τοὺς πολλῆς μὲν γῆς, καὶ ἐθνῶν ἀπείρων ἄρχοντας· γνώμῃ ⸀ὃν αὐτεξουσίῳ, δίκαια νέμοντας, καὶ φρονήσεως, καὶ τῶν ταύτῃ συνεπομένων ἀρετῶν τὰ προσήκοντα κεκτημένους· ἴστε δὲ ἐλευθέρους ὄντας· ⸀ἃ μόνον εἰ τὰ παρόντα ἀδεκάστως σφίσιν ἐμποδὼν ⸀οὔτως ἔχοιεν, καὶ ἐμφορεῖτο τῆς ἐξουσίας· ἀλλὰ καὶ εἰ τοῖς ἐπιοῦσιν κρατοῖεν, καὶ ἐπιόντες ἀνυπόστατοί τινες σφόδρα, καὶ ἄμαχοι φαίνοιντο. Εἰ ⸀δ' ἀπιστεῖ τις ὑμῶν τῷ λόγῳ τῷδε, μάλα ἐμφανῶν μαρτύρων σχήσομεν, Ἑλλήνων ὁμοῦ καὶ βαρβάρων· οἳ μάχας πολλὰς, καὶ ἰσχυρὰς λίαν μαχεσάμενοι, καὶ νενικηκότες, ἔθνη μὲν ἐκτήσαντο, καὶ αὐτοὺς φόρους ἀπαιτεῖν κατηνάγκαζον· ἐδόκουν ⸀δ' αἴσχιον ἐκείνων ἡδονῇ, καὶ τρυφῇ, καὶ ἀκολασίᾳ, καὶ ὕβρει, καὶ ἀδικίᾳ. Τούτους ⸀δὲ ἰσχυροὺς ἂν φαίη νοῦν ἔχων ἀνήρ· εἰ καὶ ἐπιφαίνοιτο, καὶ ἐπιλάμποι τὸ μέγεθος τοῖς ἔργοις. μόνος γάρ ἐστι τοιοῦτος, ὁ μὴ ἀρετῆς ἀνδρεῖος καὶ μεγαλόφρων. ὅσις ⸀δ' ἥττων ἡδονῆς, ἀκράτωρ δὲ ὀργῆς, καὶ ἐπιθυμιῶν παντοίων, καὶ ὑπὸ σμικρῶν ἀπαγορεύειν ἀναγκαζόμενος· ὥστε ⸀δ' οὐδὲ ἰσχυροὺς, οὐδὲ ἀνδρεῖος ἀνθρωπίνην ἰσχύν. ἐπιτρεπτέον ⸀δ' ἴσως αὐτῷ καὶ τοὺς ταύρους, ἢ τοὺς λέοντας, ἢ τοὺς παρδάλεις, τῇ ῥώμῃ γαννύσθαι· εἰ μὴ καὶ ταῦτα ἀποβαλὼν, καθάπερ οἱ κηφῆνες, ἀλλοτρίοις ἐφέσηκε πόνοις, αὐλὸς ὢν· μαλθακὸς αἰχμητὴς, καὶ δειλὸς, καὶ ἀκόλαστος. Τοιοῦτος ⸀δ' ὢν, οὐ μόνον ἀληθοῦς ἐνδεὴς πλούτου καθέσηκεν· ἀλλὰ καὶ ⸀δ' πολυκτήτου, καὶ σεμνοῦ, καὶ ἀγαπητοῦ· ἐξ οὗ παντοδαπαὶ κρεμάμεναι ψυχαὶ πράγματα ἔχουσιν μυρία, καὶ πόνους· ⸀δ' καθ' ἡμέραν κέρδους

A exemplis opus est: cum universa hominum vita istiusmodi sit calamitatibus & narrationibus referta. Quod si mirum illud vobis videtur, egregiam hanc & divinam appellationem non eos sibi vindicare merito, qui amplissimæ regioni & infinitis nationibus præsunt, atque ad arbitrium suum, sine mente, ac prudentia, & hujus comitibus virtutibus, pro eo ac venit in animum, judicant; scitote ne liberos quidem illos esse: non solum si præsenti rerum statu sine ullo impedimento potiantur, ac potestate

B sua fatientur; sed etsi vel incurrentes in se hostes superent, vel in aggrediendo sustineri ipsi, propulsarique nequeant. Quod si quis vestrum nostræ huic orationi fidem non adhibeat, manifestissimis testibus tam Græcis quam Barbaris nequaquam carebimus: qui cum prælia & multa & fortissima gessissent, ac victoriam consecuti essent; tametsi nationes quamplurimas obtinerent, easque sub tributi formam redigerent; multo tamen illis turpius voluptati, ac deliciis,

χρ. αὐλοῖς f. ἀπατῶσιν

& libidini, ac lasciviæ, atque injustitiæ ser-

C viebant. Ejusmodi vero homines ne fortes quidem prudens ullus appellaverit, quamlibet in eorum factis magnitudo quædam inesse videatur. Talis enim ille solus est, qui cum virtute fortis est & magnificus; at qui voluptate vincitur, quique iracundiam & omnium cupiditatum genera cohibere non potest, adeo ut etiam a minimis oppugnatus prosternatur ac deficiat; hic neque robustus, neque fortis, humano quidem robore, dicendus est. Quanquam

χρ. ἥττων μὲν ἡδονῶν,

D ei fortassis permittendum est, ut, quemadmodum tauri, aut leones, aut pardi, de robore glorietur: nisi adhuc etiam iis amissis, fucorum instar, alienis laboribus immineat, cum ipse mollis pugnator, ac timidus sit, & libidinibus addictus. Quisquis porro est ejusmodi, non solum veris opibus indiget; sed vel laboriosis, & honoratis, ac jucundis istis: ex quibus infinitorum hominum animi suspensi variis laboribus ac molestiis conflictantur: dum quotidiani lucri

χρ. μαλακὸς

χρ. πολυτιμήτου

gratia

gratia navigationes ſuſcipiunt, & inſtituram exercent, & latrocinantur, & dominatus ac tyrannides invadunt. Etenim vivunt ad rem attenti ſemper & quæſtum, & nihilominus indigent ſemper; non illis dico neceſſariis, cibo, potuque, ac veſtibus: opes enim iſtæ optime ſunt a natura definitæ, neque iis aves quisquam, aut piſces fraudare, vel belluas poteſt: ſed neque frugi homines ac temperantes. Sed quicunque pecuniarum cupiditate, atque infelici amore jactantur; hos toto vitæ tempore eſurire neceſſe eſt, multoque iis miſeriores eſſe, qui quotidianis alimentis careant. Etenim iſti, cum ventrem impleverint, pacem ac quietem obtinent, & ab eo dolore liberantur; illis contra neque dies ulla jucunda eſt, quæ ſine lucro præterit; neque nox, quæ membra laxare & curas diſſolvere ſomno ſolet, continui doloris quietem iis ac ceſſationem indulget, ſed eorum potius animos in pecuniis numerandis torquet ac cruciat. Enimvero homines iſtos ab illa cupiditate, &, quæ inde contrahitur, infamia, convitiisque liberare non poſſunt Tantali opes, aut Midæ, neque maxima aſpertimaque Dæmonum tyrannis. Num enim de Dario Perſarum rege non audiſtis, homine illo quidem non mercenario, ſed qui pecuniarum ingenti quodam deſiderio flagraret, & mortuorum loculos per ſummam cupiditatem perfoderet, & maxima tributa populis imponeret? Unde præclarum illud nomen ſibi peperit, quod ad omnium hominum notitiam pervenit. Hunc enim Perſarum principes eodem nomine, quo Sarambum Athenienſes, vocabant.

At enim oratio noſtra quaſi declivem aliquam viam nacta, nimium in criminando commorari videtur, ac præter quam neceſſe ſit hominum mores arguere. Quocirca non ultra progredi eam permittere debemus: ſed ab ea, quoad aſſequi licet, viri boni, & regalis, ac magnifici exigenda

A ἕνεκα πλεῖν τε ὑπομένουσαι, καὶ καπηλεύειν, καὶ λῃστεύειν, καὶ ἁρπάζειν τὰς τυραννίδας. Ζῶσι μὲν γὰρ ἀεὶ κλώμενοι, ἀεὶ δὲ ἐνδεεῖς, ἅτι τῶν ἀναγκαίων, φημὶ, σιτίων, καὶ πολῶν, καὶ ἐσθημάτων. ὥρισαι γὰρ ὁ τοιοῦτος πλοῦτος εὐμάλα παρὰ τῆς φύσεως· καὶ οὐκ ἔστιν αὐτὸς ἑρεσθαι ἅτε τοὺς ὄρνιθας, ἅτε τοὺς ἰχθύας, οὐδὲ τὰ θηρία· ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώπων τοὺς σώφρονας. Ὅσους δ' ἐνοχλεῖ χρημάτων ἐπιθυμία, καὶ ἔρως δυσυχὴς, τούτους B δ' ἀνάγκη πεινῆν διὰ βίου, καὶ ἀθλιώτερον ἀπαλλάττειν μακρῷ τῶν τ' ἐφημέρου τροφῆς δεομένων. Τούτοις μὲν γὰρ ἀποπλήσασι τὴν γαστέρα πολλὴ γέγονεν εἰρήνη, καὶ ἀνακωχὴ τ' ἀλγηδόνος. ἐκείνοις δὲ ἅτε ἡμέρα πέφηνεν ἀνερδὴς ἡδεῖα· ἅτε εὐφρόνη τ' λυσιμελὴς, καὶ λυσιμέριμνον ὕπνον ἐπάγουσα, παῦλαν ἐνεποίησε τ' ἐμμανοῦς λύπης· προβεῖ δ' αὐλῶν καὶ τρέφει τὴν ψυχὴν, ἐκλογιζομένων, καὶ ἀπαριθμουμένων τὰ χρήματα. καὶ οὐκ ἐξαιρεῖται τοὺς ἄνδρας τ' ἐπιθυμίας, καὶ τ' ἐπ' αὐτῇ λοιδορίας οὐδὲ ὁ Ταντάλου, καὶ Μίδου πλοῦτος περιγενόμενος· ἅτε ἡ μεγίστη καὶ χαλεπωτάτη δαιμόνων τυραννὶς προσγενομένη. Ἡ γὰρ οὐκ ἀνηκόατε Δαρεῖον τὸν Περσῶν μοναρχήν, μισθωτὸν δ' παντάπασιν ἄνθρωπον, δυσερώτα δ' αἰσχρῶς εἰς χρήματα, καὶ νεκρῶν θήκας ὑπὸ τ' ἐπιθυμίας διορύττειν ἀναπειθόμενον, καὶ πολυτελεῖς ἐπιτάττειν φόρους; ὅθεν αὐτῷ τὸ κλεινὸν ὄνομα γέγονε, πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἐμφανές. ἐκάλουν γὰρ αὐτὸν Περσῶν οἱ γνώριμοι, ὅτι περ Ἀθηναῖοι τ' Σάραμβον.

Ἀλλ' ἔοικε γὰρ ὁ λόγος, ὥσπερ ὁδῖτης κατάντης ἐπιλαβόμενος, ἀφειδῶς ἐμφορεῖσθαι τ' καταῤῥήσεως, καὶ πέρα δ' δέοντος κολάζειν τ' ἀνδρῶν τοὺς τρόπους· ὥστε οὐκ ἐπιτρεπτέον αὐτῷ περαιτέρω φοιτᾶν. ἀπαιτητέον δὲ εἰς δύναμιν τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ βασιλικὸν,

γρ. ἀναρπάζειν

γρ. ζωσι

γαρ

γρ. κείνοις

γρ. λυσιτελῆ

γρ. ἠκηκ.

γρ. μισθωτὴν

γρ. ἐξ ἀπάντ. μοχθηρὸν ἀνθρωπον

γρ. ἐκ. Φανές.

γρ. ἀφ. δῶς

κὸν, καὶ μεγαλόφρονα. Ἔστι δὲ πρῶτον μὲν εὐσεβὴς, καὶ ἐκ ὀλίγωρ῀ θεραπείας θεῶν. εἶτα τὰς τοκέας ζῶντάς τε, οἶμαι, καὶ τελευτήσαντας ὅσι῀ καὶ ἐπιμελὴς· ἀδελφοῖς τε ἥνυκε· καὶ ὁμογνίους θεοὺς αἰδούμεν῀· ἱκέταις καὶ ξένοις πρᾷ῀ καὶ μειλίχιος. τοῖς μὲν ἀγαθοῖς τ῀ πολιτῶν ἀρέσκειν ἐθέλων· τῶν πολλῶν δ᾽ ἐπιμελούμεν῀ ἐν δίκῃ, καὶ ἐπ᾽ ὠφελείᾳ. ἀγαπᾷ δ᾽ πλοῦτον ὅτι τ῀ χρυσῷ, καὶ ἀργύρῳ βριθόμενον· Φίλων δὲ ἀληθοῦς εὐνοίας, καὶ ἀκολακεύτου θεραπείας μεστόν. ἀνδρεῖ῀ μὲν Φύσῃ καὶ μεγαλοπρεπὴς· πολέμῳ δ᾽ ἥκιστα χαίρων, καὶ σάσιν ἐμφύλιον ἀπεχθαίρων. τές γε μὴν ἔκ τιν῀ τύχης ἐπιφυομένους, ἢ διὰ τὴν σφῶν αὐτῶν μοχθηρίαν, ἀνδρείως ὑφισάμενος, καὶ ἀμυνόμεν῀ ἐγκρατῶς· τέλ῀ τε ἐπάγων τοῖς ἔργοις, καὶ ὃ πρότερον ἀφισάμεν῀, πρὶν πᾶσαν ἐξέλῃ τ῀ πολεμίων τὴν δύναμιν, καὶ ὑποχείριον αὐτῷ ποιήσηται. κρατήσας δὲ μὴ τ῀ ὅπλων ἔπαυσε τὸ ξίφ῀ φόνων· μίασμα κρίνων τ῀ ἐκ ἀμυνόμενον ἔτι κλείειν, καὶ ἀναιρεῖν. φιλόπον῀ δ᾽ ὢν φύσῃ καὶ μεγαλόψυχ῀, κοινωνεῖ μὲν ἅπασι τῶν πόνων, καὶ ἔχειν ἐν αὐλοῖς τὸ πλέον ἀξιοῖ· μεταδίδωσι δὲ ἐκείνοις τ῀ κινδύνων τὰ ἆθλα, χαίρων, καὶ γεγηθώς, ὅτι πλέον ἔχειν τ῀ ἄλλων χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ ἐπαύλεις κόσμῳ πολυτελεῖ κατεσκευασμένας· ἀλλὰ τὸ πολλοὺς μὲν εὖ ποιεῖν δύναται· χαρίζεσθαι δ᾽ ἅπασιν, ὅτε ἂν τύχωσιν ἐνδεεῖς ὄντες. τούτων αὐλὸν ὁ γε ἀληθινὸς ἀξιοῖ βασιλεύς. φιλόπολις δὲ ὢν, καὶ φιλοσοφιλώτης, τ῀ μὲν, καθάπερ νομεὺς ποιμνίων, ἐπιμελεῖται, προνοῶν ὅπως ἂν αὐτῷ θάλλῃ, καὶ εὐθηνῆται τὰ θρέμματα, δαψιλὴς, καὶ ἀταράχως τ῀ νομῆς ἐμπιπλάμενα. τοὺς δὲ ἐφορᾷ καὶ συνέχει, πρὸς ἀνδρείαν, καὶ ῥώμην, καὶ πραότητα γυμνάζων, καθάπερ σκύλακας

κε. διπλάσιας

κε. ἂν ἐξέλῃ

κε. ποιήσεται

συνέχῃ

A descriptio est. Est autem is primum omnium pius, neque Deorum cultus atque obsequii contemtor: deinde is, qui parentum suorum, tam vivorum quam mortuorum, observatorem se ac studiosum præbeat: quique in fratres benevolus sit, & consanguinitatis præsides Deos revereatur: atque in supplices & peregrinos humanus sit ac benignus: qui quidem ita bonis civibus placere studeat, ut vulgi curam cum justitia, atque eorum utilitate suscipiat. Idem porro divitias amat, non quæ auro argento- B que graves sunt; sed sincera amicorum benevolentia, atque adulationis omnis expertе officio refertas. Qui natura fortis ac magnanimus, bello minime delectetur, & civiles dissensiones oderit; sed si quæ vel casu aliquo contigerint, vel propter hominum improbitatem emerserint, viriliter sustineat, ac forti animo propulset: qui ad exitum cœpta sua perducat, neque prius abscedat, quam hostium vires omnes everterit, atque in suam potestatem redegerit: posteaquam vero victoriam sibi armis pepererit, gladi- C um suum a cæde cohibeat; quod scelus esse credat eum e medio tollere atque interficere, qui non amplius resistat. Idem porro laboris patiens & magnanimus, omnibus quidem socium se laboris adjungit, ac sibi eorum maximam partem imponit, & cum iis periculorum præmia communicat, gaudens & exultans; non quod plus cæteris auri argentique possideat, quod villas habeat magnifice ornatas & instructas, sed quod plerosque complecti beneficen- D tia possit, & ea, quæ cuique opus sunt, omnibus indulgeat. Hæc verus in se princeps exprimere atque usurpare studet. Cæterum cum & urbis, ac civium, & militum amans sit; illorum, veluti gregis sui pastor, curam suscipit; diligenter hoc providens, ut pecora ipsa copiosa tutaque pastione satura glisсant ac vegeta sint. Hos vero inspicit, & ad fortitudinem ac robur & clementiam exercens, fovet ac continet; quos tan-

tanquam bonos aliquos catulos, & gregis custodes egregios, nec non rerum gerendarum socios, ac populi adjutores esse putat; non raptores, aut ad exitium gregis ac pemiciem factos: ut lupi, canumque pessimi, naturæ suæ & educationis obliti, pro defensoribus ac propugnatoribus, exitiosos se illis ac pestiferos præbent. Neque vero somniculosos illos esse, aut oscitantes, atque inertes patitur: ne præsidiarii ipsi custodibus aliis indigeant: sed neque erga duces suos contumaces. Hoc enim intelligit, illud unum præ cæteris, ac nonnunquam etiam solum, longe salubberrimum institutum ad bellum administrandum sufficere. Quin etiam milites suos ad tolerandos labores firmabit, & duratos, ac minime molles efficiet: quod præclare noverit nullo usui esse custodem illum, qui laborem detrectet, nec ei sustinendo par esse possit. Hæc autem non hortandis tantum militibus, aut collaudandis bonis, aut præmiis pœnisve severe ac constanter irrogandis, suadet ac cogit; sed multo magis dum seipsum ejusmodi præbet, ut & voluptate omni abstineat, & pecunias neque parum neque admodum expetat, aut sibi subditis auferat, somno vero haud multum indulgeat, ac desidiam aversetur. Etenim revera nullam ad rem utilis esse potest homo dormiens, aut vigilans dormienti similis. Habebit ille vero suos vel sibi, vel magistratibus suis obsequentes, si quam optimis legibus uti ipsum, ac rectis se decretis accommodare perceperint; & principatum ei omnino animi parti tribuere, quæ ad regendum atque imperandum apta est; non ei, quæ iracundia ac libidine fervet. Jam vero ad eorum laborum patientiam ac tolerantiam, qui in expeditione atque armis perferendi sunt; aut earum omnium exercitationum, quibus ad externa bella comparantur; quis efficacius incitare potest eo duce, qui seipsum in iis subeundis constantem, atque adamantis similem exhibet? Est illud sane laboranti militi jucun-

A εὐφυεῖς, καὶ γενναίους τὴν πολίμνης φύλακας, ἔργων τε αὐτῷ κοινωνοὺς, καὶ ἐπικούρους τῇ πλήθει νομίζων· ἀλλ' οὐχὶ ἁρπακτῆράς τινας, οὐδὲ λυμεῶνας τῇ ποιμνίῳ· καθάπερ οἱ λύκοι, καὶ κυνῶν οἱ φαυλότατοι, τὴν αὐτῶν φύσεως, καὶ τροφῆς ἐπιλαθόμενοι, ἀντὶ σωτήρων, καὶ προαγωνιστῶν, ἀνεφάνησαν αὐτοῖς δηλήμονες. ὥστε μὴν ὑπνηλοὺς ἀνέξεσθαι εἶναι, καὶ ἀργοὺς, καὶ ἀπολέμους· ὅπως ἂν μὴ φυλάκων ἑτέρων οἱ φρουροὶ δέωνται. ἀλλ'
B οὐδὲ ἀπειθεῖς ἄρχουσιν· εἰδὼς ὅτι τοῦτο μάλιστα πάντων, ἐστὶ τῇ ὅπερ καὶ μόνον, ἀπόχρη σωτήριον ἐπιτήδευμα πρὸς πόλεμον. Πόνων τε ἁπάντων ἐνδεεῖς, καὶ ἀτερπνίους, ὅτι ῥᾳθύμους ἐργάσεται. ἐπισάμενος ὅτι μὴ μέγα ὄφελος φύλακος τὸν πόνον φεύγοντος, καὶ δυναμένου καρτερεῖν, οὐδὲ ἀντέχειν πρὸς κάμαλον. Ταῦτα δὲ παραινῶν μόνον, οὐδὲ ἐπαινῶν τοὺς ἀγαθοὺς προθύμους, καὶ
C χαριζόμενος, ἢ κολάζων ἐγκρατῶς, καὶ ἀπαραιτήτως, ξυμπείθει, καὶ βιάζεται. ἀλλὰ πολὺ πρότερον" αὐτὸ τοιοῦτον ἐπιδεικνύων· ἀπεχόμενος μὲν ἡδονῆς ἁπάσης· χρημάτων δὲ οὐδὲν ὅτε σμικρὸν, ὅτε μεῖζον ἐπιθυμῶν, καὶ ἀφαιρούμενος τὸ ὑπηκόων· ὕπνου τε εἴκων ὀλίγα, καὶ τὴν ἀργίαν ἀποτρεφόμενος. ἀληθῶς γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς εἰς οὐδὲν ἄξιος καθεύδων" ἀνὴρ, ἢ καὶ ἐγρηγορὼς τοῖς καθεύδουσιν" ἐμφερής. Πειθομένους δὲ αὐτῷ ἐξῆς καλῶς αὐτῷ τε οἶμαι, καὶ τοῖς ἄρ-
D χουσιν, εἰ τοῖς ἀρίστοις πειθόμενος νόμοις, καὶ τοῖς ὀρθοῖς ξυνεπόμενος διαλάγμασι δῆλος εἴη καὶ ὅλως τὴν ἡγεμονίαν ἀποδοὺς τῇ φύσει βασιλικῷ, καὶ ἡγεμονικῷ τῆς ψυχῆς μορίῳ, ἀλλ' οὐ τῷ θυμοειδεῖ, καὶ ἀκολάστῳ. καὶ καρτερεῖν ὅ, καὶ ὑπομένειν τόν τε ἐπὶ στρατιᾶς, καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις κάματον, ὁπόσα τε καὶ τὴν εἰρήνην ἐξευρέθη γυμνάσια, μελέτης ἕνεκα τῆς πρὸς τὰς ὀθνείους ἀγῶνας, πῶς ἄν τις μάλιστα πεῖθοι; ἢ δῆλον ὡς αὐτὸς ὁρῶμενος καρτερὸς, καὶ ἀδαμάντινος; Ἐστι δὲ ἀληθῶς

γρ. αὐτὸν

γρ. ἀνὴρ ἐγρηγ.

γρ. ἐμφερῆς

ἥδιστον

ἥδιστον θέαμα στρατιώτῃ πονημένῳ στώ-
Φρων αὐτοκράτωρ, συνεφαπτόμενος
ἔργων, καὶ προθυμούμενος, καὶ παρα-
καλῶν, καὶ ἐν τοῖς δοκοῦσι φοβεροῖς φαι-
δρὸς, καὶ ἀδεὴς, καὶ ὅπου λίαν θαῤῥοῦσι,
σεμνὸς, καὶ ἐμβριθής. πέφυκε γὰρ ἑξο-
μοιοῦσθαι πρὸς τὸν ἄρχοντα τὰ τῶν ὑ-
πηκόων, εὐλαβείας πέρι, καὶ θράσους.
Προνοητέον δὲ αὐτῷ τῶν εἰρημένων ἡ
μέτριον, ὅπως ἄφθονον τὴν τροφὴν ἔχω-
σι, καὶ ἀδενὸς ἂν ἀναγκαίων ἐνδέοιντο.
πολλάκις γὰρ οἱ πιστόταται τῶν ποιμνίων
φρυκοὶ, καὶ φύλακες ὑπὸ τῆς ἐνδείας
ἀναγκαζόμενοι, ἄγριοί τέ εἰσι τοῖς νο-
μεῦσι, καὶ αὐλὰς πόῤῥωθεν ἰδόντες πε-
ριλακτοῦσι, καὶ ἀδὲ τῶν προβάτων ἀ-
πέσχοντο. Τοιοῦτος μὲν ἐπὶ στρατοπέ-
γε. ὁ γεν. δων" γενναῖος, πολὺ ὄφελος, καὶ κηδε-
γε. τὰς μὼν, ὅτι" τῶν ἔξωθεν μόνον ἀπείργων
κινδύνους, ἀδὲ ἀντιτατόμενος, ἢ καὶ ἐ-
πιστρατεύων βαρβάροις γείτοσι· σάσιν
γε. ἔξη μοχθ. ἢ ἐξαιρῶν, καὶ" μοχθηρὰ ἔθη, καὶ τρυ-
φὴν, καὶ ἀκολασίαν, τῶν μεγίστων κακῶν
παρέξει ῥασώνην. ὕβριν δὲ ἐξείργων, καὶ
παρανομίαν, καὶ ἀδικίαν, καὶ ἐπιθυμίαν
ἀμέτρου κλήσεως, καὶ τὰς ἐκ τούτων ἀνα-
φυομένας στάσεις, καὶ ἔριδας εἰς ἀδὲν
χρησὸν τελευτώσας, ἀδὲ τὴν ἀρχὴν
ἀνέξεται φῦναι. γενόμενα δὲ ὡς ἔνι
τάχιστα ἀφανίσει, καὶ ἐξελάσει τὰ αὐτοῦ
πόλεως. Λήσεται δὲ αὐτὸν ἀδεὶς ὑ-
περβὰς τὸν νόμον, καὶ βιασάμενος μᾶλ-
γε. Φά- λον, ἢ τῶν πολεμίων τις τὸν" χάρακα.
ραγγα Φύλαξ δὲ ὢν ἀγαθὸς τῶν νόμων, ἀμεί-
νων ἕσαι δημιουργὸς, εἴ ποτε καιρὸς καὶ
τύχη καλοίη· καὶ ἀδεμία μηχανὴ πεί-
σει τοιοῦτον ψευδῆ, καὶ κίβδηλον, καὶ
νόθον τοῖς κειμένοις ἐπεισάγειν νόμον,
γε. αὐτῷ ἢ μᾶλλον ἢ τοῖς" αὐτοῦ παισὶ δοῦλειον,
καὶ ἀγεννὲς ἐπαγαγεῖν σπέρμα. δίκης
δὲ αὐτῷ μέλει καὶ θέμις ἐστὶ, καὶ ὅτε γο-
γε. οἱ νεῖς, ὅτε" ξυγγενεῖς, καὶ φίλοι πείθωσι
ξυγγενεῖς καὶ χαρίσασθαί σφι, καὶ προδῶναι τὸ
γε. προ- ἔνδικον." Προλαμβάνει γὰρ ἁπάντων

A dissimum spectaculum, frugalis imperator ac temperans, qui laboris particeps est & operi una instat & intendit, quique in periculis hilaris est & intrepidus, tum ubi secura penitus omnia videntur, gravis est ac constans. Nam metum, atque audaciam, perinde ut Imperator præ se fert, qui ei subditi sunt, suscipere solent. Neque vero minori, quam quæ hactenus dicta sint, provisione curandum illud est, ut commeatus illis abunde suppetant, nec ulla re, quæ ad victum necessaria sit, indigeant. Sæpe e-
B nim etiam fidelissimi gregis custodes inopia coacti in pastores ipsos sæviunt; & eos cum eminus vident, allatrant, ac ne pecoribus quidem ipsis abstinent. Qui igitur ejusmodi est, ut & in castris fortem se ac generosum, & reipublicæ servatorem ac curatorem præbeat; is non modo externis periculis propulsandis, nec finitimis tantum repellendis, bellove lacessendis Barbaris, verum etiam seditionibus, ac depravatis moribus, & luxu ac libidinibus extinguendis, ingentibus malis remedium adfe-
C ret. Contumelias porro atque injurias & scelera, nec non habendi immodicam cupiditatem arcendo, quæ ex iis turbæ ac contentiones pullulant, malosque habent & infelices exitus; eas vel ipso initio nasci prohibebit, vel, si jam exortæ fuerint, e medio tollet, atque e republica sua, quam celerrime potest, exterminabit. Nec magis eum latebit, si quis civium leges, quam si hostium aliquis vallum transgressus sit ac perruperit. Ac cum legum ille bonus custos, tum earum melior artifex erit ac conditor,
D si quando tempus ac fortuna postulaverit: nec ulla ratione adduci ejusmodi poterit, ut falsam & adulterinam ac spuriam legem positis jam ac receptis inferat; nihilo magis, quam ut inter liberos suos servile genus atque ignobile referat. Quare nihil ei juris & æquitatis cura est antiquius; nec ei parentes, aut propinqui, aut amici persuadere possunt, ut ipsis gratificari velit, ac jura prodere. Etenim hoc informatione quadam animi præsumit; communem

quan-

quandam omnium domum eſſe patriam ac parentem quæ & amicis ; ac genitoribus antiquior atque ſanctior ſit, & fratribus, atque hoſpitibus, & amicis charior: cui legem eripere ac violare, atrocius eſſe crimen exiſtimat, quam in ſacris pecuniis ſacrilegum videri. Eſt enim lex fœtus quidam juſtitiæ, ſummique illius Dei ſacrum quoddam ac vere divinum donarium: quam nemo ſui compos parvi faciet ac contemnet; ſed omnia ſecundum æquitatem moderans, bonos quidem præmiis libenter afficiet, improbos vero, tanquam peritus aliquis medicus, pro viribus ſanare contendet. Sed cum duo ſint delictorum genera, & qui peccant alii meliorem de ſe ſpem præbeant, neque a remedio penitus abhorreant; alii vero ſine ulla ſanandi ſpe in ſcelus erumpant; contra hos leges mortem, velut malorum exitum, non ad illorum magis quam ad aliorum utilitatem excogitarunt. Verum duplex omnino judiciorum genus inſtitui neceſſe eſt. Eorum itaque, quæ ſanari poſſunt, cognitionem ad ſe pertinere ac medicinam arbitrabitur; reliqua, quoad poterit, conſtanter defugiet: nec illud unquam ſponte judicium attinget, in quo maleficii convictis reis pœna eſt mortis legibus conſtituta. Quod ſi ejusmodi de rebus leges ſanciat, contumeliam pœnis & atrocitatem acerbitatemque detrahet; quæſtioni vero moderatorum hominum, quorum per omne vitæ tempus non mediocriter probata virtus ac ſpectata fuerit, juſtiſſimos quosque præficiet: qui nihil præfracte, nihil præcipiti animi impetu, neque exigua aliqua unius diei parte ſtatuentes, ac forte ne deliberantes quidem, de civis capite triſtiorem ſententiam ferant. Principem vero ipſum neque in manibus gladium gerere ad cujusquam civium necem oportet, etiamſi extrema quæque perpetraverit, neque aculeum ullum in animis hærere. Siquidem in genere apum regi videmus acu-

A εἶναι τὴν πατρίδα κοινὴν ἑστίαν, καὶ μητέρα, πρεσβυτέραν μὲν καὶ σεμνοτέραν τῶν φίλων καὶ παλαιέρων, φιλτέραν, δὲ τ ἀδελφῶν καὶ ξένων καὶ φίλων· ἧς ἀποσυλῆσαι τὸν νόμον, καὶ βιάσασθαι, μεῖζον ἀσέβημα κρίνῃ τ περὶ τὰ χρήματα τῶν θεῶν παρανομίας. Ἔστι γὰρ ὁ νόμος ἔκγονος τ δίκης, ἱερὸν ἀνάθημα καὶ θεῖον ἀληθῶς & μεγίστ θεῶν· ὃν ἐδαμῶς ὅ γε ἔμφρων ἀνὴρ περὶ σμικρᾶ ποιήσεται, οὐδὲ ἀτιμάσῃ. ἀλλὰ ἐν
B δίκῃ πάντα δρῶν, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τιμήσῃ προθύμως· τοὺς μοχθηροὺς δὲ ἐς δύναμιν ἰᾶσθ, καθάπερ ἰατρὸς ἀγαθός, προθυμήσεται. Διττῶν δὲ ὄντων τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ τ μὲν ὑποφαινόντων ἐλπίδας ἀμείνους, καὶ ὑ πάντῃ τὴν θεραπείαν ἀπεσταλμένων· τ ὃ ἀνίατα πλημμελούντων· τούτοις δὲ οἱ νόμοι θάνατον λύσιν τ κακῶν ἐπενόησαν· οὐχ ἑτέρως τὴν ἐκείνων μᾶλλον, εἰς ὃ τὴν τ ἄλλων ὠφέλειαν. διττὰς δὲ ἀνάγκη τὰς κρίσεις γίνεσθ. Οὐκοῦν τ μὲν ἰασίμων αὐτῷ προσήκειν ὑπολήψεται τὴν ἐπίγνωσιν, καὶ τὴν θεραπείαν. ἀφέξεται δὲ τῶν
C ἄλλων μάλα ἑρπομένως. καὶ οὐκ ἄν ποτε ἑκὼν ἄψεται κρίσεως, ἐφ' ᾗ θάνατος ἡ ζημία παρὰ τ νόμων τοῖς ὠφλημόσι τὴν δίκην προαγορεύεται. Νομοθετῶν δὲ περὶ τῶν τοιούτων, ὕβριν μὲν καὶ χαλεπότητα, καὶ πικρίαν τῶν τιμωριῶν ἀφαιρήσῃ· ἀποκληρώσῃ δὲ αὐλοῖς ἀνδρῶν σωφρόνων, καὶ διὰ παύλης & βίᾳ
D βάσανον ὑ φαύλην τ αὐτῶν ἀρετῆς παρασχομένων τὸ δικαστήριον οἳ μηδὲν αὐθαδῶς, μηδὲ ὁρμῇ τινι παντελῶς ἀλόγῳ χρώμενοι, ἐν ἡμέρας μορίῳ ὡς μικρῷ βουλευσάμενοι· τυχὸν ὃ ὑ βουλῇ δόξει· ὑπὲρ ἀνδρὸς πολίτου τὴν μέλαιναν οἴσουσι ψῆφον. Αὐτῷ δὲ οὐδὲ ἐν τῇ χειρὶ ξίφος εἰς πολίτου, κἂν ἀδικῇ τὰ ἔσχατα, φόνον, οὐδὲ ἐν τῇ ψυχῇ κέντρον ὑπεῖναι χρή. ὅπου καὶ τῶν μελιττῶν ὁρῶμεν τὴν βασιλεύουσαν καθα-

γρ. συγγνωστέα

γρ. τήν τε ἐπι-

γρ. ἀψαιτο

γρ. σμικρῷ

γρ. ⸗ τ deeſt ⸗ in al. MSS.

καθαρὰν ὑπὸ τ̃ Φύσεως πλήκτρου γε- A leum à natura eſſe denegatum. Quanquam
νομένην. ἀλλ' ἀκεῖς μελίττας βλεπτέον· nihil eſt quod apes ipſas intueamur; ſed
ἐπ' αὐτὸν ὃ οἶμαι τ̃ θεῶν τ̃ βασιλέα, ὅ- ipſummet potius Deorum moderatorem
περ εἶναι χρὴ τ̃ ἀληθῶς ἄρχοντα προ- ac regem, cujus interpretem ac miniſtrum
φήτην, καὶ ὑπηρέτην. Οὐκοῦν ὅσα μὲν ἀ- verum eſſe principem convenit. Atqui quæ-
γαθὰ γέγονε παντελῶς τ̃ ἐναντίας ἄ- cunque bona ſunt, ſine ulla contrariæ ſor-
μικτα Φύσεως, καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ κοινῇ τ̃ tis admixtione procreata, & ad commu-
ἀνθρώπων, καὶ ξ̃ παντὸς κόσμου· τούτων nem humani generis atque univerſi totius
ὃ αὐτὸς ἦν τε, καὶ ἔστι δημιουργός. τὰ utilitatem pertinent, horum ille & eſt &
κακὰ δὲ" ὅτε ἐγένησεν," ὅτε ἐπέτα- fuit hactenus conditor; mala vero neque
ξεν εἶναι, ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἐφυγάδευσεν produxit ipſe, neque ut eſſent conſtituit,
ἐξ ὑφαν̃· περὶ δὲ τὴν γῆν φερόμενα, B ſed procul e cœlo fugavit, eaque circa ter-
καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀποικίαν χαλεῖσαν τ̃ ram oberrantia, & animorum miſſam illinc
ψυχῶν διαλαβόμενα, κρίνειν ἐπέτα- coloniam occupantia, diſcernere ac repur-
ξε, καὶ διακαθαίρειν τοῖς αὐ ξ̃ παισὶ καὶ gare filiis ſuis ac poſteris juſſit. Quorum
ἐκγόνοις. Τούτων δὲ οἱ μέν εἰσι σωτῆρες, quidem alii ſervatores humani generis &
καὶ ἐπίκουροι τ̃ ἀνθρωπίνης Φύσεως· adjutores ſunt; alii ſcelerum inexorabiles
ἄλλοι δὲ ἀπαραίτητοι κριταί, τ̃ ἀδικη- vindices, a quibus velox & acerbum ſup-
μάτων ὀξεῖαν καὶ δεινὴν ἐπάγοντες δί- plicium vivis æque hominibus ac corpore
κην ζῶσί τε ἀνθρώποις καὶ ἀπολυθεῖσι ſolutis decernitur; alii præterea ſunt tan-
τ̃ σωμάτων. οἱ ὃ ὥσπερ δήμιοι τιμωρο- quam ultores carnifices, qui ea, quæ judi-
τινες, καὶ ἀποπληρωταὶ τῶν δικασθέν- cata fuerint, exeqvuntur: idque aliud eſt
των· ἕτερον τῶν Φαύλων, καὶ ἀνοήτων malorum & vecordium Dæmonum genus.
δαιμόνων τὸ Φῦλον. Α" δὴ μιμητέον τ̃ Quamobrem hæc egregio & divini numi-
γενναίῳ, καὶ θεοφιλεῖ· καὶ μεταδοτέον C nis amanti principi imitanda ſunt; ut ple-
πολλοῖς μὲν ἀρετῆς διὰ φιλίας, ἐς ταύ- riſque virtutem ſuam amicitiæ interventu
τὴν τὴν κοινωνίαν. ἀρχὰς δὲ ἐπιτρεπτέον communicet, & magiſtratus unicuique na-
οἰκείας ἑκάστ τ̃ φύσ, καὶ προαιρέσ. turæ ejus atque ingenio conſentaneos com-
τ̃ μὲν ἀνδρώδη καὶ τολμηρῶ, καὶ μεγα- mittat. Veluti ſi quis virili animo & auda-
λοθύμω μ̃ ξυνέσεως, σφαλιωτικάς· ἵν' ci ac magnanimo fuerit prudentiaque tem-
εἰς δέον ἔχῃ τ̃ θυμῶ χρῆσθαι, καὶ τ̃ perato, militaribus eum præficiet, ut op-
ῥώμῃ. τ̃ δικαίῳ δὲ, καὶ πρᾴῳ, καὶ φι- portune vigore illo animi ac robore poſſit
λανθρώπῳ, καὶ πρὸς οἶκτον εὐχερῶς uti. Qui vero juſtus, & clementia atque
ἐπικλωμένῳ, τῶν πολιτικῶν τὰς ἀμφὶ D humanitate præditus eſt, quique facile ad
τὰ συναλλάγματα· βοηθείας τοῖς ἀ- miſeticordiam flectitur, ei civiles magiſtra-
σθενεστέροις, καὶ ἁπλουστέροις μηχανώ- tus permittet, qui contractibus commer-
μενον, καὶ πένησι πρὸς τὰς ἰσχυρὰς, καὶ ciisque præſunt: quo imbecillioribus, ac
γρ. ἐπαι- ἀπατεῶνας, καὶ πανούργους, καὶ" ἐπαιρο- ſimplicioribus, & pauperibus contra poten-
ρομένους μένους τοῖς χρήμασιν ἐς τὸ βιάζεσθαι, tes, & deceptores, ac veteratores præſidi-
καὶ ὑπερορᾶν τ̃ δίκης. τῷ δὲ ἐξ ἀμφοῖν tum comparet, eosque qui ad violanda
κεκραμένῳ, μείζονά τε ἐν τ̃ πόλ τι- corrumpendaque jura opibus ſuis ac divi-
μὴν, καὶ δύναμιν περιθέλεον· καὶ αὐτῷ tiis nituntur. At qui utraque virtute tem-
τὰς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων κείσεις, peratus eſt, majot huic in republica digni-
οἷς ἔπεται τιμωρία, καὶ κόλασις ἔνδικος tatis gradus ac poteſtatis tribuendus eſt: nec
non capitalium cauſarum mandanda ſunt
judicia, quas pœna legitimumque ſuppli-
cium

cium ſequitur, quod ad eorum, qui injuriam paſſi ſunt, emolumentum refertur. Hoc ſi fecerit, recte omnino prudenterque conſtituet. Nam qui ejusmodi eſt, poſtquam cum conſilio ſuo ſincere atque incorrupte judicaverit, quæ decreta fuerint carnifici exequenda permittet: neque vel ob animi commotionem, vel propter mollitiem, ab eo, quod natura rectum ac juſtum eſt, recedet. Ac mihi ſane talis eſſe videtur is, qui omnium in republica præſtantiſſimus eſt: qui nimirum utrorumque illorum bona in ſe habeat expreſſa: quæ vero in ſingulis eorundem, quos paulo ante diximus, vitia ac peſtes ex redundantia ſunt, declinet ac fugiat: atque ipſe porro per ſemet inſpiciat ac moderetur omnia. Ex magiſtratibus igitur illos, qui maximarum rerum adminiſtrationi ac provinciæ præſunt, quique una ſecum de ſumma re deliberant, hos & bonos eſſe, & ſibi quam maxime ſimiles, optabit: neque eorum ſimpliciter ac temere delectum habebit: aut gemmariis atque auri purpuræque probatoribus deteriorem ſe eſſe judicem volet; quibus non una ad examinandum via ſufficit, ſed cum callidorum ac fraudulentorum hominum variam ac multiplicem improbitatem & artificia eſſe non ignorent, omnibus, quoad fieri poteſt, reſiſtunt, atque iis, depromtis ex arte ſua probandi rationibus, occurrunt. Idem igitur de improbitate ſi ſibi perſuadeat, variam illam eſſe nimirum & callidam: idque ipſum eorum, quæ ab illa perpetrantur, moleſtiſſimum eſſe, quod ſub ingentis virtutis ſpecie imponat ac decipiat eos, qui aut perſpicacius videre nequeant, aut præ temporis diuturnitate in inquirendo deficiant; præclare ſibi cavebit, ne in idem incommodum incidat. Cæterum ubi ſemel elegerit, & circa ſe optimos quosque adhibuerit, iis inferiorum magiſtratuum delectum committet. Itaque de legibus ac magiſtratibus hunc in modum conſtituet. Quod vero ad vulgus ipſum pertinet, eos, qui in urbibus degunt, ignavos ac contumaces, neque porro neceſſariarum rerum inopes eſſe

A ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀδικημένων, ὀρθῶς ἂν καὶ ἐμφρόνως λογίζοιτο. κρίνας γὰρ "ἀδεκάσως ὁ τοιοῦτος ἅμα τοῖς συνέδροις, παραδώσει τῷ δημίῳ τὰ γνωσθέντα ἐπιτελεῖν· ἔτε διὰ θυμὸν μέγεθος, ἔτε διὰ μαλακίαν ψυχῆς ἁμαρτάνων ἢ φύσει δικαίου. Κινδυνεύει δὲ ὁ κρατίστος ἐν πόλει τοιοῦτός τις εἶναι· τὰ μὲν ἐν ἀμφοτέροις ἔχων ἀγαθά· τὰς δὲ οἷον "κῆρας ἐκ ἢ πλεονάζοντος χ. κῆρες

B ἐν ἑκάστῳ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων ἐκφεύγων· ἐφορῶν δὲ αὐτὸς ἅπαντα καὶ καθευθύνων· καὶ" ἀρχόντων, τὰς μὲν ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἔργων, καὶ διοικήσεων τεταγμένας, καὶ αὐτῷ τῷ ὑπὲρ ἁπάντων βουλῆς κοινωνοῦντας, ἀγαθούς τε εἶναι, καὶ ὅτι μάλιστα ἀλλήλοις παραπλησίους ἔυξεσθαι γενέσθαι. αἱρήσεται δὲ οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν· οὐδὲ ἐθελήσει Φαυλότερος εἶναι κριτὴς τῶν λιθογνωμόνων, καὶ τῶν βασανιζόντων τὸ χρυσίον, χ. ἀρχων

C καὶ τὴν πορφύραν. τούτοις γὰρ ἡ μία ὁδὸς ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν ἀπόχρη· ἀλλὰ συνιέντες, οἶμαι, τῶν πανουργεῖν ἐθελόντων ποικίλην, καὶ πολύτροπον τὴν μοχθηρίαν, καὶ τὰ ἐπιτεχνήματα εἰς δύναμιν ἅπασιν ἀντεξάγοντο, καὶ ἀντέσησαν ἐλέγχους τοὺς ἐκ τέχνης. Ὁ δὲ καὶ αὐτὸς περὶ τὴν κακίαν ὑπολαμβάνων, ὡς ἔστι ποικίλη, καὶ ἀπατηλὴ, καὶ τοῦτό ἐστι χαλεπώτατον τῶν ἐκείνης ἔργων, ὅτι δὴ ψεύδεται πολλάκις ἀρετὴν ὑποδυομένη, καὶ

D ἐξαπατᾷ τοὺς ἀδυναμένους ὀξύτερον ὁρᾶν, ἢ καὶ" ἀποκαμνόντων τῷ μήκει ἢ χρόνῳ πρὸς τὴν ἐξέτασιν· τὸ παθεῖν τι τοιοῦτον ὀρθῶς φυλάξεται. ἑλόμενος δὲ ἅπαξ, καὶ περὶ αὐτὸν τοὺς ἀρίστους ἔχων, τούτοις ἐπιτρέψει τὴν τῶν ἐλαττόνων ἀρχόντων αἵρεσιν. Νόμων μὲν δὴ περὶ καὶ ἀρχόντων τοιάδε γνώσεται. Τὸ πλῆθος ἢ τὸ μὲν ἐν τοῖς ἄστεσιν, ἀδὲ ἄυθαδες ἀνέξεσθαι εἶναι, ἔτε μὴν ἐνδεὲς τῶν ἀναγ- f. ἀποκάμνοντας

καίων. τὸ δὲ ἐν τοῖς ἀγροῖς τῶν γεωργῶν φῦλον, ἀρῶντες, ἢ φυλεύοντες τροφὴν ἀποίσουσι τοῖς φύλαξι, καὶ ἐπικήρους σφῶν, μισθὸν καὶ ἐσθῆτα τὴν ἀναγκαίαν. οἰκοδομήματα δὲ Ἀσσύρια, καὶ πολυτελεῖς, καὶ δαπανηρὰς λειτουργίας χαίρειν ἐάσαντες, ἐν εἰρήνῃ πολλῇ τῶν τε ἔξωθεν πολεμίων, καὶ τῶν οἰκοθεν καθαιρούσονται· ἀγαπῶντες μὲν τὸ αἴτιον τῶν παρόντων σφίσι, καθάπερ ἀγαθὸν δαίμονα· ὑμνοῦντες δὲ ἐπ' αὐτῷ τὸ θεὸν, καὶ ἐπευχόμενοι, ὅ τι πλατῶς, οὐδὲ ἀπὸ γλώττης· ἔνδοθεν δὲ ἀπ' αὐτῆς τῆς ψυχῆς αἰτοῦσιν αὐτῷ τὰ ἀγαθά. Φθάνουσι δὲ οἱ θεοὶ τὰς εὐχὰς, καὶ αὐτῷ πρότερον τὰ θεῖα δόντες, οὐδὲ τὰ ἀνθρώπινον ἐσέρησαν. Εἰ δὲ τῷ χρεὼν βιάζοιτο κακῷ τῷ περιπεσεῖν, τούτων δὴ τῶν θρυλλουμένων ἀνηκέστων· χορευτὴν τε αὐτῶν τε ἐποιήσαντο, καὶ συνέστιον, καὶ αὐτῷ κλέος καθ' ἅπαντας ἤγειραν ἀνθρώπους. Ταῦτα ἐγὼ τῶν σοφῶν ἀκούω πολλάκις, καί με ὁ λόγος ἰσχυρῶς πείθει. ἀκούω καὶ ἐς ὑμᾶς αὖθις διεξῆλθον, μακρότερον μὲν ἴσως ἢ καιρὸς φεύγοντος· ἔλαττον δὲ οἶμαι τῆς ὑποθέσεως· καὶ ὅτῳ γέγονε τῶν τοιούτων λόγων ὑπακούειν ἐν φρονίδι, ὅτος ὅτι μὴ ψεύδομαι σαφῶς ἐπίσεται. ἑτέρα δέ ἐστιν αἰτία τοῦ μήκους, τῆς μὲν εἰρήνης ἧττον ἀναγκαία, προσεχεστέρα δὲ, οἶμαι, τῷ παρόντι λόγῳ. τυχὸν δὲ οὐδὲ ταύτης ἀνηκόους ὑμᾶς εἶναι χρή.

Πρῶτον μὲν οὖν ὑπομνησθῶμεν μικρὰ τῶν ἔμπροσθεν, ὁπότε τοῦ ὑπὲρ τούτων διηγήσεως ἀπεπαυόμεθα. ἔφαμέν που χρῆναι τοὺς παιδαίους τῶν ἀληθινῶν ἐπαίνων ἀκροατὰς γίνεσθαι εἰς ταῦτα ὁρᾶν, ὧν ἡ τύχη, καὶ τοῖς μοχθηροῖς πολλάκις μεταδίδωσιν· εἰς δὲ τὰς ἕξεις, καὶ τὴν ἀρετήν. ἧς μόνοις μέτεστι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι, καὶ φύσει παιδαίοις. Εἶτα ἐντεῦθεν ἐλάττες

f. συγχορ.

χρ. τυχὸν ἴσως

χρ. ἐπακούειν

f. εἰρημένης

A sinet. Ac rusticorum & aratorum multitudo, terram subigens & conserens, custodibus suis ac defensoribus alimenta mercedis nomine, quæque ad vestitum necessaria sunt, suppeditabit. Omnes vero, Assyriis illis ædificiis, & magnificis ac sumtuosis impendiis rejectis, summa cum ab externis, tum a domesticis hostibus, pace ac tranquillitate degent: & eum, qui præsentium sibi bonorum autor ac conciliator est, tanquam aliquem bonum genium, amabunt; & divinum numen laudibus illius gratia prose-
B quentur; ac pro eodem vota concipientes, non simulate aut lingua tenus, sed ex intimo corde arque ex animo, ei bona postulabunt: quæ quidem vota Dii ipsi præveniunt, & cum divinis eum bonis cumulant, tum humana non detrahunt. Quod si in fatale quoddam mali genus, quodque remedii omnis expers vulgo fertur, incideret, eum ad sese pertractum, choreæ veluti cujusdam socium sibi ac contubernalem adsciscunt, eique immortalem gloriam in
C hominum genus omne conciliant. Hæc ego sæpenumero jactari a sapientibus viris audio, mihique hæc oratio mirum in modum persuadet. Quare eam vobis hactenus exposui, longius quidem fortasis, quam temporis ratio postularit, sed minus tamen, quam pro argumenti dignitate ac præstantia. Ac qui istiusmodi sermones attente ac per otium intellexerit, is nihil a me falso ac mentito dici facile perspiciet. Sed alia prolixitatis ratio est: quæ ut ad ea, quæ huc usque dicta sunt, non adeo necessaria est,
D ita præsenti sermoni est accommodatior. Ac fortasse ne ejus quidem auditionem prætermitti a vobis convenit.

Primum itaque quæ antea dicta sunt paulum reperamus, cum scilicet institutam earum rerum narrationem prosequi desiimus. Hoc enim, nisi fallor, diximus: studiosis verarum laudum auditoribus, non ea tantum, quæ fortuna sæpe etiam improbis impertiri solet, sed affectiones ipsas animi, virtutesque considerandas, quarum soli ii, qui boni viri sunt & natura probi, possunt esse participes. Unde cum dicendi initium

facere-

faceremus, deinceps orationis noſtræ reliqua pertexuimus, cum hunc velut canonem & amuſſim conſtituiſſemus, ad quam accommodare virorum bonorum & principum laudes oporteat. Quorum quisquis huic archetypo vere quadrat, nec ulla ex parte defleĉtit, cum is felix ac vere beatus eſt, tum illi vero beati ſunt, qui hujusmodi imperio fruuntur; qui vero propius acceſſerit, iis, qui abſunt longius, melior eſt ac felicior; ſed qui recedunt penitus, aut etiam in contrariam partem abeunt, illi & infelices, & vecordes, & improbi ſunt, ac cum ſibimetipſis, tum reliquis ingentes calamitates conſciſcunt. Quamobrem ſi eadem & veſtra ſententia ſit, jam eas res geſtas percurrere tempus eſt, quas initio ſumus admirati. Verum ne orationem hanc meam aliquis puret velut equum quempiam per ſe ſine ullo adverſario decurrentem, primas in curſu ferre, ac victoriam reportare; hoc ipſum explicare conabor, quidnam a ſe invicem noſtra ac peritiſſimorum dicendi magiſtrorum oratio diſcrepet. Igitur illi deductam a principibus ac regibus ſtirpem atque originem plurimum efferunt: & eorum, qui bene fortunati ac felices extiterint, felices æque eſſe poſteros arbitrantur. Hoc vero deinde neque cogitarunt unquam, neque animadverterunt; quanam ratione iis ornamentis utantur. Arqui iſtud ipſum illis eſt felicitatis caput, atque externorum fere bonorum præcipuum. Niſi forte quis vel ſolo audito nomine refragetur, negetque bonorum iſtiusmodi poſſeſſionem bonam ei, qui prudenter uti velit; malam vero illi, qui contrario modo utatur, accidere. Quare non, ut exiſtimant, magnum illud eſt, divitis atque opulenti principis eſſe filium; ſed illud vere magnum eſt, paterna etiam virtute ſuperata, nihil omnino pudendum majoribus ſuis aut indignum committere. Vultisne igitur, quemadmodum hoc Imperatori conveniat, intelligere? Ego vero certo id vobis teſtimonio comprobabo: neque me e-

A τὴν ἀρχὴν, τὰς ἐξῆς ἐπεξῄνομεν λόγους, ὥσπερ" κανόνα τινὰ καὶ σάθμην ἀπευθύνοντες, ἢ τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν καὶ βασιλέων ἐπαίνους ἐναρμόττειν ἐχρῆν. καὶ ὅτῳ μὲν ἀληθὴς καὶ ἀπαράλλακτος ἁρμονία πρὸς τοῦτο γέγονε τὸ ἀρχέτυπον, ὅλως μὲν αὐτὸς, καὶ ὅλως εὐδαίμων· εὐτυχεῖς δὲ οἱ μελλαδόντες τοιαύτης ἀρχῆς. ὅσῳ δ' ἐγγυτέρω ἀφίκετο, τοσῷδε πλέον ἀπολειφθέντων ἀμεινόνων καὶ εὐτυχέστερος. οἱ δ' ἀπολειφθέντες παντελῶς, ἢ καὶ τὴν ἐναντίαν" τραπόμενοι, δυσχεῖς, καὶ ἀνόητοι, καὶ μοχθηροὶ, αὐτοῖς τε" καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν μεγίστων αἴτιοι συμφορῶν. Εἰ δὴ οὖν καὶ ὑμῖν ταύτη πῃ ξυνδοκεῖ, ὥρα ἐπεξιέναι τοῖς ἔργοις, ἃ τεθαυμάκαμεν. Καὶ ὅπως μή τις" ὑπολάβοι τὸν λόγον καθ' αὐτὸν ἰόντα, καθάπερ ἵππον ἀνταγωνιστὴν τεθέμενον ἐν τοῖς δρόμοις κρατεῖν, καὶ ἀποφέρειν τὰ νικητήρια· πειράσομαί πῃ πόλε διαφέρειν ἀλλήλων ὅ, τε ἡμέτερος καὶ ὁ B C τῶν σοφῶν ῥητόρων ἔπαινος, δεῖξαι. Οὐκοῦν οἱ μὲν τὸ προγόνων γενέσθαι δυνατῶν καὶ βασιλέων θαυμάζουσι μᾶλλον, ὀλβίων καὶ εὐδαιμόνων μακαρίζοντες ὑπολαμβάνοντες τοὺς ἐγγόνους. τὸ δὲ ἐπὶ τούτοις ὅτε ἐνενόησαν, ὅτε" ἐπεσκέψαντο, τίνα τρόπον διατελοῦσιν" ἀλλήλοις χρώμενοι. καίτοιγε τοῦτο ἦν τῆς εὐτυχίας ἐκείνοις τὸ κεφάλαιον, καὶ σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν· εἰ μή τις καὶ πρὸς τοὔνομα δυσχεραίνῃ, τὴν κῆδεσιν ὑπὸ τῆς ἔμφρονος καὶ χρήσεως ἀγαθὴν, καὶ φαύλην ὑπὸ τῆς ἐναντίας" γίνεσθαι συμβαίνειν. ὥστε ἐμέγα, καθάπερ οἴονται, τὸ βασιλέως παῖδα καὶ πολυχρύσου γενέσθαι· μέγα δ' ἀληθῶς τὸ τὴν ἀρετὴν πατρῴαν ὑπερβαλλόμενον, ἄμεμπτον αὐτὸν τοῖς γενομένοις παρασχεῖν εἰς ἅπαν. Βούλεσθε οὖν εἰ τοῦτο ὑπάρχῃ βασιλεῖ καλὰ μαθεῖν; παρέξομαι δὲ" ἐγὼ ὑμῖν μαρτυρίαν πιστήν. καί με οὐκ αἰρήσεσθε ψευδομαρ-

κανόνα τινὰ

πεπλημμέλημαι

καὶ ἄλλος τις

ὑπολάβῃ

ἐσκεμμένος Corruptum vox.

γίνεσθαι

ὑμῖν ἐγὼ

 τυρίας,

τυρίας, εὖ οἶδα. ὑπομνήσω γὰρ ὑμᾶς αὐτοὺς ὧν ἴστε. Τυχὸν δὲ καὶ ἤδη τοῦ λεγομένου ξυνίετε· εἴ τε οὔπω δῆλον, αὐτίκα μάλα ξυνήσετε, ἐννοήσαντες πρῶτον μὲν ὡς αὐτὸν ὁ πατὴρ ἠγάπα διαφερόντως, οὔτι πρᾶος ὢν λίαν τοῖς ἐγγόνοις, οὐδὲ τῇ φύσει πλέον, ἢ τῷ τρόπῳ διδούς· ἡττώμενος δὲ, οἶμαι, τῆς θεραπείας· καὶ οὐκ ἔχων ὅ, τι μέμφοιτο, δῆλος ἦν εὔνους ὤν. καὶ αὐτοῦ σημεῖον τῆς γνώμης· πρῶτον μὲν ὅτι Κωνσταντίῳ ταύτην ἐξεῖλε τὴν μοῖραν, ἣν αὐτῷ πρότερον προσῆκον ἔχειν ὑπέλαβεν. εἶθ' ὅτι τελευτῶν τὸν βίον, τὸν πρεσβύτατον, καὶ τὸν νεώτατον ἀφεὶς σχολὴν ἄγοντας, τοῦτον δὴ ἄσχολον ἐκάλει, καὶ ἐπέτρεπε τὰ περὶ τὴν ἀρχὴν ἅπαντα. Γενόμενος δὲ ἐγκρατὴς ἁπάντων, οὕτω τοῖς ἀδελφοῖς δικαίως ἅμα καὶ σωφρόνως προσηνέχθη, ὥστε οἱ μὲν οὐδὲ κληθέντες, οὐδὲ ἀφικόμενοι, πρὸς ἀλλήλους ἐστασίαζον καὶ διεμάχοντο· τούτῳ δὲ ἐχαλέπαινον οὐδὲν, οὐδὲ ἐμέμφοντο. ἐπεὶ δὲ αὐτῶν ἡ στάσις τέλος εἶχεν οὐκ εὐτυχὲς, ἐξὸν μεταποιεῖσθαι πλειόνων, ἑκὼν ἀφῆκε, τῆς αὐτῆς ἀρετῆς ὑπολαμβάνων πολλά τε ἔθνη καὶ ὀλίγα δεῖσθαι· περικεῖσθαι δ' οἶμαι φροντίδας μείζονας, ὅτῳ πλειόνων ἀνάγκη ἐπιμελεῖν, καὶ κήδεσθαι. Οὐ γὰρ δὴ τρυφῆς ὑπολαμβάνει τὴν βασιλείαν εἶναι παρασκευήν· οὐδὲ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν χρημάτων εἰς πότους καὶ ἡδονὰς οἱ καταχρώμενοι, μειζόνων εὐπορίαν προσόδων ἐπινοοῦσιν· οὕτω χρῆναι τὸν βασιλέα παρασκευάζεσθαι· οὐδὲ ἀναιρεῖσθαι πόλεμον, ὅτι μὴ τῶν ἀρχομένων τῆς ὠφελείας ἕνεκα. οὐκοῦν ἐκείνῳ μὲν ἔχειν τὸ πλέον ξυγχωρῶν, αὐτὸς δὲ μετ' ἀρετῆς ἔλαττον ἔχων τοῦ κρατίστου πλεονεκτεῖν ὑπέλαβε. Καὶ ὅτι μὴ δέει μᾶλλον τῆς ἐκείνου παρασκευῆς τὴν ἡσυχίαν ἠγάπα, τεκμήριον ὑ-

γρ. ἡττώμ. οἶμαι

γρ. προσήκειν.

γρ. ξύμπαντα

γρ. ἐπὶ συνέχειν in marg. corr. ἐπιμελεῖν.

γρ. ἐκεῖνα

γρ. ξυγχωρεῖ

A mentiti testimonii convincetis: quippe quæ jam ipsi tenetis, ea vobis in memoriam reducam. Ac fortassis jam quid ego dico animadvertitis: aut si nondum illud vobis manifestum est, paulo post percipietis, si illud ipsum cogitetis; primum quidem eum a patre vehementer dilectum fuisse, & eo patre, qui non admodum in liberos indulgenti esset animo, neque naturæ potius, quam moribus concederet. Verum quod ejus cultu atque obsequio caperetur, nec haberet quod ulla in re posset reprehendere, ideo B suam erga eum propensionem ac benevolentiam multis declarabat indiciis. Cujus quidem animi argumento illud esse potest, primum quod Constantio eam imperii partem excepit, quam prius ipsi convenire judicaverat: deinde quod sub exitum vitæ, liberorum natu maximo ac minimo prætermissis, qui tum a negotiis vacabant, hunc, qui occupatus esset, ad sese revocaverit, eique totius imperii negotia commiserit. Posteaquam vero compos omnium est factus, adeo se erga fratres suos justum ac tempe- C ratum præbuit; ut cum illi neque vocati, neque ad patrem profecti, a se invicem dissiderent ac pugnarent, nullo modo tamen in eum commoti essent, nec ulla in re criminarentur. Sed cum illorum tandem dissensio infelicem exitum habuisset, cum plura sibi, quam quæ obtinebat, vindicare posset, iis sponte cessit: ita sibi persuadens, eadem virtute ad multas & paucas provincias administrandas opus esse; nisi quod major illi solicitudo proponitur, cui plurium hominum cura suscipienda est. Non enim ad D luxus opportunitatem comparandum esse imperium existimat: nec quemadmodum in pecuniis, qui ad compotationes & voluptates iis abutuntur, ampliorum sibi quærendarum opum rationes excogitant, ita comparari Principem oportere, neque ullum bellum suscipere, nisi quod ad subditorum sibi utilitatem pertineat. Quare & illi superiores partes deferens, & ipse cum virtute inferiores obtinens, ea re se judicabat, quæ præstantissima est, antecellere. Atque ut intelligatis, minime copiarum illius metu pacem eum ac quietem optasse; ex eo bello, quod

quod poſtmodum erupit, conjecturam de tota re facitote. Etenim contra illius exercitus pro eo deinceps armis uſus eſt. Hic illi, de quibus ante diximus, oratores victoriam ipſam prædicant; ego vero præſertim iſtud, quod & bellum jure ſuſcepit, & ſuſceptum fortiter ac prudenter adminiſtravit, & poſtremo, cum ex animi ſententia bellum omne ceſſiſſet, in victoria ſe temperate &, ut decebat Principem, geſſit, omninoque dignum ſe qui vinceret oſtendit. Placet igitur vobis, ut in judiciis fieri ſolet, horum a me modo teſtes citari? Itaque vel pueros ipſos intelligere arbitror, nullum hactenus bellum extitiſſe, neque a Græcis contra Trojanos, neque a Macedonibus adverſus Perſas ſuſceptum; quæ omnium juſtiſſima fuiſſe videntur; quod tam gravibus ſit ac neceſſariis de cauſis conflatum. Neque enim veterum injuriarum ulciſcendarum gratia, aut contra liberos ac poſteros ejus, unde ex profectæ fuerant, geſtum eſt; ſed in eum ipſum, qui imperium eripuerat, ac per vim ad ſeſe tranſtulerat. Agamemnon vero profectus erat

ulciſci properans Helenæ gemitusque fugamque;

&, ut mulierem unam vindicaret, adverſus Trojanos expeditionem ſuſcepit. At quæ Imperatori noſtro illatæ injuriæ fuerant, recentes adhuc erant: imperium autem uſurpaverat, non Darii aut Priami inſtar, nobilis quiſpiam, qui vel ob virtutem delatum, vel hæreditario jure commiſſum ſibi ac traditum regnum obtineret; ſed aſper atque impudens barbarus, ex eorum numero, qui paulo ante captivi fuerant. Ac quæ geſſerit ille, & quemadmodum ad imperium pervenerit, exponere, neque jucundum mihi neque opportunum videtur. Quam porro jure illud ſuſceptum ſit, auditum a vobis antea eſt. Quod autem ad experientiam & fortitudinem attinet, ſatis ea eſſe indicia poſſunt, quæ paulo ante protulimus. Quanquam facta ipſa verbis fide digniora ſint. Verum quæ poſt victoriam contigerint; utque gladio deinceps uſus non fuerit, tametſi

A μῖν" ἔσω ὁ μὴ ταῦτα ξυμπεσὼν πό- γρ. ἐμ-
λεμ@. ἐχρήσαλο γοῦ πρὸς τὰς ἐ- Φανὶς
κείνε δωνάμεις ὑπὲρ αὐτῶ τοῖς ὅπλοις ἔσω
ὕσερον. πάλιν ὃ ἐνταῦθα ἐκεῖνοι μέν
πε τὸ νικᾶν τεθαυμάκασινέγὼ δὲ τὸ
ξὺν δίκη μὲν ἀνελέσθαι τ' πόλεμον· διε-
νεγκεῖν ὃ ἀνδρείως, καὶ μάλα ἐμπεί-
ρως·" ἐπιθείσης δέ τὸ τέλ@ τ' τύχης γρ. ἐπι-
δεξιὸν, χρήσασθαι τῇ νίκῃ σωφρόνως, θήσων
καὶ βασιλικῶς, καὶ ὅλως ἄξιον ⁂ κρα-
τεῖν φανῆναι. Βάλεσθε οὖν καὶ τάτων
B ὑμῖν, ὥσπερ ἐν τοῖς δικασηρίοις, ὀνομα-
σὶ καλῶμεν τὰς μάρτυρας; καὶ ὅτι μὲν
ὐδείς πω πόλεμ@ σωσέση πρότερον,
ὐδὲ ἐπὶ Τροίαν τοῖς Ἕλλησιν· ὐδὲ ἐπὶ
τὰς Πέρσας Μακεδόσιν· οἵπερ δὴ δοκῶ-
σιν ἐν δίκη γενέσθαι· τοσαύτην ἔχων
ὑπόθεσιν, καὶ παιδί πε δῆλον. τῆς
μέν γε λίαν ἀρχαίων ἀδικημάτων τι-
μωρίας σφόδρα νεωλέρας, ὅτ' εἰς παῖ-
δας, ὅτε εἰς ἐκγόνας γενομένης· ἀλ-
λὰ εἰς τ' ἀφελόμενον καὶ ἀποσερήσαν-
τα τὴν ἀρχὴν τὰς τ' ἀδικησάντων ἀπο-
C γόνας. Ἀγαμέμνων ὃ ὥρμηλο

Τίσασθαι Ἑλένης ὁρμήμαλά τε ⁂ ἐλιad. B.
ναχάς τε· v. 356.

καὶ ἐπὶ τὰς Τρῶας ἐστράτευε, γυναῖ-
κα μίαν ἐκδικεῖν ἐθέλων· Τῷ δὲ ἔτι
μὲν ἦν νεαρὰ τὰ" ἐκδικήμαλα· ἦρχε ὃ γε ἀδι-
δ' κὴ Δαρεῖον, ὐδὲ Πρίαμον, ἀνὴρ εὐγε- κή-
νὴς, καὶ τυχὸν δ' ἀρετὴν, ἢ κὴ γέν@
πρωσηκόσης αὐτῷ τῆς βασιλείας ἀ-
ξιωθείς· ἀλλὰ ἀναιδὴς καὶ" τραχὺς γρ. βερ-
βάρ@, τῶν ἑαλωκότων ὐπρὸ πολ- βους
λᾶ. κὴ ὅσα μὲν ἔπραξε, κὴ ὅπως ἦρχεν,
D ὅτε ἡδύ μοι λέγειν, ὅτε ἐν καιρῷ. ἐν δί-
κη ὃ ὅτι πρὸς αὐλὸν ἐπολέμησεν, ἀκη-
κόαλε. τῆς δὲ ἐμπειρίας καὶ τῆς ἀν-
δρείας, ἱκανὰ μὲν τὰ πρόσθεν ῥηθέντα
σημεῖα·" πισότερα δὲ, οἶμαι, τὰ ἔργα γρ. ἀπι-
τῶν λόγων. τὰ δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ γενόμε- σότερα
να, καὶ ὅπως ξίφος μὲν ὐδὲν ἐδέησεν ἔ-
τι· ὐδὲ εἴ τις ἀδικημάτων μειζόνων εἶ-

χεν

χεν ὑποψίαν· εἰ δὲ εἴ τῳ πρὸς τὸ τύραννον οἰκειότερος γέγονε Φιλία· εἰ δὲ μὴν εἴ τις ἐκείνῳ χαριζόμενος, φέρειν τε ἠξίωσε κηρύκιον, καὶ ἐλοιδόρει τῷ βασιλεῖ, τῆς προπετείας ἀπέτισε δίκην, ὅτι μὴ τἄλλα μοχθηρὸς ἦν, ἐννοήσατε δὲ πρὸς Φιλίου Διός. Ποταπὸν δὲ χρῆμα λοιδορία; ὡς θυμοδακὲς ἀληθῶς, καὶ ἀμύτλον ψυχὴν μᾶλλον ἢ σίδηρος χρῶτα. ἤκουσῦ καὶ τὸν Ὀδυσέα παροξῦναι εἰς δύναμιν ἀμύνασθαι λόγῳ τε καὶ ἔργῳ. διηνέχθη γοῦν ὑπὲρ τούτου πρὸς τὸν ξενοδόκον, αὐτὸς ὢν ἀλήτης καὶ ξένος· καὶ ταῦτα εἰδὼς, ὅτι

A in criminum ſuſpicionem veniſſet aliquis, aut paulo majorem cum tyranno familiaritatem habuiſſet; vel demum ſi quis ei gratificans ad pacem conciliandam caduceum ferre voluiſſet, atque Imperatori conviciatus eſſet; ut, inquam, temeritatis ſuæ pœnas nullas dederit, quod aliunde minime improbus eſſet; hoc vero, per amicitiæ præſidem Jovem, patienter auditote. At cujusmodi demum convicium eſt! quam revera mordax! quamque eo magis animus, quam corpus ferro, penetratur! Quamobrem etiam Ulyſſem ipſum adeo concitavit, ut dictis factisque, quoad poſſet, injuriam perſequeretur. Propterea licet profugus ipſe atque hoſpes eſſet, cum eo, a quo hoſpitio receptus fuerat, jurgatus eſt: tametſi non ignoraret, quemadmodum

B

Odyſſ. Θ. v. 209. χ. προφέρεται αἴθλων

Ἄφρων — καὶ ἀτιδανὸς πέλεν ἀνὴρ,
Ὅστις ξεινοδόκῳ ἔεικα προφέρῃσι βαρεῖαν.

ſtolidusque, & futilis ille eſt,
Ædibus exceptus qui cum hoſpite jurgia miſcet.

καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, καὶ Ἀχιλλέα τὸν τῆς Θέτιδος, καὶ ἄλλους δή τινας ἀφαύλους, οὐδὲ ἀγεννεῖς ἀνθρώπους. μόνῳ δὲ ὑπῆρχεν, οἶμαι, Σωκράτει; καὶ σπανίοις τισὶν ἐκείνου ζηλωταῖς, εὐδαίμοσιν ἀληθῶς καὶ μακαρίοις γενομένοις, τὸ ἔσχατον ἀποδύσασθαι χιτῶνα τῆς φιλοτιμίας. Φιλότιμον γὰρ δεινῶς τὸ πάθος, καὶ ἔοικεν ἐμφύεσθαι διὰ τοῦτο μᾶλλον ταῖς γενναίαις ψυχαῖς. ἄχθονται γὰρ, ὡς ἐναντιωτάτῳ σφίσι, λοιδορίᾳ, καὶ τὰς ἀπορριπτουλίας ἐς αὐτὰς τοιαῦτα ῥήματα μισοῦσι μᾶλλον, ἢ τὰς ἐπαγωγὰς τοῦ σίδηρου, καὶ ἐπιβουλεύοντας "φόνου· διαφόρους τε αὐλοὺς ὑπολαμβάνουσι φύσει, καὶ οὐ νόμῳ." ὅτι οἱ μὲν ἐπαίνου καὶ τιμῆς ἐρῶσιν· οἱ δὲ οὐ τούτων μόνον ἀφαιροῦνται· ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτοῖς μηχανῶνται βλασφημίας ψευδεῖς. τοῦτο καὶ Ἡρακλέα φασὶ, καὶ ἄλλους δέ τινας ἀκράτορας τοῦ πάθους γενέσθαι. Ἐγὼ δ' ὅτε περὶ ἐκείνων τῷ λόγῳ πείθομαι· καὶ βασιλέα τεθέαμαι σφόδρα ἐγκρατῶς τὴν λοιδορίαν τρεψάμενον· ὅτι

γρ. Φόνους γρ. ὕβρεις

C

D

ſed & Alexandrum Philippi filium, & Achillem Thetidis, & alios nonnullos nec viles nec degeneres homines, commovit. Soli vero Socrati, aut paucis admodum præterea ejus imitatoribus vere fortunatis ac beatis contigit, ut extremam (ut ita dicam) tunicam ambitionis exuerent. Pertinax enim cumprimis eſt & ambitioſus ille affectus animi; ac generoſis mentibus propterea acrius ineſſe videtur, quod convicio magis, utpote re ſibi maxime contraria, moveantur. Eos igitur, qui illa contra ſe jaciunt, vehementius oderunt, quam qui ferrum intentant, ac vitæ ſuæ inſidias moliuntur. Ac demum ipſos ſibi natura, non lege, inimicos atque hoſtes putant: quoniam cum laudes atque honores diligant, non modo hæc illi detrahunt, ſed etiam falſas ſibi calumnias imponunt. Hac una in animi affectione & Herculem ipſum, & alios quosdam, impotentes fuiſſe memorant. Ego vero neque iis, quæ de illis dicuntur, fidem adhibeo; & Imperatorem noſtrum vidi, cum is convicio fortiter reſiſteret. Quod facinus

facinus mea ſententia nihilo deterius eſt, quam Trojam expugnare, vel ingentem exercitum in fugam compellere. Quod ſi quis mihi non credit, neque magnum illud aut tantopere laudandum exiſtimat; is cum ſe ipſum eo in caſu ac tempore inſpexerit, tum demum de tota re judicet: nec erit, opinor, quod nos hac in parte delirare ſibi perſuadeat. Quamobrem cum ejusmodi ſit & fuerit poſt bellum Imperator, merito non ſolum amicis carus atque optabilis eſt, quibus honores, ac potentiam, atque audaciam concedit, iisdemque & ingentes pecunias largitur, & opibus ſuis utendi pro arbitrio cujusque poteſtatem facit; verum etiam talem eum hoſtes eſſe judicarunt. Cujus rei evidens illud argumentum eſſe poteſt, quod primarii ordinis Senatores, qui dignitate, opibus, ac prudentia cæteris antecellerent, tanquam ad portum quendam, ad illius dexteram confugerunt, cum domum ſuam, ac familiam, & liberos reliquiſſent. Qui quidem Pannoniam Romæ, ejus vero conſuetudinem convictui cum ſuis ac ſocietati prætulerant. Sed & delectorum equitum turma, cum vexillis ac duce ipſo deficiens, cum eo periculorum, quam cum illo ſecundarum rerum, particeps eſſe maluit. Quæ omnia ante prælium ipſum geſta ſunt, quod ad Dravi ripas confectum eſſe ſupra demonſtravimus. Ex illo enim tempore confirmatis animis audaciores eſſe cœperant: cum hactenus tyrannicæ res ſuperiores eſſe viderentur, quod ſecundo aliquantum eventu cum Imperatoris exploratoribus bellatum fuiſſet. Quæ res & illum præ gaudio vecordem ac ſtolidum reddidit; & iis, qui prudens Imperatoris conſilium aſſequi non poterant, nonnihil perturbationis attulit. Ipſe vero conſtans atque interritus remanſit: velut peritus aliquis navis gubernator, cum poſt minaces nubium fremitus, erumpente procella, profunda pelagi litoraque Deo impellente quatiuntur. Tum enim imperitos homines ingens ac vehemens terror invadit; at ille, concepta ex eo ſpe ſerenitatis

A Φαυλότερον ἔργον, ὡς ἐγὼ κρίνω, τοῦ Τροίαν ἑλεῖν, καὶ Φάλαγγα γενναίαν τρέψασθαι. Εἰ δ' ἀπιστεῖ τις, καὶ ὑ μέγα οἴεται, ὑδὲ ἄξιον ἐπαίνων τοσούτων, ἐς αὐτὸν ἀφορῶν, ὅταν ἔν τινι τοιαύτῃ ξυμφορᾷ γένηται· κρινέτω, κ᾽ αὐτῷ ὑ σφόδρα" ληρεῖν δόξομεν, ὡς ἐγὼ πείθομαι. Τοιοῦτος ὢν καὶ γενόμενος βασιλεὺς μὴ τὸν πόλεμον, εἰκότως ὑ μόνον ἐστὶ ποθεινὸς τοῖς Φίλοις κ᾽ ἀγαπητός." πολλῆς μὲν τιμῆς καὶ δυνάμεως, καὶ παρ- γε. λαδοῦσιν γε. πολλοῖς

B ῥησίας μεταδιδούς· χρήματα δ' ἄφθονα χαριζόμενος καὶ χρῆσθαι ὅπως τις βούλεται τῷ πλούτῳ ξυγχωρῶν· ἀλλὰ καὶ τοῖς πολεμίοις τοιοῦτος ἐδόκει. Τεκμήριον δὲ ὑμῖν ἐμφανὲς καὶ τόδε γιγνέσθω· ἄνδρες τῆς γερουσίας ὅ, τι περ ὄφελος," ἀξιώματι, καὶ πλούτῳ, γε. ἀξιώματι καὶ ξυνέσει διαφέροντες τῶν ἄλλων, ὥσπερ ἐς λιμένα καταφεύγοντες τὴν τούτου δεξιάν· ἐσίας τε λιπόντες, καὶ οἴκους, καὶ παῖδας·" καὶ Παιονίαν μὲν ἀντὶ deeſt καὶ in al. MSS.

C "Ῥώμης· τὴν μὴ τούτου δὲ ἀντὶ τῶν Φιλτάτων συνοικίαν ἡσπάσαντο. ἴλη τε γε. τῆς τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων" σὺν τοῖς σημείοις, καὶ τὸ στρατηγὸν ἄγαλμα τούτου τὸ κινδύνου ξυμμετέχειν μᾶλλον, ἢ ἐκείνῳ τῆς εὐτυχίας ἠξίου. Καὶ ταῦτα ἅπαντα ἑδράσατο πρὸ τῆς μάχης, ἣν ἐπὶ τοῦ Δράβου ταῖς ἡιόσιν ὁ πρόσθεν λόγος παρέσησεν. ἐνταῦθεν γὰρ ἤδη βεβαίως ἐθάρρουν· τέως δ' ἐδόκει τὰ τῶν τυράννων ἐπικρατεῖν, πλεονεκτήματός τινος περὶ Ῥώμ. γε. ξὺν

D τὰς κατασκόπους τοῦ βασιλέως γενομένου. ὃ δὴ ἐκεῖνόν τε ἐποίησε ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἄφρονα· καὶ ἐξελάραξε τὰς δυναμένας ἐφικνεῖσθαι, ὑδὲ διορᾶν τὴν στρατηγίαν. ὁ δ' ἦν ἀκατάπληκτος, καὶ γενναῖος· καθάπερ ἀγαθὸς νεὼς κυβερνήτης, ἐξ ἀπειλῆς νεφῶν ῥαγείσης λαίλαπος, εἶτα ἐπ' αὐτῷ τῷ θεῷ σείοντος τὸ βυθὸν καὶ τὰς ἠιόνας. ἐνταῦτα γὰρ τὰς μὲν ἀπείρους δεινὸν, καὶ ἄτοπον κατέλαβε δέος. ὁ δ' ἤδη χαίρων καὶ γάννυται,

ται, γαλήνην ἀκριβῆ καὶ νηνεμίαν ἐλπίζων. λέγεται γὰρ δὴ καὶ ὁ Ποσειδῶν σωτηρίοις τὴν γῆν, παύειν τὰ κύμαλα. Καὶ ἡ τύχη δὲ τὰς ἀνοήτους ἐξαπαλᾷ, καὶ σφάλλει περὶ τοῖς μείζοσι, μικρὰ πλεονεκτεῖν ἐπιτρέπουσα. τοῖς ἔμφροσι δὲ βεβαίως τὸ θαρσεῖν ὑπὲρ τῶν μειζόνων, ὅταν ἐν τοῖς ἐλάττοσιν αὐλὰς διαταράττειν παρέχῃ. Τοῦτο Λακεδαιμόνιοι παθόντες ἐν Πύλαις, οὐκ ἀπηγόρευον, οὐδὲ ἔδεισαν τὸν Μῆδον ἐπιφερόμενον, τριακοσίοις Σπαρτιατῶν, καὶ τὸν βασιλέα περὶ τὰς εἰσβολὰς τῆς Ἑλλάδος προέμενοι. τοῦτο Ῥωμαῖοι πολλάκις παθόντες, μείζονα κατώρθωσαν ὕστερον. ὃ δὴ καὶ βασιλεὺς ἐννοῶν, καὶ λογιζόμενος, εὐδαιμῶς ἐσφάλη τῆς γνώμης. Ἀλλ' ἐπείπερ ἅπαξ ἐκὼν ὁ λόγος ἐς τοῦτο ἀφῖκται· καὶ τὴν ἔυνοιαν ἣ πλήθους, καὶ τῶν ἐν τέλει, καὶ τῶν φυλάκων· οἵπερ δὴ ξυμφυλάττουσιν αὐτῷ τὴν ἀρχήν, καὶ ἀπείργουσι τὰς πολεμίους διϊέναι βούλεσθε ὑμῖν ἐναργὲς εἶπω τεκμήριον, χθὲς πω, ἢ καὶ πρώην γενόμενον; Ἀνὴρ τῶν ἐπιταχθέντων τοῖς ἐν Γαλατίᾳ στρατοπέδοις· ἴστε ἴσως καὶ τοὔνομα, καὶ τὸν τρόπον· ὅμηρον φιλίας καὶ πίστεως ἀπέλιπεν ὑδὲν δεομένῳ βασιλεῖ τὸν παῖδα. εἶτα ἦν ἀπιστότερος τῶν λεόντων, οἷς οὐκ ἔστι, φησὶ πρὸς ἄνδρας Ὅμηρος ὅρκια πιστά· ἁρπάζων τε ἐκ τῶν πόλεων τὰ χρήματα, καὶ διανέμων τοῖς ἐπιοῦσι βαρβάροις· καὶ ὥσπερ λύτρα παλαβαλλόμενος, ἐξὸν πῇ σιδήρῳ στρατεύειν, καὶ ἐ τοῖς χρήμασι ποιεῖσθαι τὴν ἀσφάλειαν. ὁ δ' ἐκείνης ὑπήγετο διὰ τῶν χρημάτων εἰς ἔυνοιαν, καὶ τέλος ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος ἀνελόμενος ἁλουργὲς ἱμάτιον, γελοίως ἀληθῶς τύραννος καὶ τραγικὸς ὄντως ἀνεφάνη. ἐνταῦθα οἱ στρατιῶται, καὶ χαλεπῶς μὲν εἶχον πρὸς τὴν ἀπιστίαν· θῆλυν δὲ οὐχ ὑπομένοντες ὁρᾶν ἐνδεδυ-

χρ. μὴ διϊέναι, βούλεσθε

χρ. τὰ ὅρκια

A ac tranquillitatis, gaudere atque esse hilatior incipit. Neptunum quippe ferunt, cum terram concutit, commotos fluctus compescere. Enimvero homines imprudentes plerumque fortuna decipit; ac, cum exiguis in rebus fluere ex voto negotia permiserit, in majoribus subira calamitate dejicit. Prudentibus porro, cum in minoribus consternati nonnihil fuerint, majoribus in rebus animum ac fiduciam suppeditat. Hoc cum Lacedæmonii ad Pylas essent experti, minime animo ceciderunt; neque Medo-
B rum irruptione perterriti sunt, tametsi trecentos e Spartiatis, cum ipso rege, ad Græciæ aditus atque angustias perdidissent. Hoc rursum Romani cum pertulissent, multo deinceps ampliora feliciter perfecerunt. Quod cum Imperator noster animo suo cogitaret, ac perspiceret, sua eum opinio non fefellit. Verum quandoquidem semel in eum sermonem inducta est oratio, ac de populi, & magistratuum, & custodum imperii benevolentia dicere cœpit, qui cum eo rempublicam conservant, atque hostium impe-
C tus propulsant: num tandem hujusce rei manifestissimum signum a me vultis audire, quod paucos ante dies contigit? Præfectus quidam Gallicarum legionum (cujus nomen ac rei gestæ seriem scire vos arbitror) amicitiæ ac fidei obsidem Imperatori nec petenti reliquerat filium suum. Deinde vero minus se leonibus ipsis fidelem præbuit; queis non sunt (ait Homerus) cum hominibus fœdera certa. Nam & in civitatibus pecunias diripiebar, & eas Barbaris irruen-
D tibus largiebatur: tanquam his redemtionis quoddam pretium persolveret, cum armis securitatem sibi conciliare, non pecuniis comparare posset. Verum ille pecuniis eos ad amorem suum pertrahere studebat: ac demum purpuream vestem ex gynæceo detractam induens, ridiculus tyrannus ac vere scenicus repente visus est. Tum vero milites eam perfidiam derestati sunt; Cumque miseri hominis aspectum ne ferre quidem potuissent, quem muliebri stola indutum

dutum cernerent; cum ne integro quidem menſe illius imperium ſuſtinuiſſent; facto in eum impetu diſcerpunt. Hunc igitur ille ab cuſtodibus imperii amoris in ſe ac benevolentiæ fructum, & juſti ac reprehenſione omni carentis imperii mercedem ſingulari admiratione dignam recepit. Quod ſi, quemadmodum ſe poſtea geſſerit, audire cupitis, hoc vos minime, ut opinor, ignoratis; eum neque in illius filium acerbius quidquam ſtatuere, neque amicos ejus ac neceſſarios ſuſpectos habere, aut aſperius tractare voluiſſe. Quibus omnibus, quoad potuit, benignum ſe ac clementem præbuit: etſi quamplurimi calumniari cuperent, & adverſus innocentes homines aculeos diſtringerent. Itaque cum multi forſitan vere iis, de quibus erant ſuſpecti, contra ſe perpetratis eſſent obnoxii; æque miſericors in omnes fuit, qui quidem convicti non eſſent, nec ſceleratorum ac perditorum conſiliorum ſocietate polluti eſſe viderentur. Hoc vero, quod ejus filio pepercit, qui nefarie ſeſe geſſerat, ac datam fidem & jusjurandum violaverat; non tandem regium eſſe ac divinum arbitrabimur? an potius Agamemnonem laudabimus indignantem, & adverſus Trojanos acerrime concitatum, non in eos ſolum, qui cum Paride venerant, & Menelai domum contumelia ſua læſerant; ſed iis inſuper, qui adhuc in utero gerebantur, quorum ne matres quidem tum fortaſſis adhuc in lucem editæ fuerant, cum ille de rapienda Helena conſilium iniret? Quod ſi tam crudele iſtud, & acerbum, atque inhumanum nequaquam decere principem videtur; ſed ei potius clementia ac bonitas humanitasque convenire, minime ut ulciſcendis injuriis gaudeat, ſed de ſubditorum ſibi calamitatibus doleat, utcunque ex contigerint: ſive ex eorum improbitate atque imperitia conflatæ, ſive extrinſecus ſint a fortuna ipſa comparatæ: hoc ſi quis, inquam, exiſtimet, ſuperiorem eſſe Imperatorem noſtrum manifeſte confitetur. Animadvertite enim, obſecro, ut erga obſidem tyranni filium parente ipſo melior fuerit ac juſtior: atque etiam erga ejusdem amicos illo ipſo fide-

A κότα ϛολὴν· τὸν δεῖλαιον ἐπιθέμενοι
ϖαραϛᾶσιν, ἅτε " τ σελήνης κύκλον χ. νὺ τ
ἄρξαι σΦῶν ἀναϛχόμενοι. Τᾶτο μὲν
δὴ ϖαρὰ τῆς τ Φυλάκων ἐυνοίας ὑ-
περῆρξε βασιλεῖ τὸ γέρας, ἀρχῆς ἀ-
μεμΦᾶς, καὶ δικαίας ἀμοιβῆ θαυμα-
ϛή. ὅς, τις ᾗ ἐπ' αὐτῇ γέγονε ποθεῖτε
ἀκέειν; ἀλλ' ἀδὲ τᾶτο ὑμᾶς λέληθεν,
ὅτι μήτε εἰς τὸν ἐκείνᾳ ϖαῖδα χαλε-
πός· μήτε εἰς τὰς Φίλους ὕποπ͡τ͡ο͡ς, κ͡ᾳ
B δεινὸς ἕιλεο γενέϑαι. ἀλλὰ, ὡς ἔνι
μάλιϛα, πρᾴως εἶχε, καὶ ἐυμενὴς πᾶ-
σιν ἦν. καί τοι ϖολλῶν συκοΦαντεῖν
ἐθελόντων, καὶ διηρμένων ἐπὶ τὰς ἀυ-
τοῖς τὰ κέντρα. Πολλῶν ᾗ τυχὸν ἀ-
ληθῶς ἐνόχων ὄντων ταῖς περὶ ἀυτὸν
ὑϖοψίαις, ὁμοίως ἅϖασιν ἦν ϖρᾶ͡ο͡ς
τοῖς μὴ ἐλεγχθεῖσιν, ἀδὲ ἀϖοΦανθεῖ-
σι κοινωνοῖς τῶν ἀτόϖων, καὶ ἐξαγί-
σων βελευμάτων. τὴν ᾗ εἰς τὸν ϑ ϖαρανομήσαν͡τ͡α͡ ϖαῖδα, κ͡ᾳ ϖατήσαν͡τ͡α͡
C ϖίσιν καὶ ὅρκια, Φεισὼ, ἆρα βασιλικὸν
ἀληθῶς καὶ ϑεῖον Φήσομεν; ἢ μᾶλλον
ἀϖοδεξόμεθα τὸν Ἀγαμέμνονα χα-
λεϖαίνοντα, καὶ ϖικραινόμενον τ Τρώων
ἀ τοῖς ξυνελθᾶσι μόνον τῷ Παρίδι, καὶ
καθυβρίκασι ϑ Μενέλεω τὴν ἑϛίαν·
ἀλλὰ καὶ τοῖς κυεμένοις ἔτι· κ͡ᾳ τυχὸν
ὧν ἀδὲ αἱ μητέρες τότε γεγόνεσαν· ὁ-
ϖότε ἐκεῖν͡ο͡ς τὰ περὶ τὴν ἁϖαγὴν ἐνε-
νόει; Εἰ δὴ τὸ μὲν ὠμόν τις οἴεται, καὶ
τραχὺ, καὶ ἀϖάνθρωϖον ἤκιϛα βασιλεῖ
D ϖρέϖειν· τὸ ϖρᾷον δὲ οἶμαι, καὶ χρηϛὸν,
καὶ Φιλάνθρωϖον ἁμάρτειν· ἤκιϛα μὲν
χαίροντι τιμωρίαις ἀχθομένῳ δὲ ἐ-
ϖὶ ταῖς τῶν ὑϖηκόων συμΦοραῖς; ὅ-
ϖως ἂν " γίνωνται· εἴτε κακία σΦῶν, χ. γίν.
καὶ ἀμαθία· εἴτε ἔξωθεν ϖαρὰ τῆς
τύχης ἐϖάγοντο· δῆλός ἐϛι τᾶτῳ δι-
δοὺς τὰ νικητήρια. Ἐννοεῖτε γ͡ρ͡, ὡς ϖε-
ρὶ τὸν ϖαῖδα γέγονε ϑ Φύσαν͡τ͡ο͡ς ἀ-
μείνων, καὶ δικαιότερ͡ο͡ς· ϖερὶ ᾗ τὰς
ἐκείνᾳ Φίλους, ϖιϛότερ͡ο͡ς ϑ τὴν Φιλίαν

κ. μάλ. ὁμολογήσαιμι. ὁ μὲν γὰρ ἅπαντας πρᾶττο· ὁ δὲ ἀπέσωσεν ἅπαντας. καὶ εἰ μὲν ἐκεῖνος ταῦτα περὶ τοῦ βασιλέως ἐγνωκώς· ἅτε ἐν πολλῷ χρόνῳ τὸν τρόπον κατανοήσας· σφόδρα ἐπίστευεν, ἀσφαλῶς μὲν οἱ τὰ τοῦ παιδὸς, βεβαίως δὲ τὰ τῶν φίλων· σωφρὴ μὲν ὀρθῶς· πολλάκις γὰρ ἦν ἀνδρεῖος, καὶ μοχθηρὸς, καὶ δυσυχὴς, πολέμιος ἐθέλων εἶναι τῷ τοιούτῳ, ᾧ ὢν σφόδρα ἀγαθὸν, καὶ διαφερόντως πρᾶον ἠπίστατο, μισῶν καὶ ἐπιβουλεύων, καὶ ἀφαιρούμενος, ὧν ἀδαμῶς ἐχρῆν. εἰ δὲ ἀνελπίστου μὲν οἱ τὸ παιδὸς τῆς σωτηρίας τυγχανούσης· χαλεπῆς δὲ, καὶ ἀδυνάτου τῶν φίλων, ᾧ τῶν συγγενῶν, τὴν ἀπιστίαν ὅμως προείλετο· ὁ μὲν ἦν καὶ διὰ ταῦτα μοχθηρὸς, καὶ ἀνόητος, καὶ ἀγελώτερος τῶν θηρίων· ὁ δὲ ἥμερος, καὶ πρᾷος, καὶ μεγαλόφρων· ᾧ μὲν νηπίου καταλειφθέντος τὴν ἡλικίαν, καὶ τὸν τρόπον· τοῖς δὲ ἀκ᾽ ἐλεγχθεῖσι πράως ἔχων· ᾧ δὲ ὑπεριδὼν, καὶ καταφρονήσας τῶν᾽ πονηρευσαμένων. ὁ γὰρ ἂ μηδὲ τῶν ἐχθρῶν τις, διὰ μέγεθος ὧν αὐτῷ σύνοιδεν ἀδικημάτων, ἐλπίζῃ, συγχωρῶν· εἰκότως ἀρείης ἐστὶ νικηφόρος· τὴν δίκην μὲν ἐπὶ τὸ κρεῖττον, καὶ πραότερον μεταλιθείς· σωφροσύνῃ᾽ δὲ ὑπερβαλλόμενος τὰς τὸ μέτριον ἐπιλιθέντας ταῖς τιμωρίαις· ἀνδρείᾳ δὲ διαφέρων, τῷ μηδένα πολέμιον ἀξιόχρεων ὑπολαμβάνειν· φρόνησιν δὲ ἐπιδεικνύμενος, τῷ συγκαταλύειν τὰς ἔχθρας, καὶ ἀ παραπέμπειν εἰς τοὺς παῖδας, καὶ εἰς ἐγγόνους, προφάσει τοῦ ἀκριβῶς δίκης, καὶ βέλεσθαι περ ἐπιεικῶς μάλα, πῖτυος δίκην, τῶν πονηρῶν ἀφανίζειν τὰ σπέρματα. ἐκείνων γὰρ δὴ καὶ τὸ ἔργον τόδε· καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ τὴν εἰκόνα παλαιὸς ἀπέφηνε λόγος. Ὁ δὲ ἀγαθὸς βασιλεὺς, μιμούμενος ἀτεχνῶς τὸν θεὸν, οἶδε μὲν καὶ

deeſt τὸν τρ. in al. MSS. f. ὁμοῦν

κ. συνὶη

κ. ἐξελεγχθεῖσι

κ. πονηρευμάτων

κ. τε

A lior, qui cum iis fœdus atque amicitiam conjunxerat. Ille enim deſeruit omnes; iſte ſervavit. Ac ſi ille hæc de Imperatore ſuſpicatus, utpote cujus mores atque ingenium jamdudum perſpexerat, ita perſuaſum haberet, cum filium ſuum, tum vero amicos tutos atque extra omne periculum collocatos eſſe; recte hoc quidem ſenſerat: ſed hoc ipſo fraudulentiſſimus, ac peſſimus, & infideliſſimus erat, qui ejusmodi viri hoſtis eſſe vellet, quique eum, quem optimum & longe humaniſſimum norat, odiſſet, ei- B que inſidias ſtrueret, & ea, quæ minime oporteret, conaretur eripere. Sin de ſalute filii deſperaret, amicos vero ac propinquos ægre ſervari poſſe, aut ne poſſe quidem, putaret, & nihilominus perfidiam hanc animo conciperet; fuit hic ſane ob eas res improbus, ac demens, & feris ipſis immanior: ille autem mitis, ac clemens, & egregia animi magnitudine præditus, qui & infantis ætatis ac morum miſertus ſit, & in eos qui maleficii convicti non eſſent, fuerit beni- C gnus, ac denique & illum aſpernatus ſit, & ſceleratos homines ac perditos contemſerit. Nam qui ea indulget, quæ ne hoſtium quidem aliquis præ facinorum, quorum ſibi conſcius eſt, atrocitate ſperat; merito hic virtute omnibus antecellit: cum & juris rationem ad id, quod melius & humanius eſt, transferat, & eos moderatione animi ſuperet, qui in irrogandis ſuppliciis modum ac rationem adhibuerunt: & idem fortitudine in eo præſtet, quod nullum ho- D ſtem parem virtuti ſuæ & idoneum eſſe duxerit: prudentiam vero ſuam eo maxime comprobet, quod ſimultates ſuſtulerit, nec eas, per ſpeciem juris acrius perſequendi, & improborum ſtirpis, pinus in morem, funditus extinguendæ, ad liberos poſteroſque propagarit. Illorum enim factum iſtud proprium eſt; eaque ad id ſimilitudo veteri eſt accommodata proverbio. At egregius princeps, qui vere ac ſincere Deum imitatur, non ignorat apum examina etiam

e ſaxis

e ſaxis evolare, atque ex amariſſimo ligno longe ſuaviſſimum oriri fructum: ficus, inquam, ſuaves ac jucundas: atque e ſpinis punicam malum: ac ſi quæ alia ex aliis prodeunt, eorum, a quibus propagantur ac gignuntur, diſſimilia. Quapropter minime committendum eſſe putat, ut ea, antequam matura fuerint, profligentur; ſed expectandum eſſe tempus ſuum, ac permittendum, ut parentum ſtoliditate ac vecordia excuſſa, boni atque frugi liberi fiant. Qui ſi paternorum inſtitutorum imitatores eſſe maluerint, opportuno tempore pœnas perſolvant, non ad alienorum criminum ac calamitatum occaſionem extincti.

A ἐκ τῶν πετρῶν ἐσμὸς μελιτῶν ἐξιπλαμένης· καὶ ἐκ δ' δριμυτάτου ξύλου τὸν γλυκὺν καρπὸν φυόμενον· σῦκά φημι τὰ χαρίεντα· καὶ ἐξ ἀκανθῶν τὴν σίδην, καὶ ἄλλα ἐξ ἄλλων φυόμενα, ἀνόμοια τοῖς γεννῶσι καὶ ἀποτίκτουσιν. ἀκουῆ οἴεται" χρῆναι ταῦτα πρὸ τῆς ἀκμῆς διαφθείρειν· ἀλλὰ περιμένειν τ' χρόνον, ᾗ ἐπιτρέπειν αὐτοῖς, ἀπωσαμένους τῶν παλαιῶν τὴν ἄνοιαν καὶ τὴν μωρίαν, ἀγαθοῖς γενέσθαι καὶ σώφροσι· ζηλωτὰς δὲ γενομένους τῶν πατρώων ἐπιτηδευμάτων, ὑφέξειν ἐν καιρῷ τὴν δίκην· οὐκ ἀλλοτρίοις ἔργοις, καὶ συμφοραῖς παραναλωθέντας. χ. ταῦτα χρῆναι

B

Sanin igitur vobis videmur veræ laudationis numeros expleſſe? An etiam de fortitudine gravitateque morum audire amplius aliquid vultis? utque non ſolum ab hoſte ſuperari nequeat, ſed neque ab turpi unquam cupiditate ſit victus, aut egregiæ alicujus ædis, aut villæ magnificæ, aut baccatorum ſmaragdis monilium amore flagrans, ea vi aut precario iis, quorum erant, abſtulerit? Sed nec liberæ cujusquam, aut ſeruæ illicitam atque iniquam conſuetudinem adamarit? Addo etiam, non illorum bonorum, quæ annuæ tempeſtates ferunt, nimiam experere ſaturitatem. Non illum æſtivo tempore glaciei cupido ſollicitat, neque habitationem ſuam pro temporum varietate commutat. Verum iis maxime, quæ laborant, imperii D parribus adeſt ſemper, frigoris æque ac caloris immodici patiens. Quorum omnium ſi certa vobis indicia atque ſigna profetre velim, non obſcura quidem in medium adducam, neque horum inopia laborabo; ſed longa ac prolixa nimium mea erit oratio. Neque vero Muſis hærere tanto tempore atque operari vacat; ſed tempus eſt deinceps, ut me ad opus ipſum convertam.

C

Ἆρ' ἔν ὑμῖν ἱκανῶς δοκοῦμεν ἐκτελεκέναι τ' ἀληθινὸν ἔπαινον; ἢ ποθεῖτε ἀκοῦειν ὑμεῖς καὶ τὴν καρτερίαν, καὶ τὴν σεμνότητα; καὶ ὡς ὐ μόνον ἐστὶ τῶν πολεμίων ἀήττητος· ἀλλ' ὅτε αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας ἑάλω πώποτε· ὅτε οἰκίας καλῆς· ὅτ' ἐπαύλεως πολυτελοῦς· οὔτε ὅρμων σμαραγδίνων ἐπιθυμήσας ἀφείλετο βίᾳ, ἢ καὶ πειθοῖ τὰς κεκτημένους. ἀλλ' ὐδὲ γυναικὸς ἐλευθέρας, ὐδὲ" θεραπαινίδος· οὔτε ὅλως τὴν ἄδικον ἀφροδίτην ἠγάπησε. καὶ ὡς ὐδὲ ὧν ὥραι φύουσιν ἀγαθῶν ἄμετρον ἀπαιτεῖ πλησμονήν. ὐδὲ αὐτῷ θέρους ὥρᾳ τὰ κρυσάλλου μέλῃ· ὅτε μεταβάλλῃ πρὸς τὰς ὥρας τὴν οἴκησιν. τοῖς πονουμένοις δὲ ἀεὶ πάρεσι τῆς ἀρχῆς μέρεσιν, ἀντέχων καὶ πρὸς τὸ κρύος, καὶ πρὸς τὰ θάλπη τὰ γενναῖα. Τούτων δὲ εἴ με κελεύοιτε φέρειν ὑμῖν ἐμφανῆ τὰ τεκμήρια, γνώριμα μὲν ἐρῶ, καὶ ὐκ ἀποφήσω· μακρὸς δὲ ὁ λόγος· καὶ διωλύγιος. ἐμοί τε ὐ σχολὴ τὰς μούσας ἐπὶ τοσοῦτον θεραπεύειν· ἀλλ' ὥρα λοιπὸν πρὸς ἔργον τρέπεσθαι. χ. θεραπαίνης

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ

ΕΓΚΩΜΙΟΝ

ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ ΕΥΣΕΒΙΑΝ.

χρ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ, ΕΥΣΕΒΙΑΣ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ

IVLIANI IMP.

ENCOMIUM

IMPERATRICIS EVSEBIÆ.

ΛΟΓΟΣ Γ.

ΠΟΤΕ ποτὲ ἄρα χρὴ διανοεῖσθαι περὶ τῶν ὀφειλόντων μεγάλα, καὶ ὑπὲρ μεγάλων ἔτι φημὶ χρυσίον, ἀδὲ ἀργύριον, ἀλλὰ ἁπλῶς ὅ,τι ἂν τύχοι τις παρὰ θεῶν πέλας εὖ παθών· εἶτα τοιαῦτα μὲν ἀπολίνειν ἔτε ἐπιχειροῦντων, ἔτε δυναμένων, ῥᾳθύμως ἢ καὶ ὀλιγώρως ἐχόντων πρὸς τὸ τὰ δυνατὰ ποιεῖν, καὶ διαλύεσθαι τὸ ὄφλημα; ἢ δηλονότι Φαύλης καὶ μοχθηρὸς νομισέον; Οὐδενὸς γὰρ, οἶμαι, τῶν ἄλλων ἀδικημάτων ἔλαττον μισοῦμεν ἀχαριστίαν, καὶ ὀνειδίζομεν τοῖς ἀνθρώποις, ὅταν εὖ παθόντες περὶ τοὺς εὐεργέτας ὧσιν ἀχάριστοι. ἔστι δ' οὐχ οὗτος ἀχάριστος μόνον, ὅστις εὖ παθὼν, δρᾷ κακῶς ἢ λέγει· ἀλλὰ καὶ ὅστις σιωπᾷ καὶ ἀποκρύπτει, λήθη παραδιδοὺς καὶ ἀφανίζων τὰς χάριτας. Καὶ τὰ μὲν θηριώδους ἐκείνης, καὶ ἀπανθρώπου μοχθηρίας σφόδρα ὀλίγα καὶ ἐναρίθμητα κομιδῇ τὰ παραδείγματα. πολλοὶ δ' ἀποκρύπτεσθαι τὸ δοκεῖν εὖ παθεῖν, οὐκ οἶδα ὅ,τι βουλόμενοι. Φασὶ δ' ὅμως θωπείας τινὸς, καὶ ἀγεννοῦς κολακείας τὸν ἀληθῆ δόξαν ἐκκλίνειν. Ἐγὼ δὲ οὗτοι μὲν ὅτι μηδὲν ὑγιὲς λέγουσι σα-

χρ. τύχῃ

χρ. δῆλον ὅτι

χρ. κολακείας ἢ δέξαι

Oratio III.

QVID tandem de iis existimandum est, qui, cum magna nomina, magnisque de rebus contraxerint: (non jam aurum aut argentum loquor, sed de omni omnino re, in qua quispiam ab alio beneficio sit affectus) nihilominus gratiam pro iis persolvere neque conentur, neque possint; sed ad ea, quæ præstare queunt, referenda, ac dissolvendum debitum, negligentes se ac remissos præbeant? Nonne illi jure mali atque improbi censendi sunt? Neque enim ullum puto crimen esse, quod majore apud homines in odio sit, quam ingrati animi vitium, quodque aliis exprobrent magis, cum accepto beneficio ingrati erga bene de se meritos videntur. Est autem is ingratus, non modo qui *beneficio affectus* mali aliquid facit, aut dicit; sed etiam qui tacet, ac dissimulat, & alterius in se meritorum obliviscitur, atque eorum memoriam extinguit. Ac ferinæ hujus & inhumanæ pravitatis exigua admodum & rara sunt exempla. Plerique vero sunt qui beneficio se aliquo affectos esse videri nolint ac dissimulent. In quo quid sibi velint, non video. Verum ita dicunt, assentationis & illiberalis adulationis falsam se suspicionem vereri. Ego vero tametsi nihil eos sani

ſani dicere certiſſime ſcio; nihilominus præ-
termitto, atque id illis volo concedere, ef-
fugere eos, quemadmodum putant, falſam
adulationis famam; cum interim multis ſi-
πρὸς ταύταις ἐνέργεια θαυμασὴ Φαί- καὶ τὸ
C νεται περὶ τὸν βασιλέα τῶν ὅλων ἥλιον ἡ τοῖς κρείττοσι γένεσιν ἐνδιδομένη μοῖ- Voſſ. μοῖ-
ρα βελτίων, ἀγγέλοις, δαίμοσιν, ἥρωσι, ρα· βελ-
ψυχαῖς τε μεριστοῖς, ὁπόσαι μένουσιν ἐν τίων ἀγ-
παραδείγματος καὶ ἰδέας λόγῳ, μήποτε γέλοις
ἑαυτὰς διδοῦσαι σώμασι. Τὴν μὲν οὖν Voſſ.
προκόσμιον οὐσίαν τοῦ θεοῦ, δυνάμεις τε ἀντὰς
αὐτοῦ καὶ ἔργα, τοῦ βασιλέως τῶν ὅλων ὑμνοῦντες ἥλιον, ἐφ' ὅσον ἡμῖν οἷόν τε ἦν ἐφικέσθαι τῆς περὶ αὐτὸν εὐφημίας σπεύδοντες, διεληλύθαμεν. Ἐπεὶ δὲ ὄμμα-
D τα, φασὶν, ἀκοῆς ἐστι πιστότερα, καί τοι τῆς νοήσεως ὄντα γε ἀπιστότερα καὶ ἀσθενέστερα· φέρε καὶ περὶ τοῦ ἐμφανοῦς αὐτοῦ δημιουργίας, αἰτησάμενοι παρ' αὐτοῦ, τὸ μετρίως εἰπεῖν πειραθῶμεν.

Ὑπέρη μὲν οὖν περὶ αὐτὸν ὁ φαινόμενος κόσμος ἐξ αἰῶνος ἔδραν ἔσχε Voſſ. ἐξ
τὸ περικόσμιον φῶς ἐξ αἰῶνος ὀχὶ νῦν αἰῶνος κόσμος
μὲν, τότε δὲ οὔ· ὁδὲ ἄλλοτε ἄλλως· ἀεὶ δὲ ὡσαύτως. ἀλλ' εἴ τις ταύτην τὴν διαιώνιον φύσιν ἄχρις ἐπινοίας ἐθελήσειε χρονικῶς καταλαβεῖν, τὸν βασιλέα τῶν

ὅλων ἥλιον ἀθρόως καταλάμπουσα ῥᾳ̃ϛα ἂν γνοίη, πόσων αἴτιός ἐϛι δὶ αἰῶνος ἀγαθῶν τῷ κόσμῳ. Οἶδα μὲν οὖν καὶ Πλάτωνα τὸν μέγαν, καὶ μετὰ τοῦτον ἄνδρα τοῖς χρόνοις μέν, ὅτι μὴν "Φύσῃ καταδεέϛερον· τὸν Χαλκιδέα Φημὶ τὸν Ἰάμβλιχον ὃς ἡμᾶς τά τε ἄλλα περὶ τὴν Φιλοσοφίαν, καὶ δὴ καὶ ταῦτα διὰ τῶν λόγων ἐμύησεν· ἄχρις ὑποθέσεως τῷ γεννητῷ προσχρωμένους, καὶ οἱονεί χρονικήν τινα τὴν ποίησιν ὑποτιθεμένους· ἵνα τὸ μέγεθος τῶν παρ' αὐτῶ γινομένων ἔργων ἐπινοηθείη. Πλὴν ἀλλ' ἔμοιγε τῆς ἐκείνων ἀπολειπομένῳ παντὶ πάσι δυνάμεως, εὐδαιμῶς ἐϛι παρακινδυνευτέον "εἴπερ ἀκίνδυνον ὐδὲ "αὐτὸ τὸ μέχρι ψιλῆς ὑποθέσεως χρονικήν τινα περὶ τὸν κόσμον ὑποθέσθαι ποίησιν" ὁ κλεινὸς ἥρως ἐνόμισεν Ἰάμβλιχος. Πλὴν ἀλλ' ἐπεὶ περ ὁ θεὸς ἐξ αἰωνίας "προῆλθεν αἰτίας μᾶλλον δὲ προήγαγε πάντα ἐξ αἰῶνος, ἀπὸ τῶν ἀφανῶν τὰ φανερὰ βουλήσει θείᾳ καὶ ἀῤῥήτῳ τάχει, καὶ ἀνυπερβλήτῳ δυνάμει πάντα ἀθρόως ἐν τῷ νῦν ἀπογεννήσας χρόνῳ, ἀπεκληρώσατο μὲν οἷον οἰκειοτέραν ἕδραν τὸ μέσον ἀέρος. ἵνα παντα χόθεν ἴσα διανέμῃ "τὰ ἀγαθὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶ, καὶ σωὶ αὐτῷ προελθοῦσι θεοῖς· ἐπίροπεύῃ δ' τὰς ἑπτὰ, καὶ τὴν ὀγδόην ἀέρος κυκλοφορίαν ἐνάτην τε, οἶμαι, δημιουργίαν τὴν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ συνεχεῖ διαιωνίως ἀνακυκλουμένην γένεσιν. Οὔτε γὰρ πλάνητες εὔδηλον ὅτι περὶ αὐτὸν χορεύοντες, μέτρον ἔχουσι τῆς κινήσεως τὴν πρὸς τὸν θεὸν τόνδε τοιάνδε περὶ τὰ σχήματα συμφωνίαν· ὅτε ὅλος ἀέρας "αὐτῶ κατὰ πάντα συναρμοζόμενος ἑαυτῷ τὰ μέρη, θεῶν ἔϛιν "ἐξ ἡλίου πλήρης. ἔϛι γὰρ ὁ θεὸς ὅδε πέντε μὲν κύκλων ἄρχων κατ' ἀρανὸν, τρεῖς δ' ἐκ τούτων ἐπιὼν, ἐν τρισὶ τρεῖς γεννᾷ τὰς χάριτας. οἱ λεγόμενοι δὲ μεγάλης "εἰσὶν ἀνάγκης πλάϛιγγες. Ἀσύνετον ἴσως λέγω τοῖς

A rege omnium Sole, qui confeſtim omnia ſua luce colluſtrat, facillime cognoſcet, quanta vis ab illo, velut principio, bonorum in hunc mundum ex æterno proficiſcatur. Non me præterit tam magnum Platonem, quam, qui tempore, non tamen indole, poſterior extitit, Chalcidenſem Jamblichum; qui cum alia in Philoſophia multa, tum hæc ipſa nos arcana libris ſuis edocuit; hypotheſi tenus genitum adhibuiſſe, ac temporariam quandam effectionem diſputationis tantummodo gratia poſuiſſe; ut eorum, quæ ab illo fiunt, magnitudo utcunque capiatur. Mihi vero, qui ingenii vi ac facultate omnino ſum illis inferior, nequaquam hæc ſubeunda eſt alea: præſertim cum ne iſtud quidem, vel diſputationis tantum gratia temporariam circa mundum effectionem ponere, periculo careat; quod Heroi illi magno Jamblicho videbatur. Verum cum ab æterno principio Deus ille proceſſerit: vel ab æterno potius univerſa produxerit: ex latentibus apparentia, divina voluntate, & inexplicabili celeritate, atque inſuperabili virtute ſimul omnia in præſenti tempore generans; ideo mediam cœli regionem velut accommodatiorem ſibi ſortitus eſt: ut productis a ſe ſecumve Diis æqualiter bona diſtribuat: nec non ut ſeptenos, & octavum adeo cœli orbem ac circuitum gubernet: tum nonam inſuper effectionem, quæ in generatione & interitu ſempitemam habet viciſſitudinem. Nam quod ad Planetas attinet, perſpicuum eſt ipſos circa Solem velut choros agentes, motus ſuos non aliter, quam certis ad illum Deum figurarum conformationibus, habere dimenſos: tum cœlum univerſum, ſuis omnibus partibus eidem congruens, Deorum ab Sole multitudine completur. Etenim Deus iſte quinque per cœlum orbibus præeſt; quorum tres obiens, totidem Gratias gignit: cæteri magnæ neceſſitatis lances eſſe dicuntur. Hæc ſunt Græcis forſitan obſcuriora. Quaſi vero commu-

Voſſ. τῇ Φύσῃ
Voſſ. αὐτῷ
χρ. ποίησιν· ὡς ὁ κλ.
Voſſ. παρῆλθεν
Voſſ. τἀγαθὰ
ſ. αὐτῷ
Voſſ. τὸ ἐξ ἡλ. πλῆρες
Voſſ. ἀνάγκης εἰσὶ

communia tantummodo & contrita dicenda ſint. Atqui ne hoc quidem, ut videri cuipiam poſſit, prorſus inuſitatum ac peregrinum eſt. Nam Dioſcuri cujusmodi tandem a vobis eſſe creduntur? o ſapientiſſimi, & citra inquiſitionem pluribus aſſentientes! Nonne alternis diebus vivere ideo dicuntur, quod eodem ambos die videri non liceat: puta, ut vos intelligitis, heſtemo & hodierno? Tum hoc, per eosdem Caſtores, cum animo tuo cogita: mecum id, inquam, ad naturam & rem quampiam applicare ſtude; ne quid novi inſulſive dicamus. Verum nihil reperiemus ejusmodi, licet accuratiſſime perſcrutemur. Nam, quod nonnulli inter Theologos hemiſphæria illa duo mundi ſignificare voluerunt, id ad rem minime pertinet. Cur enim horum unumquodque *ἑτερήμερον*, id eſt alternans diem, appelletur, ne fingi quidem cogitatione facile poterit; cum illorum colluſtratio paulatim ſine ſenſu quotidianis incrementis augeatur. Nunc ea porro conſideremus, in quibus innovare aliquid videri cuipiam poſſimus. Igitur ejusdem participes eſſe diei jure illi dicendi ſunt, quibus ſolaris ſupra terram progreſſionis æquale tempus uno eodemque menſe contingit. Animadvertat modo quisquam, ecquid alternatio illa diei cum aliis circulis, tum vero tropicis, accommodari queat. Atqui, ut hoc aliquis exiſtimet, diſpar tamen eſt ratio. Quippe circuli iſti ſemper apparent, & iis, qui adverſas umbrarum ſitu plagas incolunt, utrinque ambo conſpicui ſunt. At iſtorum qui alterum vident, alterum videre nullo modo poſſunt. Sed ne diutius his in rebus explicandis commorer; Sol, ut ſcimus, converſiones annuas efficiens, tempeſtatum parens eſt. Idem a polis nullo modo recedens, Oceanus eſſe poteſt, duplicis ſubſtantiæ dux & princeps. An & hic obſcuri aliquid loquimur? cum tamen idipſum tanto ante nos Homerus cecinerit:

Oceani, quæ nativitas cunctis
fuit;

mortalium pariter, ac Deorum, ut idem diceret, beatorum genesi. Vere id quidem.

A Ἕλλησιν· ὥσπερ δέον μόνον τὰ σωϊόθη, καὶ γνώριμα λέγειν. ὃ μὲν δὴ τοῦτό ἐστιν, ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, παντελῶς ξένον. οἱ Διόσκυροι τίνες ἡμῖν εἰσίν; (ὦ γε ὑμῖν σοφώταλοι καὶ ἀβασανίστως τὰ πολλὰ παραδεχόμενοι) οὐχ ἑτερήμεροι λέγονται, διότι μὴ θέμις ὁρᾶσθαι τ' αὐτῆς ἡμέρας; ἡμεῖς ὅπως ἀκούσε εὔδηλον ὅτι τῆς χθὲς καὶ τήμερον. εἶτα οὐ νοεῖ ἐν τοῦτο, πρὸς αὐτῶν τ' Διοσκούρων, ἑφαρμόσωμεν αὐτὸ φύσει τινὶ ἢ πράγματι, B κοινὸν ἵνα μηθὲν, μηδὲ ἀνόητον λέγωμεν. ἀλλ' ἴσμεν εὑροιμεν ἀκριβῶς ἐξετάζοντες. Οὐδὲ γὰρ ὡς ὑπέλαβον εἰρῆσθαί τινες πρὸς τ' θεολόγων, ἡμισφαίρια τὰ παντὸς τὰ δύο, λόγον ἔχει τινά. πῶς γὰρ ἔστιν ἑτερήμερον αὐτῶν ἕκαστον, οὐδὲ ἐπινοῆσαι ῥᾴδιον· ἡμέρας ἑκάστης ἀναπαιομένης τ' καθ' τὸν φωτισμὸν αὐτῶν παραυξήσεως γινομένης. σκεψώμεθα δὲ νῦν ὑπὲρ ὧν αὐτοὶ καινοτομεῖν ἴσως τῳ δοκοῦμεν. τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐκεῖνοι C μετέχειν ὀρθῶς ἂν ῥηθείεν, ὁπόσοις ἴσος ἐστὶν ὁ τῆς ὑπὲρ γῆν ἡλίου πορείας χρόνος ἐν ἑνὶ τῷ αὐτῷ μηνί. ὁράτω τις νῦν εἰ μὴ τὸ ἑτερήμερον τοῖς κύκλοις ἐφαρμόζει τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τοῖς τροπικοῖς. ὑπολήψεταί τις, οὐκ ἴσον ἐστίν. οἱ μὲν γὰρ ἀεὶ φαίνονται, τοῖς τὴν ἀρκτικὸν οἰκοῦσι γῆν ἀμφοτέρους ἀμφοτέρων ὁρῶσιν, οἱ θάτερον ὁρῶντες οὐδαμῶς ὁρῶσι θάτερον. ἀλλ' ἵνα μὴ πλείω περὶ τ' αὐτῶν D λέγων διατείνω τὰς τροπὰς ἐργαζόμενος, ὥσπερ ἴσμεν, πατὴρ ὡρῶν ἐστιν· οὐκ ἀπολείπων δὲ οὐδαμῶς τὰς πόλεις Ὠκεανὸς ἂν εἴη, διπλῆς ἡγεμὼν οὐσίας. μῶν ἀσαφές τι καὶ τοῦτο λέγομεν; ἐπείπερ πρὸ ἡμῶν αὐτὸ καὶ Ὅμηρος ἔφη·

Ὠκεανὸν, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται, Iliad. Ξ. v. 246.
θνητῶν τε, θεῶν θ', ὡς ἄν αὐτὸς φαίη, μακάρων· ἀληθῶς. καὶ γὰρ τῶν

 πάντων

πάντων ὐδέν ἐστιν, ὃ μὴ τ̃ Ὠκεανῦ πέφυκεν ὐσίας ἔκγονον. Ἀλλὰ τί τῦτο πρὸς τὰς πολλὰς βύλῇ σοι φράσω; καίτοι σιωπᾶσθαι κρεῖττον ἦν· εἰρήσεται δὲ ὅμως. λέγω γᾶν, εἰ καὶ μὴ πάντες ἑτοίμως ἀποδέξονται.

Ὁ δίσκος ἐπὶ τῆς ἀνάτρω φέρεται, πολὺ τ̃ ἀπλανῦς ὑψηλότερος. κ̀ ὅτω δὲ τῶν μὲν πλανωμένων ὐχ ἕξῃ τὸ μέσον· τελῶν δὲ τ̃ κόσμων, καὶ τὰς τελεστικὰς ὑποθέσεις εἰ χρὴ τὰ τοιαῦτα καλεῖν ὑποθέσεις· ἀλλὰ μὴ ταῦτα μὲν δόγματα· τὰ δὲ τ̃ σφαιρικῶν, ὑποθέσεις. οἱ μὲν γὰρ θεῶν, ἢ δαιμόνων μεγάλων δή τινων ἀκύσαντες φασὶν οἱ δὲ ὑποτίθεσθαι τὸ πιθανὸν ἐκ τῆς πρὸς τὰ φαινόμενα συμφωνίας. αἰνεῖν μὲν ὖν ἄξιον καὶ τύσδε· πιστεύειν δὲ ἐκείνοις, ὅτῳ βέλτιον εἶναι δοκεῖ, τῦτον ἐγὼ παίζων καὶ σπυδάζων ἀγαμαί τε, καὶ τεθαύμακα. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, φασί.

Πολὺ ὖ, πρὸς οἷς ἔφην, πλῆθός ἐστι τῶν "περσυρανίων θεῶν· ὃς καλεσόησαν οἱ τὸν ὐρανὸν μὴ παρέργως, μηδὲ ὥσπερ τὰ βοσκήματα θεωρῆσαι. τὰς τρεῖς γ̀ τέλεια χῇ τέμνων, διὰ τὴν ζ̃ ζωοφόρυ κύκλυ πρὸς ἕκασον αὐτῶν κοινωνίαν, τῦτον αὖθις τ̃ ζωοφόρον εἰς δώδεκα θεῶν δυνάμεις διαιρεῖ. καὶ μέν τοι τύτων ἕκασον εἰς τρεῖς. ὥς τε ποιεῖν ἓξ ἐπὶ τοῖς τριάκοντα. ἔνθεν οἶμαι καθήκ ἄνωθεν ἡμῖν ἐξ ὐρανῦ τριπλῆ χαρίτων δόσις, ἐκ τ̃ κύκλων, ἃς ὁ θεὸς ὅδε τέλεια χῇ τέμνων τὴν τετραπλῆν ἐπιπέμπ τῶν ὡρῶν ἀγλαΐαν· αἳ δὴ τὰς τροπὰς ἔχυσι τ̃ καιρῶν. κύκλον τε καὶ αἱ χάριτες ἐπὶ γῆς διὰ τῶν ἀγαλμάτων μιμῆσθαι. χαριδότης δέ ἐστιν ὁ Διόνυσος εἰς ταὐτὸν λεγόμενος ἡλίῳ συμβασιλεύειν. τί ὖν ἔτι σοι τὸν Ὧρον λέγω, καὶ τὰ ἄλλα θεῶν ὀνόματα, τὰ πάντα ἡλίῳ προσήκοντα; συνῆκαν γ̀ ἄνθρωποι τὸν θεὸν ἐξ ὧν ὁ θεὸς ὅδε ἐργάζεται,

περὶ τῶν ὐρανίων θεῶν

Nam nihil eſt ex omnibus, quod non de Oceani ſubſtantia natum propagatumque ſit. Verum quid iſtud ad vulgus pertineat, viſne tibi ut explicem? Quanquam ſilere fortaſſe melius eſſet; ſed nihilominus eloquar. Dicam igitur, tametſi non omnes bonam in partem accepturi ſunt.

Orbis ille ſolaris in ſtellis vacua ſphæra longe illa, quæ fixas continet, altior movetur. Ita fit ut errantium medius non ſit, ſed mundorum trium; ut in myſticis hypotheſibus traditur. Si tamen hypotheſes appellandæ ſunt, ac non potius iſta quidem dogmatum; ſphærica vero hypotheſeon vocabula mereantur: nam illa teſtes habene eos, qui a Diis, vel magnis Dæmonibus audierunt; altera vero ſumuntur ab iis, qui ex apparentium conſenſione ac concordia quod probabile videtur eſſe conſtituunt. Quare ut iſtos laudare, ſic illis fidem tribuere, ſi quis melius eſſe judicet; hunc ego ludens pariter ac ſerio agens amplector & admiror. Sed hæc, ut vulgo dicunt, ejusmodi ſunt.

Præter hos vero, quos dixi, innumerabilis eſt cœleſtium multitudo Deorum ab iis animadverſa, qui cœlum non obiter, nec pecudum more, contemplati ſunt. Ac tres illos mundos quadrifariam ſecans; propter ſigniferi circuli cum unoquoque communionem; hunc rurſus ipſum ſigniferum duodecim in Deorum vires dividit: atque horum ſingulos in tres alias: ita ſex & triginta conficiuntur. Hinc triplex, opinor, ad nos e cœlo Gratiarum largitio proficiſcitur; ex iis videlicet circulis, quos Deus ille quadrifariam tribuens, quadripartitam annuarum tempeſtatum gratiam immittit. Quin & circulum Gratiæ in terris ſimulacris ſuis imitantur. Bacchus vero gratificus eſt, qui cum Sole commune regnum obtinere dicitur. Quid hic Horum commemorem, aliave Deorum nomina, quæ in Solem univerſa conveniunt? Homines quippe Deum hunc intellexerunt ex iis, quæ vi ſuapte molitur;

cum

cum cœlum omne bonis intelligibilibus perficit, idque pulcritudinis ſuæ particeps reddit. Atque hinc exoriſus ſeſe totum ac per partes ad bonorum profuſionem applicat. **** Omni quippe motui, ad extremam usque mundi regionem, naturæ inſuper omni animæque præſident: ac quicquid uspiam eſt, id omne & ubique perficitur. Hunc tam copioſum Deorum exercitum in ſingularem & primariam unitatem componens, Minervam ei Pronœam attribuit: quam e vertice Jovis ortum habuiſſe narrant fabulæ; nos ex toto Sole rege prodiiſſe totam, & in ipſo comprehenſam, credimus. In quo eatenus a fabula differimus, quod non e ſummo vertice, ſed totam e toto natam eſſe volumus. Nam alioqui, cum nihil Solem inter & Jovem intereſſe putemus, veterem ad opinionem accedimus. Hoc ipſum deinde Pronœam Minervam eſſe dicentes, novi nihil uſurpamus, ſi recte id aſſequimur:

Venit ad Pythonem, & ad Minervam Pronœam.

Sic antiqui Minervam Pronœam Apollini, qui nihil ab Sole differre videbatur, aſſidere voluerunt. Ac neſcio an non Homerus divino quodam inſtinctu (hunc enim divino furore veriſimile eſt fuiſſe correptum) iſtud ipſum in poeſi ſua paſſim vaticinando cecinerit:

Honore vero afficiar, quemadmodum honoratur Minerva & Apollo;

nimirum ab Jove: qui & idem eſt cum Sole. Sicut rex Apollo propter notionum ſimplicitatem cum Sole communicat; ſic & Minervam credibile eſt, cum & ab ipſo ſubſtantiam traxerit, ejusque perfecta ſit intellectio, Deos illos, qui Solem circumſtant, ſine ulla confuſione, cum rege omnium Sole in unum contrahere: eandemque de ſummo cœli vertice ſinceram illibatamque vitam per ſeptenos orbes ad Lunam usque derivare ac tribuere. Quam quidem Lunam orbicularium corporum ultimam

A σύμπαντα ὑρανὸν τοῖς νοεροῖς ἀγαθοῖς τελειωσάμενος, καὶ μεταδὺς αὐτῷ τῦ νοητῦ κάλλυς. ἀρξάμενός τε ἐκεῖθεν, ὅλον τε αὐτὸν ϗ καθ' μέρη τῇ τ' ἀγαθῶν ἀνδρῶν δόσῃ. **** πᾶσαν γὰρ ἐπιτροπεύσει κίνησιν ἄχρι τ' τελευταίας τῦ κόσμυ λήξεως· Φύσιν τε, καὶ ψυχὴν, ϗ πᾶν ὅ, τί ποτέ ἐσι, πάντα πανταχῦ τελειῦται. τὴν ὴ τοσαύτην στρατιὰν τῶν θεῶν εἰς μίαν ἡγεμονικὴν ἕνωσιν συναγάξας, Ἀθηνᾶν πρόνοιαν παρέ-

B δωκεν· ἢν ὁ μὲν μῦθός φησιν ἐκ Διὸς γενέσθαι κορυφῆς· ἡμεῖς ὴ ὅλην ἐξ ὅλυ τῦ βασιλέως ἡλίυ προβεβληθῆναι, συνεχομένην ἐν αὐτῷ· ταύτῃ διαφέρομεν τῦ μύθυ, ὅτι μὴ ἐκ δ' ἀκροτάτυ μέρυς ὅλην ὴ ἐξ ὅλυ. ἐπεὶ τἄλλα γε οὐδὲν διαφέρειν ἡλίυ Διὰ νομίζοντες, ὁμολογῦμεν τῇ παλαιᾷ φήμῃ. καὶ τῦτο δὲ αὐτὸ Πρόναιαν Ἀθηνᾶν λέγοντες ϗ καινοτομῦμεν, εἴπερ ὀρθῶς ἀκούομεν

Εἰσελθὼν δ' εἰς Πυθῶ, καὶ ἐς Γλαυκῶπα Προνοίην. Euſtath. Iliad. A. fol. 83.

C ἔτως ἄρα καὶ τοῖς παλαιοῖς ἐφαίνετο Ἀθηνᾶ πρόνοια σωφρονῦσα Ἀπόλλωνι, τῷ νομιζομένῳ μηδὲν ἡλίυ διαφέρειν. μή ποτε ὖν καὶ θεία μοῖρα τῦτο Ὁμηρῦ· ἦν γὰρ, ὡς εἰκός, θεόληπτος· ἀπεμαντεύσατο πολλαχῦ τῆς ποιήσεως·

Τιοίμην δ' ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων, Iliad. v. v. 827.

ὑπὸ Διὸς δήπυθεν· ὅσπερ ἐστὶν ὁ αὐτὸς ἥλιος. καθάπερ ὁ βασιλεὺς Ἀπόλλων ἐπικοινωνεῖ διὰ τῆς ἁπλότητος τ' νοήσεων ἡλίῳ· ἔτω δὴ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν νομι-

D σέον ἂν ἀπ' αὐτῦ παραδεξαμένην τὴν θσίαν, ὅσάν τε αὐτῦ τελείαν νόησιν, συναπλεῦν μὲν τὰς περὶ τὸν ἥλιον θεὰς " αὖ τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων ἡλίῳ, δίχα χ. αὖτ. συγχύσεως, εἰς ἕνωσιν· αὐτὴν δὲ ἄχραντον, καὶ καθαρὰν ζωὴν ἀπ' ἄκρας αἰῶνος ἀρανῦς, διὰ τῶν ἑπτὰ κύκλων ἄχρι τῆς Σελήνης " νέμουσαν ἐποχε- χ. γίμε τεύειν. ἢν ἡ θεὸς ἥδε τ' κυκλικῶν ὅσαν σαν.

σωμάτων ἐσχάτην ἐπλήρωσε διὰ τῆς Φρονήσεως. ὑΦ' ἧς ἡ Σελήνη τάτε ὑπὲρ τὸν ἀρανὸν θεωρεῖ νοητὰ, καὶ τὰ ὑΦ' αὐλὴν κοσμοῦσα τὴν ὕλην τοῖς εἴδεσιν, ἀναιρεῖ τὸ θηριῶδες αὐλῆς, καὶ ταραχῶδες, καὶ ἄτακτον. Ἀνθρώποις δ' ἀγαθὰ δίδωσιν Ἀθηνᾶ, σοΦίαν, καὶ νοῦν, καὶ τὰς δημιουργικὰς τέχνας. καλοικεῖ δ' τὰς ἀκροπόλις αὐλὰς, δήπθεν καλασησαμένη τὴν πολιτικὴν διὰ σοΦίας κοινωνίαν.

Ὀλίγα ἔτι περὶ Ἀφροδίτης· ἣν συνεΦάπλεσθαι τ δημιργίας τῇ θεῷ Φοινίκων ὁμολογοῦσιν οἱ λόγιοι καὶ ἐγὼ πείθομαι. ἔσι δὴ ἓν αὕτη σύγκρασις τῶν ἀρανίων θεῶν, καὶ τ ἁρμονίας αὐλῶν ἔτι Φιλία καὶ ἕνωσις. ἡλίᾳ γὰρ ἐγγὺς ὄσα, καὶ συμπεριθέουσα, καὶ πλησιάζουσα, πληροῖ μὲν τὸν ἀρανὸν εὐκρασίας· ἐνδίδωσι δ' τὸ γόνιμον τῇ γῇ, προμηθουμένη καὶ αὐλὴ τῆς ἀεὶγενεσίας τῶν ζώων· ἧς ὁ μὲν βασιλεὺς ἥλιος ἔχ τὴν πρωτργὸν αἰτίαν· Ἀφροδίτη δ' αὐτῷ συναίτιος, ἡ θέλγουσα μὲν τὰς ψυχὰς ἡμῶν σὺν εὐΦροσύνῃ· καὶ απέμπουσα δὲ εἰς τὴν γῆν ἐξ αἰθέρ ἀυγὰς ἡδίσας καὶ ἀκηράτους, αὐτῶ χρυσίου λιπνοτέρας.

χ. ἀεὶ γενέσεως

Ἔτι μετειάσαι βούλομαι τῆς Φοινίκων θεολογίας. εἰ δὲ μὴ μάτην, ὁ λόγος προϊὼν δείξ. οἱ τὴν Ἐδεσαν οἰκοῦντες, ἱερὸν ἐξ αἰῶν ἡλίου χωρίον, Μόνιμον αὐτῷ καὶ Ἄζιζον συγκαθιδρύουσιν. αἰνίτλεσθαι Φησὶν Ἰάμβλιχ παρ' ὅπερ καὶ τ' ἄλλα πάντα ἐκ πολλῶν μικρὰ ἐλάβομεν· ὡς ὁ Μόνιμ μὲν Ἑρμῆς εἴη Ἄζιζος δ' Ἄρης, ἡλίου πάρεδροι, πολλὰ καὶ ἀγαθὰ τῷ περὶ γῆν ἐποχετεύοντες τόπῳ.

f. Ἐμεσαν vid. Observ.

Τὰ μὲν δὴ περὶ τ ἀρανὸν ἔργα θεῦ τοιαῦτά ἐσι, καὶ διὰ τοιούτων ἐπιτελούμενα, μέχρι τ τῆς γῆς προϊκ τελευταίων ὅρων· ὅσα δὲ ὑπὸ τὴν Σελήνην ἐργάζεται, μακρὸν ἂν εἴη τὰ πάντα ἀπαριθμεῖσθαι. πλὴν ὡς ἐν κεΦαλαίῳ

A Dea illa intelligentia complet: cujus iſta beneficio cum ea, quæ ſupra cœlum eminent, intelligibilia contemplatur; tum inferiora proſpicit, & materiam formis expoliens, quod in ea ferinum ac turbulentum & inconditum eſt detrahit. At in homines eadem Minerva bona iſta confert, ſapientiam, intelligentiam, mechanicas artes. Urbium quoque arces obtinere dicitur, quod civilem communionem ſapientia conſtituit.

Superſunt de Venere pauca quædam: B quam cum illa Dea opificii eſſe participem eruditi apud Phœnices aſſerunt: *quod & ego ut credam adducor.* Hæc eſt igitur cœleſtium contemperatio Deorum, & amicitia, ſive nexus, quo illorum compages & concordia continetur. Nam cum Soli proxima ſit, cum eoque pari curſu feratur; cœlo temperiem optimam inducit, terræ fœcunditatem affert, non minus & animalium propagationi perpetuitatem tribuens: cujus ita penes regem Solem cauſa eſt primaria, ut in ejus quoque communionem C Venus adſciſcatur. Quippe animas noſtras cum voluptate mulcet, & ſuaviſſimos atque incorruptos ſplendores ex æthere demittit in terram, quibus cum auri fulgor comparari non poteſt.

Libet adhuc e Phœnicum Theologia parce quædam expromere: an non fruſtra, paululum progreſſa monſtrabit oratio. Qui Edeſſam habitant, regionem ab æterno Soli dicatam, Monimum & Azizum Solis aſſeſſores & contubernales faciunt: quod ſic D Jamblichus interpretatur, (a quo pleraque alia, pauca de multis, accepimus) ut Monimus idem ſit ac Mercurius; Azizus vero Mars; utrique Solis aſſeſſores, qui in terras bona quamplurima transfundunt.

Igitur Dei illius effecta circa cœlum talia ſunt; ac per tales perfecta, ad poſtremos terræ fines usque propagantur. Quæ vero in Lunæ ſubjecta plaga molitur, longum eſt univerſa perſequi: ſed ea tamen compen-

compendio perſtringamus. Scio me de his ipſis mentionem ante feciſſe, cum ex apparentibus, quæ in Dei ſubſtantia laterent, conſideranda eſſe ſtatuerem; ſed ut eadem modo pertractem, inſtitutæ orationis ſeries poſtulare videtur.

Quemadmodum ergo intelligentium principatum penes Solem eſſe docuimus, cujus individuam ſubſtantiam in unum ſingulariter contracta cingit ingens multitudo Deorum: tum ut in ſenſibilibus, quæ in orbem ſempiterna & beatiſſima progreſſione volvuntur, caput illum ac dominum eſſe demonſtravimus; a quo & impulſus oriretur; & qui cœlum omne non magis aſpectabili ſplendore, quam occultorum aliorum bonorum infinita copia compleret; a quo inſuper & quæ ab cæteris derivantur apparentibus Diis bona perficerentur; quam & ipſi perfectionem ante alia, ſecreta ac divina illius actione conſequuntur: ſic in proprio generationis loco certos arbitrandum eſt inſidere Deos, qui ab Sole rege continentur: & quadruplicem gubernantes elementorum naturam, iis in animis cum tribus præſtantioribus generibus habitant, circa quos talia fundata firmataque ſunt. Jam in particulares animos quanta bonorum vis a Sole confertur, quibus & judicium proponit, & eos juſtitia regit, & ſplendore ſuo repurgat! Ad hæc nonne totam naturam movet idem ac vegetat, dum ei fœcunditatem impertit? Nam particularibus naturis id tanquam vera cauſa tribuit, ut ad finem ſuum perveniant. Homo enim & Sol (inquit Ariſtoteles) hominem gignunt. Idem ergo, quod ad cætera omnia pertinet particularium effecta naturarum, de rege Sole debet eſſe judicium. Etenim nonne pluvias ventosque nobis, ac reliqua quæ in ſublimi aeris regione naſcuntur, duplex ad id exhalationis genus tanquam materiam adhibens, Deus ille molitur? Quippe terram calefaciens, vaporem ac fumum elicit: e

καὶ ταῦτα ῥηθέον. οἶδα μὲν ἂν ἔγωγε καὶ πρότερον μνημονεύσας, ὁπηνίκα ἠξίουν ἐκ τῶν φαινομένων τὰ ἀφανῆ περὶ τῆς τῦ θεῦ σκοπεῖν οὐσίας· ὁ λόγος δὲ ἀπαιτεῖ με καὶ νῦν ἐν τάξει περὶ αὐτῶν δηλῶσαι.

Καθάπερ οὖν ἐν τοῖς νοεροῖς ἔχειν ἔφαμεν τὴν ἡγεμονίαν ἥλιον, πολὺ περὶ τὴν ἀμέριστον οὐσίαν ἑαυτῦ πλῆθος ἐνοειδῶς ἔχοντα τῶν θεῶν, εἰ ἦ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς· ἃ δὴ τὴν κύκλῳ διαιωνίαν πορεύεται μάλα εὐδαίμονα πορείαν· ἀποδείκνυμεν αὐτὸν ἀρχηγὸν καὶ κύριον, ἐνδιδόντα μὲν, πληροῦντα ἦ τὸν ὅλον οὐρανὸν, ὥσπερ τῆς φαινομένης αὐγῆς, ἔτω δὲ καὶ μυρίων ἀγαθῶν ἀφανῶν ἄλλων· τελειούμενα δὲ ἐξ αὐτῦ καὶ τὰ παρὰ τῶν ἄλλων ἐμφανῶν θεῶν ἀγαθὰ χορηγούμενα· καὶ πρό γε τύτων αὐτὸς ἐκείνους ὑπὸ τῆς ἀπορρήτε καὶ θείας αὐτῦ τελειυμένους ἐνεργείας. ἔτω δὴ καὶ περὶ τὸν ἐν γενέσει τόπον, θεοὺς τινας ἐπιβεβηκέναι νομιστέον ὑπὸ τῦ βασιλέως ἡλίε συνεχομένους. οἳ τὴν τετραπλῆν τῶν στοιχείων κυβερνῶντες Φύσιν, περὶ ἃς ἐστήρικται τὰ τοιαῦτα ψυχάς, μετὰ τῶν τελείων κρειττόνων ἐνοικοῦσι γενῶν. αὐτῶν ἦ ταῖς μεριστῶν ψυχαῖς ὁπόσων ἀγαθῶν ἐστιν αἴτιος, κρίσιν τε αὐταῖς προλέγων, καὶ δίκην κατευθύνων, καὶ ἀποκαθαίρων λαμπρότητι τὴν ὅλην ἦ ἔχ ἕτος Φύσιν, ἐνδιδοὺς ἄνωθεν αὐτῇ τὸ γόνιμον, κινεῖ καὶ ἀναζωπυρεῖ; ἀλλὰ καὶ ταῖς μεριστῶν Φύσεσιν ὁ τῆς εἰς τέλος πορείας ἕτος ἐστὶν ἀληθῶς αἴτιος. ἄνθρωπον γὰρ ὑπὸ ἀνθρώπε γεννᾶσθαι φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης καὶ ἥλιος. ταυτὸ δὴ ἂν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα τῶν μεριστῶν ἐστι Φύσεων ἔργα," περὶ κ. τῦ βασιλέως ἡλίε προσήκει διανοεῖσθαι. Τί δέ; ἔχ ἡμῖν ὄμβρους, καὶ ἀνέμους, καὶ τὰ ἐν τοῖς μεταρσίοις γινόμενα, τῇ διττῷ τῆς ἀναθυμιάσεως οἷον ὕλῃ χρώμενος ὁ θεὸς ἕτος ἐργάζεται; θερμαίνων γὰρ τὴν γῆν, ἀτμίδα καὶ καπνὸν ἕλκει. γίνεται δὲ ἐκ

δὲ ἐκ τούτων ὁ τὰ μετάρσια μόνον ἀλλὰ καὶ ὅσα ὑπὸ γῆν πάθη σμικρὰ καὶ μεγάλα.

Τί οὖν ἐπὶ τῶν αὐλῶν ἐπέξειμι μακρότερον, ἐξὸν ἐπὶ τὸ πέρας ἤδη βαδίζειν, ὑμνήσαντα πρότερον ὅσα ἔδωκεν ἀνθρώποις ἥλιος ἀγαθά; γινόμενοι γὰρ ἐξ αὐτοῦ, τρεφόμεθα παρ' ἐκείνου. τὰ μὲν δὴ θειότερα καὶ ὅσα ταῖς ψυχαῖς δίδωσιν, ἀπολύων αὐλὰς τοῦ σώματος, εἶτα ἐπανάγων ἐπὶ τὰς τοῦ θεοῦ συγγενεῖς οὐσίας, καὶ τὸ λεπτὸν καὶ εὔτονον τῆς θείας αὐγῆς οἷον ὄχημα, τῆς εἰς τὴν γένεσιν ἀσφαλῶς διδόμενον καθόδου ταῖς ψυχαῖς, ὑμνείσθω τε ἄλλοις ἀξίως, καὶ ὑφ' ἡμῶν πιστευέσθω μᾶλλον ἢ δεικνύσθω. τὰ δ' ὅσα γνώριμα πέφυκεν τοῖς πᾶσιν, οὐκ ὀκνητέον ἐπεξελθεῖν. Οὐρανὸν φησι Πλάτων ἡμῖν γενέσθαι τῆς σοφίας διδάσκαλον. ἔνθεν δὴ ἀριθμοῦ καταλαβόντες φύσιν ἧς τὸ διαφέρον οὐκ ἄλλως, ἢ διὰ τὴν ἡλίου περιόδου, κατενοήσαμεν. φησί τοι καὶ αὐτὸς Πλάτων ἡμέραν καὶ νύκτα πρότερον· εἶτα ἐκ τοῦ φωτὸς τῆς σελήνης, ὃ δὴ δίδοται τῇ θεῷ ταύτῃ παρ' ἡλίου· μετὰ τοῦτο προήλθομεν ἐπὶ πλέον τῆς τοιαύτης σωφέσεως, ἁπάντα χοῦ τὸν πρὸς τὸν θεὸν τοῦτον σχαζόμενοι συμφωνίας. ὅπερ αὐτός που φησὶν ὡς ἄρα τὸ γένος ἡμῶν ἐπίπονον ὂν φύσει, θεοὶ ἐλεήσαντες, ἔδωκαν ἡμῖν τὸν Διόνυσον, καὶ τὰς Μούσας συγχορευτάς. ἐφάνη δὲ ἡμῖν ἥλιος τούτων κοινὸς ἡγεμών· Διονύσου μὲν πατὴρ ὑμνούμενος· ἡγεμὼν δὲ Μουσῶν. ὁ δὲ αὐτῷ συμβασιλεύων Ἀπόλλων ὁ πάντα χοῦν μὲν ἀνῆκεν τῆς γῆς χρηστήρια· σοφίαν δ' ἔδωκεν ἀνθρώποις ἔνθεον· ἐκόσμησε δὲ ἱεροῖς καὶ πολιτικοῖς τὰς πόλεις θεσμοῖς; ὅτου ἡμέρωσε μὲν διὰ τῶν Ἑλληνικῶν ἀποικιῶν τὰ πλεῖστα τῆς οἰκουμένης· παρεσκεύασε δὲ ῥᾷον ὑπακοῦσαι Ῥωμαίοις. ἔχουσι καὶ αὐλοῖς ὁ γένος μόνον Ἑλληνικόν· ἀλλὰ καὶ θεσμοὺς ἱεροὺς, καὶ τὴν

A quibus non ista modo sublimia, sed reliqua etiam, quæ sub terris accidunt, minora majoraque conflantur.

Quid igitur longius ista persequi necesse est, cum ad exitum pervenire jam liceat; commemoratis iis bonis, quæ in humanum genus a Sole profecta sunt? Nam ab illo procreati, ab eodem alimenta capimus. Ac diviniora quidem, &, quæ in animos derivantur, commoda; cum & illos corporum vinculis exsolvit; & ad cognatas Dei B substantias reducit; & subtile firmumque divini splendoris quasi vehiculum, quo ad generationem turo demittuntur, animis assignat; alii pro dignitate celebrent, & a nobis credantur potius quam ratione demonstrentur. Sed quæ in propatulo sunt omnibus, ea recensere non pigeat. Cœlum asserit Plato magistrum nobis sapientiæ fuisse: hinc enim numeri naturam didicimus, cujus differentiam non aliunde quam ex solari circuitu compertam habuimus. C Addit Plato diem insuper & noctem; tum ex Lunæ luce, quam a Sole Dea ista fœneratur. Postea longius in ejusmodi sapientia processimus, ubique consensionem cum illo Deo concordiamque spectantes. Quod idem Plato declarans alicubi, refert Deos generis nostri, quod ærumnosum est natura, miserios, Bacchum nobis ac Musas, choros una exercentes, dedisse. Atqui Sol communis horum dux nobis esse videbatur: utpote quem Bacchi parentem, D Musarumque ducem prædicant. Nam qui regni illi consors ac socius est Apollo, nunquid ubique terrarum oracula collocavit? profectam ex afflatu divino sapientiam largitus est? sacris ac civilibus institutis respublicas temperavit? Hic est, qui Græcis coloniis frequentatis maximam orbis partem mitiorem ad cultum composuit, & ut Romanis facilius sese subjiceret, effecit. Qui quidem non Græca duntaxat origine ac stirpe sunt editi; sed & Græcos sacrorum ritus, ac Græ-

ac Græcam in Deos pietatem, ab initio ad finem usque condiderunt ac perpetuo conſervarunt. Quinetiam reipublicæ formam ediderunt, nulla iis ex civitatibus, quæ optime conſtitutæ fuerunt, inferiorem, imo vero cæteris omnibus, quæ in uſu unquam extiterunt, rerumpublicarum formis antecellentem. Quibus, opinor, ex cauſis hanc ego civitatem & origine & adminiſtrandi ratione Græcam agnoſco.

Quid illud præterea tibi de Sole commemorem; quemadmodum ſoſpitatorem omnium gignens Æſculapium, ſanitati omnium conſuluerit ac ſaluti? tum ut virtutes omnes contulerit, dum Minervam cum Venere ad nos allegavit: hac lege propoſita, velut curatore quodam, uti corporum conſuetudo in nullum alium finem, quam ad ſui ſimilis propagationem, adhibeatur. Propterea anniverſaria illius revolutione, ſata omnia, & animalium genera, ad ſui ſimilium procreationem quodam impetu concitantur. Quid jam radios ipſius, ac lumen prædicare attinet? Nox ecce, nullo neque Lunæ neque ſiderum illuſtrata ſplendore, quam ſit horrenda quis non animadvertit; ut ex eo conjecturam capiat, quantum a Sole bonum lux ad nos iſta perveniat? Hanc ipſam porro cum iis locis, quibus id neceſſe eſt, videlicet Luna ſublimioribus, perpetuam neque nocturnis vicibus interruptam præbeat; nobis tamen laborum quietem ac ceſſationem interventu noctis indulget. Finem nullum habebit oratio, ſi hujus generis ſingula conſectari velimus: ſiquidem nihil omnino boni extat in vita, quod non illi Deo referre debeamus acceptum; ſive integrum ab hoc uno ſolidumque permanarit, ſive per alios Deos illius ſit opera perfectum.

Nam quod ad nos attinet, privatim hic noſtræ civitatis autor eſt ac conditor. Quamobrem non in arce tantum illius habitat, cum Minerva & Venere, parens omnium celebratus Jupiter; ſed in colle Palatino etiam Apollo reſidet: ac Sol ipſe, communis ac nota omnibus appellatio.

A περὶ τὰς θεὰς εὐπιστίαν ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος Ἑλληνικὴν καλασησαμένους τε καὶ φυλάξασι· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τὸν περὶ τὴν πόλιν κόσμον ἀδεμίαν τῶν ἐλευθερίας ἄριστα πολιτευσαμένων πόλεων καλασησαμένοις φαυλότερον· εἰ μὴ καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν, ὅσαι τε ἐν χρήσῃ γεγόνασι πολιτεῖαι, κρείσσονα. ἀνθ' ὧν, οἶμαι, καὶ αὐτὸς ἔγνων τὴν πόλιν Ἑλληνίδα γένος τε, καὶ πολιτείαν.

Ἔτι σοι λέγω πῶς τῆς ὑγιείας, καὶ B σωτηρίας πάντων προύνόησε, τὸν σωτῆρα τῶν ὅλων ἀπογεννήσας Ἀσκληπιόν. ὅπως δὲ ἀρετὴν ἔδωκεν παντοίαν, Ἀφροδίτην Ἀθηνᾷ συγκαταπέμψας ἡμῖν κηδεμόνα μονονυχὶ νόμον θέμενος, πρὸς μηδὲν ἕτερον χρῆσθαι τῇ μίξει, ἢ πρὸς τὴν γένεσιν τὸ ὁμοίου. διά τοι τοῦτο καὶ καλὰ τὰς περιόδους αὐτῷ πάντα τὰ φυόμενα, καὶ τὰ παντοδαπῶν ζώων φῦλα κινεῖται πρὸς ἀπογέννησιν ὁμοίου. Τί χρὴ τὰς ἀκτῖνας C αὐτοῦ, καὶ τὸ φῶς σεμνύναι; νὺξ γοῦν ἀσέληνός τε, καὶ ἄναστρος ὅπως ἐστὶ φοβερά, ἆρα ἐννοεῖ τίς ἂν ἐντεῦθεν ὁπόσον ἔχομεν ἀγαθὸν ἐξ ἡλίου τὸ φῶς, τεκμήραιτο; τοῦτο δὲ αὐτὸ σωνεχὲς παρέχων, καὶ ἀμεσολάβητον νυκτὶ ἐν οἷς χρὴ τόποις ἀπὸ τῆς σελήνης τῆς ἄνω, ἐκεχειρίαν ἡμῖν διὰ τὸ νυκτὸς τῶν πόνων δίδωσιν. Οὐδὲν ἂν γένοιτο πέρας τοῦ λόγου, εἰ πάντα ἐπιέναι τις ἐθελήσειε τὰ τοιαῦτα. καὶ γὰρ ὁτὲν ἔστιν ἀγαθὸν D καλὰ τὸν βίον, ὃ μὴ παρὰ τοῦ θεοῦ τοῦδε λαβόντες ἔχομεν, ἢ τοι παρὰ μόνου τέλειον· ἢ διὰ τῶν ἄλλων θεῶν παρ' αὐτῷ τελειούμενον.

Ἡμῖν δέ ἐστιν ἀρχηγὸς καὶ τῆς πόλεως. οἰκεῖ γὰρ αὐτῆς ὁ τὴν ἀκρόπολιν μόνον μετὰ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ Ἀφροδίτης Ζεὺς ὁ πάντων πατὴρ ὑμνούμενος· ἀλλὰ καὶ Ἀπόλλων ἐπὶ τῷ Παλλαντίῳ λόφῳ· καὶ Ἥλιος αὐτὸς τοῦτο κοινὸν ὄνομα πᾶσι, καὶ γνώριμον. ὅπως δὲ αὐτῷ

ξ. πάντη" παντὶ καὶ πάντα προσήκομεν οἱ Ῥωμυλίδαι (δὲ) καὶ Αἰνεάδαι, πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ἐρῶ βραχέα τὰ γνωριμώτατα. Γέγονε, φασὶν, ἐξ Ἀφροδίτης Αἰνείας· ἥπερ ἐσὶν ὑπουργὸς ἡλίῳ καὶ συγγενής. αὐτὸν δὲ κτισὴν ἡμῶν τ῀ πόλεως Ἄρεως ἡ Φήμη παρέδωκε παῖδα, πισεμένη τὸ παράδοξον τῶν λόγων, διὰ τ῀ ὕσερον ἐπακολυθησάντων σημείων. ὑπέσχε γ῀ αὐλῷ, φησὶ, μαζὸν θήλεια λύκ@. ἐγὼ δ῀ ὅτι μὲν Ἄρης Ἄζιζος λεγόμενος ξ. ἔμισυ. ὑπὸ τ῀ οἰκιόλων τὴν Ἐδεσαν Σύρων, ἡλίου προπομπεύς, καίπερ εἰδὼς, καὶ προειπὼν, ἀφήσειν μοι δοκῶ. τὸ χαίρειν δ῀ ὁ λύκος Ἀρεῖ μᾶλλον, ἀχὶ δὲ Ἡλίῳ προσήκει; καίτοι λυκάβαντά φασιν ἀπὸ τ῀ θεῦ τ῀ ἐνιαύσιον χρόνον. ὀνομάζ῀ δὲ αὐλὸν ἀχ Ὅμηρος μόνον, ἀδὲ οἱ γνώριμοι τ῀ Ἑλλήνων τῦτο τὸ ὄνομα· πρὸς δὲ καὶ ὁ θεός. διανύων γάρ φησιν

Ὀρχηθμῷ λυκάβαντα δυωδεκάμηνα κέλευθα.

Βάλ῀ δ῀ ἔτι σοι τῦτο φέρσω μεῖζον τεκμήριον, ὅτι ἄρα ὁ τῆς πόλεως ἡμῶν χ. οἰκισ- ὁ κτισὴς ἀχ ὑπ᾽ Ἄρεως καὶ ἐπέμφθη τῆς μόνον· ἀλλ᾽ ἴσως αὐλῷ τ῀ μὲν τῦ σώματος καὶ σκευῆς συνεπελάβετο δαίμων ἀρήϊος καὶ γενναῖος, ὁ λεγόμενος ἐπιφοιτῆσαι τῇ Σιλβίᾳ λυτρὰ τῇ θεῷ φερούσῃ· τὸ δ῀ ὅλον ἐξ ἡλίυ κατῆλθεν ἡ ψυχὴ δ῀ θεῦ Κυρίνυ· πισέον γ῀, οἶμαι, τῇ Φήμῃ. σωόδος ἀκριβὴς τ῀ τὴν ἐμφανῆ κατανενομαμένων βασιλείαν ἡλίυ τε καὶ σελήνης, ὥσπερ ἂν εἰς τὴν γῆν κατήγαγεν· ὕτω καὶ ἀνήγαγεν ἣν ἀπὸ τῆς γῆς ἐδέξατο, τὸ θνητὸν ἀφανίσασα πυρὶ κεραυνίῳ τῦ σώματ@. ὕτω προδήλως ἡ τῶν περιγείων δημιυργὸς ὑπὸ αὐλὸν ἄκρως γενομένη τὸν ξ. πεμπό- ἥλιον, ἐδέξατο εἰς γῆν πεμπομένη μενον. διὰ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς προνοίας τὸν Κυρῖνον ἀνιπλαμένον τε αὖθις ἀπὸ γῆς ἐπὶ τὸν βασιλέα τῶν ὅλων ἐπανήγαγεν αὐτίκα ἥλιον. ἔτι σοι βάλ῀ περὶ τῶν

A Quod autem ad illum præcipue, & omnino nos Romulidæ & Æneadæ pertineamus, pauca de multis indicia proferam. Etenim Venere, ut ajunt, matre natus est Æneas: quæ quidem administra Solis est, & cognata. Tum urbis nostræ conditorem ipsum Martis filium fuisse fama commendavit. Quæ & rei alioquin incredibilis fidem ex consecutis deinceps prodigiis adstruxit: siquidem illum lupus fœmina lactasse dicitur. Ego vero quod de Marte proditum est;

B quem Azizum Edesseni Syri nominant; hunc esse Solis anteambulonem, quamvis non nesciam, & jam antea mentionem fecerim, hoc loco prætermittam. At cur lupus Marti potius quam Soli consecratur? Nam & Lycabantem inde annuum tempus appellant; nec ab Homero solum, aut illustrioribus Græcis, sed ab ipsomet Deo istiusmodi nomen usurpatur. Conficiens enim, ait,

Saltatione Lycabantem, duodecimestres vias.

C Vis igitur majore ut argumento, quam prius illud est, demonstrem, conditorem urbis nostræ non ab Marte solo prodiisse; sed ut ad corporis fabricationem nonnihil fortasse contulerit Dæmon ille Martius ac generosus, qui ad Silvium lavacra Deæ portantem accessisse dicitur? attamen Quirini Dei anima, ut universe loquar, e Sole descendit. Neque enim communi famæ deroganda fides videtur. Solis igitur ac Lunæ exacta conjunctio; hoc est amborum

D illorum siderum, quæ principatum apparentium rerum communiter partiuntur; sicut illius animam demisit in terram, sic exceptam a terra provexit in cœlum, postquam igne fulmineo quicquid inerat corpori mortale consumsit. Ita perspicue terrenorum opifex Dea sub ipsum penitus subjecta Solem, Quirinum nostrum, quando per Minervam Pronœam in terras mittebatur, excepit; & a terra rursus evolantem, ad regem Solem subinde reduxit. Num alio insuper iisdem de rebus utar

argumen-

argumento, quod ex Numæ regis facto consilioque suppetit? Æternam ecce flammam de Sole conceptam sacræ apud nos virgines pro variis anni tempestatibus conservant: in quo idipsum præstant, quod circa terras efficit Luna, ut ignem a Sole susceptum custodiant. Possum & aliud de hocce Deo multoque certius argumentum ex ejusdem divinissimi regis instituto producere. Nam cum cæteri omnes, ut uno verbo dicam, populi menses ad Lunæ cursus accommodent, nos soli cum Ægyptiis ad solares circuitus annorum dies metimur. Quibus si hoc adjunxero, colere nos Mithram, & quadriennales agones in honorem Solis instituere; recentiora quædam proferam. Præstat autem unum aliquid ex antiquioribus addere. Etenim cum anniversarii circuitus initium aliunde alii repetant: utputa quidam ab æquinoctio verno: quidam ab æstate media: plerique ab inclinante jam autumno; apud omnes istos manifestissima Solis dona celebrantur. Nam alius rusticani operis opportunitatem inde concessam grata memoria prosequitur: quo tempore fundere ex sese fructus incipiens germinat tellus, & hilarata gestit: cum & maria navigationi commoda sunt, & hiemis rigor atque inclementia in serenitatem convertitur. Aliis æstivus arrisit dies: quod tum de fructuum proventu securiores sint: siquidem collectis comportatisque frugibus, matura jam poma sunt, ac pendentes ex arboribus fructus adolescunt. Paulo his elegantiores alii finem anni constituerunt in absolutissima fructuum omnium maturitate ac senio: ideoque senescente jam autumno annorum suorum neomenias auspicantur. Majores vero nostri, jam tum ab divinissimo illo rege Numa, usus utilitatisque ratione posthabita (ut homines decebat divina indole & excellenti mente præditos) ad ipsum potius horum omnium largitorem autoremque respexerunt: ac præsenti tempestati

A αὐτῶν φράσω τεκμήριον τὸ Νομᾶ τοῦ βασιλέως ἔργον; ἄσβεστον ἐξ ἡλίου φυλάττουσι φλόγα παρθένοι παρ' ἡμῖν ἱεραὶ καλαὶ τὰς διαφόρους ὥρας· αἱ δὴ τὸ γενόμενον ὑπὸ τῆς σελήνης περὶ τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ θεοῦ πῦρ φυλάττουσι. ἔτι τούτων μεῖζον ἔχω σοι φράσαι τοῦ θεοῦ τόδε τεκμήριον, αὐτοῦ τοῦ θειοτάτου βασιλέως ἔργον. οἱ μῆνες ἅπασι μὲν τοῖς ἄλλοις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀπὸ τῆς σελήνης ἀριθμοῦνται μόνοι δὲ ἡμεῖς, καὶ

B Αἰγύπτιοι πρὸς τὰς ἡλίου κινήσεις ἐνιαυτὸν μετροῦμεν ἐνιαυτοῦ τὰς ἡμέρας. εἰ δὴ μέλλοι τοῦτο φαίη ὡς καὶ τὸν Μίθραν τι- f. Φαίη μῶμεν, καὶ ἄγομεν ἡλίῳ τετραετηρικοὺς ἀγῶνας, ἐρῶ νεώτερα. βέλτιον δὲ ἴσως ἐστὶ τῶν παλαιοτέρων προθεῖναι. Τὰ γὰρ κ. προ- ἐνιαυσιαίου κύκλου τὴν ἀρχὴν ἄλλοι θεῖναι ἄλλοθεν ποιούμενοι, οἱ μὲν τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν οἱ δὲ τὴν ἀπὸ μέσου θέρους οἱ πολλοὶ δὲ φθίνουσαν ἤδη τὴν ὀπώραν ἡλίου τοὺς ἐμφανεστάτους ὑμνοῦσι δωρεάς· ὁ μέν τις τὴν ἐργασίας ἐνδιδομένην εὐκαιρίαν, ὅτε ἡ γῆ θάλλει, καὶ γαυριᾷ, φυομένων ἄρτι τῶν καρπῶν ἁπάντων γίνεται δὲ ἐπιτήδεια πλεῖσθαι τὰ πελάγη· καὶ τὸ τοῦ χειμῶνος ἀηδὲς κ. χ. ἀμεσκυθρωπὸν ἐπὶ τὸ φαιδρότερον μεθίσταται. οἱ δὲ τὴν τοῦ θέρους ἐτίμησαν ἡμέραν, ὡς ἀσφαλῶς τότε ὑπὲρ τῶν καρπῶν ἔχοντες θαρρῆσαι γενέσεως· τῶν μὲν σπερμάτων ἤδη συνειλεγμένων· ἀκμαίας δ' ἔσης τῆς ὀπώρας ἤδη, καὶ

D πεπαινομένων τῶν ἐπικειμένων καρπῶν τοῖς δένδροις. ἄλλοι δὲ τούτων ἔτι κομψότεροι, τέλος ἐνιαυτοῦ ὑπέλαβον τὴν τελειοτάτην τῶν καρπῶν ἁπάντων ἀκμὴν καὶ φθίσιν· ταῦτά τοι καὶ φθινούσης ἤδη τῆς ὀπώρας ἄγουσι τὰς κατ' ἐνιαυτὸν νουμηνίας. Οἱ δὲ ἡμέτεροι πρόπατορες ἀπ' αὐτοῦ τοῦ θειοτάτου βασιλέως τοῦ Νομᾶ, μειζόνως ἔτι τὸν θεὸν τοῦτον σεβόμενοι, τὰ μὲν τῆς χρείας ἀπέλιπον· ἅτε οἶμαι φύσει θεῖοι, καὶ περιττοὶ τὴν διάνοιαν αὐτοὶ δὲ εἶδον τούτων τὸν αἴτιον, καὶ ἄγειν

ἔταξαν συμφώνως ἐν τῇ παρόδῳ τῶν ὡρῶν τὴν νεμηνίαν, ὁπότε ὁ βασιλεὺς ἥλιος αὖθις ἐπανάγῃ πρὸς ἡμᾶς, ἀφεὶς τ̃ μεσημβρίας τὰ ἔσχατα, κ̀, ὥσπερ περὶ νύσταν, τ̃ Αἰγοκέρωτα κάμψας, ἀπὸ τ̃ νότ̣υ πρὸς τὸν βορρᾶν ἔρχεται, μεταδώσων ἡμῖν τ̃ ἐπετείων ἀγαθῶν. Ὅτι δὲ τ̃το ἀκριβῶς ἐκεῖνοι διανοηθέντες ὅτως ἐνεσήσαντο τὴν ἐπέτειον νεομηνίαν, ἔνθεν ἄν τις κατανοήσειεν. οὐ γὰ̀, οἶμαι, καθ' ἣν ἡμέραν ὁ θεὸς τρέπεται· καθ' ἣν δὲ τοῖς πᾶσιν ἐμφανὴς γίνεται, χωρῶν ἀπὸ τῆς μεσημβρίας ἐς τὰς ἄρκτους, ἔταξαν ὕτω τὴν ἑορτήν. Οὕπω μὲν γὰ̀ ἦν αὐτοῖς ἡ τ̃ κανόνων λεπτότης γνώριμος, ὃς ἐξεῦρον μὲν Χαλδαῖοι καὶ Αἰγύπτιοι, Ἵππαρχος δὲ καὶ Πτολεμαῖος ἐτελειώσαντο. κείνοντες δὲ αἰσθήσ̣, τοῖς φαινομένοις ἠκολούθ̣υν. ὕτω δὲ ταῦτα καὶ παρὰ τ̃ μεταγενεσέρων, ὡς ἔφην, ἔχουσα κατενοήθη. πρὸ τῆς νεομηνίας, εὐθέως μετὰ τ̃ τελευταῖ̣ν τ̃ Κρόν̣υ μῆνα, ποιοῦμεν ἡλίῳ τὸν περιφανέσταον ἀγῶνα, τὴν ἑορτὴν Ἡλίῳ καταφημίσαντες Ἀνικήτῳ· μεθ' ὃν οὐδὲν θέμις ὧν ὁ τελευταῖος μὴν ἔχ̣ σκυθρωπῶν μέν, ἀναγκαίων δ' ὅμως, ἐπιτελεσθῆναι θεαμάτων. ἀλλὰ τοῖς Κρονίοις ὕστ̣ τελευταίοις εὐθὺς συνάπτ̣ καλὰ κύκλου τὰ Ἥλια. ἃ δὴ πολλάκις μοι δοῖεν οἱ βασιλεῖς ὑμνῆσαι, καὶ ἐπιτελέσαι θεοί κ̀ πρόγε τ̃ ἄλλων αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τῶν ὅλων ἥλιος, ὁ περὶ τὴν ταγαθ̃ γόνιμον ὐσίαν ἐξ ἀϊδίου προελθὼν μέσος ἐν μέσοις τοῖς νοεροῖς θεοῖς σωοχῆς τε αὐτὸς πληρώσας, καὶ κάλλους μυρίου, κ̀ περιουσίας γονίμου, καὶ τελείου ν̃, καὶ πάντων ἀθρόως τῶν ἀγαθῶν ἀχρόνως, κ̀ ἐν τ̣ῇ νῦν ἐλλάμπων εἰς τὴν ἐμφανῆ μέσην τ̃ παντὸς ὐρανοῦ Φερομένην ἕδραν, οἰκείαν ἐξ ἀϊδίου· καὶ μεταδιδοὺς τ̣ῷ φαινομένῳ παντὶ ξ" αὐξ καλλους· τὸν δὲ ὐρανὸν σύμπαντα πληρώσας τοσούτων θεῶν, ὁπόσους αὐτὸς ἐν

illigari caput anni conſentanee juſſerunt; quando rex Sol, extremo meridiano limite derelicto, rurſus ad nos revertitur: & ad Capricomum, tanquam ad metas, curſum reflectens, ab auſtro ad ſeptentriones progreditur, ut annua commoda nobis impertiat. Quod autem hujus rei attenta cogitatio in eam mentem illos induxerit, ut ejusmodi principium anni ſtatuerent, ex eo capi conjectura poteſt. Non enim quo die Sol converſionem facit, ſolenne illud peragi voluerunt; ſed quo demum manifeſtus omnibus eſt illius ad ſeptentriones a meridie progreſſus. Quippe nondum illis erat canonum adeo limata ſubtilitas cognita; quos a Chaldæis & Ægyptiis repertos, Hipparchus & Ptolemæus abſolverunt; ſed ſenſibus tantummodo dijudicantes, ex apparentium obſervatione pendebant. Atque hæc ita, uti dictum eſt, habere ſeſe recentiores animadverterunt. Itaque ſtatim exacto ultimo menſe, qui Saturno dicatus eſt, ante initium anni, magnificentiſſimos ludos in honorem Solis committimus, quos Invicto Soli nuncupamus: ſecundum quos nullum ex iis ſpectaculis exhibere fas eſt, quæ noviſſimum in menſem, ut triſtia ſic neceſſaria, conjecta ſiint. Verum poſt Saturnalia omnium poſtrema, ſtatim Helia vertente anno redeunt. Quæ quidem mihi, ut prædicare ac peragere ſæpius poſſim, utinam Dii reges indulgeant, præque cæteris univerſorum rex ille Sol! qui circa Boni fœcundam ſubſtantiam ab æterno productus eſt, medios inter intelligentes Deos medius: quos & arctiſſimo nexu, & infinita pulcritudine, & affluenti fœcunditate, & perfecta mente, ac bonis confertim omnibus cumulatos reddidit. Idem quoque citra tempus, momento ſedem ſuam, quam in media cœli regione conſpicuam & ab æterno ſibi dicatam obtinet, ſplendore ſuo afficit: tum aſpectabili huic univerſitati pulcritudinem aſpergit ſuam: poſtquam cœlum omne tot replevit Diis, quot in ſeſe intelligibili more complecti-

complectitur, circum ipſum absque ulla diviſione multiplicatos, & cum eo ſingulariter conjunctos. Non minus etiam ſubjectam Lunæ regionem generandi perpetuitate, ac bonorum, quæ ex orbiculari corpore derivantur, profuſione continet. Ac cum humani totius generis, tum privatim civitatis noſtræ curam gerit; quemadmodum & animum noſtrum ab æterno procreavit, ac ſibi comitem adjunxit. Hæc igitur & alia concedat, quæ paulo ante ſum precatus: in commune vero noſtræ huic urbi quantam aſſequi licet æternitatem conferat, ac benevolo animo conſervet. Nobis ipſis denique tribuat, ut quod ad humana divinaque pertinet, quamdiu vita ſuppetet, felices fortunatique ſimus: vivamus autem, & in terris tanto tempore perſeveremus, quantum & ipſi jucundum erit, & utilius nobis, & Romanæ reipublicæ fructuoſum.

Hæc ſunt, cariſſime Saluſti, quæ pro triplici Dei illius efficientia, tribus maxime noctibus elucubrata, quantum præſens mihi memoria ſuggerebat, auſus ſum ad te ſcribere: quando & alterum illud, quod in Saturnalia commentatus eram, tibi non abſurdum omnino videbatur. Quod ſi tu iisdem de rebus magis aliquid perfectum ac myſticum requiris, divini illius Jamblichi libros de eodem argumento ſcriptos revolvens, finem illic humanæ ſapientiæ ac ſummum reperies. Faxit vero magnus ille Sol, ut quæ ad ipſum pertinent nihilominus intelligere, ac cum omnes communiter, tum privatim eos, qui ad diſcendum idonei ſunt, edocere poſſim. Interim dum id ille mihi concedat Deus, hujus amicum Jamblichum ambo veneremur; a quo pauca de multis, quæ in mentem veniebant, animo accepta ſcriptis mandavimus. Neminem vero quicquam illo perfectius eſſe dicturum certiſſime ſcio; quamvis acerrima contentione in hoc ſcriptionis genus incumbens novi quippiam afferre conetur. Sic enim a veriſſima de Deo illo notione, uti par eſt, abhorrebit.

A ἑαυτῷ νοερῶς ἔχῃ, περὶ αὐτὸν ἀμερίστως πληθυνομένων, καὶ ἑνοειδῶς αὐτῷ
" συμπεπωμένων· ἃ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν ὑπὸ χ. συμ-
τὴν σελήνην τόπον διὰ τῆς ἀειγενεσίας συνέχων, καὶ τ̃ ἐνδιδομένων ἐκ τ̃ μείων
κυκλικ̃ σώματος ἀγαθῶν ἐπιμελούμενός τε τ̃ κοινῆ τ̃ ἀνθρώπων γένους, ἰδίᾳ τε τῆς ἡμετέρας πόλεως· ὥσπερ
B ἓν καὶ τὴν ἡμετέραν ἐξ ἀϊδίου ψυχὴν ὑπέστησεν, ὀπαδὸν ἀποφήνας αὐτ̃. Ταῦτά τε ἄν, ὅσα μικρῷ πρόσθεν ἠυξάμην, δοίη· καὶ ἔτι κοινῇ μὲν τῇ πόλει τὴν ἐνδεχομένην ἀϊδιότητα (καὶ) μετ' εὐνοίας χορηγῶν Φυλάττοι· ἡμῖν δὲ ἐπὶ τοσ̃τον εὖ πράξαι τά τε ἀνθρώπινα καὶ τὰ θεῖα δοίη, ἐφ' ὅσον βιῶναι συγχωρεῖ· ζῆν δὲ, καὶ ἐμπολιτεύεσθαι τῇ βίῳ δοίη ἐφ' ὅσον αὐτῇ τε ἐκείνῳ φίλον, ἡμ̃ν τε λώϊον, καὶ τοῖς κοινοῖς Ῥωμαίων συμφέρον πράγμασιν.

Ταῦτα σοὶ, ὦ Φίλε Σαλύστιε, καὶὰ τὴν τερπλ̃ν τ̃ θε̃ δημιουργίαν ἐν τρισὶ μάλιστα νυξὶν, ὡς οἷόν τε ἦν ἐπελθόντι μοι τῇ μνήμῃ, καὶ γράψαι πρός σε C ἐτόλμησα· ἐπεί σοι καὶ τὸ πρότερον εἰς τὰ Κρόνια γεγραμμένον ἡμῖν, ἃ παντάπασιν ἀπόβλητον ἐφάνη. τελειοτέροις δ' εἰ βάλοι περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ μυστικωτέροις ἐπισῇσαι λόγοις, ἐντυχὼν τοῖς παρὰ τ̃ θείᾳ γενομένοις Ἰαμβλίχῳ περὶ τ̃ αὐτῶν τούτων συγγράμμασι, τὸ " τέλος ἐκεῖσε τῆς ἀν- χ. θῖνες
θρωπίνης εὑρήσεις σοφίας. Δοίη δ' ὁ D μέγας ἥλιος μηθὲν ἔλαττόν με τὰ περὶ αὐτ̃ γνῶναι, καὶ διδάξαι κοινῇ τε ἅπαντας, ἰδίᾳ δὲ τὰς μανθάνειν ἀξίους. ἕως δέ μοι τοῦτο δίδωσιν ὁ θεὸς, κοινῇ θεραπεύωμεν τὸν τῇ θεῷ φίλον Ἰάμβλιχον· ὅθεν δὴ καὶ νῦν ὀλίγα ἐκ πολλ̃ν ἐπὶ νοῦν ἐλθόντα διεληλύθαμεν. ἐκεῖνα δὲ εὖ οἶδα ὡς οὐδεὶς ἐρεῖ τι τελειότερον· οὐδὲ εἰ πολλὰ πάνυ προσαλαιπωρήσας τῇ λόγῳ καινολογήσειεν. ἐκεῖσε γ̃, ὡς εἰκὸς, τῆς ἀληθεστάτης

τῦ θεῦ νοήσεως. Ἦν μὲν ἂν ἴσως μάταιον, εἰ διδασκαλίας χάριν ἐποιούμην τὰς λόγους αὐτῦ μετ' ἐκεῖνόν τι συγγράφειν. ἐπεὶ δὲ ὕμνον ἐθέλων διελθεῖν τῦ θεῦ χαριστήριον, ἐν τούτῳ τὸ πάνυ ὑπελάμβανον τῇ περὶ τῆς οὐσίας αὐτῦ φράσαι καλὰ δύναμιν τὴν ἐμήν οὐ μάτην οἶμαι πεποιῆσθαι τὰς λόγους τὰς δέ· τὸ

f. περὶ αὐτό

Ac si docendi causa scribere ista voluissem, vanus hic esset forsitan noster iis de rebus scribendi post illum labor. Sed cum nihil aliud quærens, nisi ut hymno aliquo gratias illi Deo persolverem, hoc mihi operæpretium duxerim, si pro meis viribus de ejus substantia disputarem; equidem non frustra me videor ad hæc tractanda contulisse. Hoc enim quod dicitur,

Hesiod. lib. 1. v. 334.

Καδδωίαμιν δ' ἔρδειν ἱερὰ ἀθανάτοισι θεοῖσιν,

Sacra Deis, quantum potis es, celebrare memento:

οὐκ ἐπὶ τῶν θυσιῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐφημιῶν τῶν εἰς τὰς θεὰς ἀποδεχόμενον. Εὔχομαι τὸ τέτον αὐτὶ τῆς προθυμίας μοι ταύτης εὐμενῆ γενέσθαι τὸν βασιλέα τῶν ὅλων Ἥλιον· καὶ δῦναι βίον ἀγαθὸν, καὶ τελειολέραν φρόνησιν, καὶ θεῖον νῦν, ἀπαλλαγήν τε τῆς εἱμαρμένης ἐκ τῦ βίυ πραοτάτην, ἐν καιρῷ τῇ προσήκοντι· ἄνοδόν τε ἐπ' αὐτὸν μετὰ τῦτο, καὶ μονὴν παρ' αὐτῇ, μάλιστα μὲν ἀΐδιον· εἰ δ' τῦτο μεῖζον εἴη τῶν ἐμοὶ βεβιωμένων, πολλὰς πάνυ καὶ πολυετεῖς περιόδυς.

non in sacrificiis tantum, sed in Deorum quoque laudibus valere judico. Quamobrem tertio jam istud ab universorum rege Sole postulo, ut pro mea erga se voluntate benignus ac propitius esse velit; tum mihi ut ista largiatur: vitam bonam, perfectiorem prudentiam, divinam mentem, fatalem ex hac vita discessum congruo rempore quam mitissimum: quo perfunctus ad ipsum evolem, cum eoque perpetuo, si fieri potest, maneam; sin id majus est, quam pro vitæ anteactæ merito, plures mihi saltem ac longissimi annorum circuitus contingant.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΗΤΕΡΑ ΤΩΝ ΘΕΩΝ.

JVLIANI IMP. IN MATREM DEORVM.

ΛΟΓΟΣ Ε.

ΑΡΑ γε χρὴ φάναι καὶ ὑπὲρ τύτων; καὶ ὑπὲρ τῶν ἀῤῥήτων γράψομεν, καὶ τὰ ἀνέξοιστα, καὶ τὰ ἀνεκλάλητα ἐκλαλήσομεν; τίς μὲν ὁ

Oratio V.

ETIAMNE nos istiusmodi de rebus verba faciemus? etiam illa, quæ nefas est eloqui, scriptis mandabimus? quæque palam efferri & enunciari non licet, oratione

tione proſequemur? Nimirum quis Attis, A
ſive Gallus, fuerit; quæ Deorum mater;
quis illius caſtimoniæ ritus; tum cujus rei
gratia nobis initio proditus ſit: cum & ab
antiquiſſimis Phrygibus traditus, & a Græ-
cis primum eſſet acceptus, non quibus-
cumque, ſed Athenienſibus, poſtquam ex-
perti reipſa ſunt, non melius fuiſſe ſibi,
quod Matris Orgia celebrantem procacius
irriſiſſent. Ferunt enim Gallum ab iis, tan-
quam novas ſuperſtitiones invehentem,
contumelioſe eſſe tractatum, & ejectum;
nondum videlicet intelligentibus quid illud B
tandem numinis eſſet, utque nihil ab illa
differret, quæ ſive Deo, ſive Rhea, ſive
Ceres ibidem appellata colitur. Exinde
ultrix ira Dei, & iræ piacula conſecuta.
Nam quæ Græcis ad egregia quæque &
honeſta facinora dux & autor eſſe ſolebat,
Pythii Apollinis interpres, Matris Deum
iracundiam placare juſſit. Atque ex illa, uti
narrant, occaſione Metroum, id eſt tem-
plum Matris, eſt extructum, ubi Athenien-
ſes publicas omnes tabulas aſſervabant.
Poſt Græcos vero eadem & Romani ſacra C
ſuſceperunt, perinde Pythii Apollinis hor-
tatu; qui ut ſociam & adjutricem e Phry-
gia Deam Punico illo bello ſibi comparа-
rent, autor extitit. Libet vero rei, ut tum
eſt geſta, narrationem paululum hic inſere-
re. Etenim ſimulatque oraculum accepere
Romani, religioſæ inprimis civitatis inco-
læ, miſſis ad Pergami reges legatis, qui
tunc in Phrygia regnabant, ab iis, & ab
ipſis una Phrygibus, ſanctiſſimum Divæ ſi-
mulacrum poſtulant. Quod ubi impetra- D
tum eſt, in ingentem onerariam, quæ tan-
tum maris ſuperare facile poſſet, ſacram
illam mercem imponunt. Hæc Ægæum
& Jonium emenſa pelagus, indeque cir-
cum Siciliam navigans, Tyrrheno mari
prætervecta, ad oſtia Tyberis appulit. Tum
vero S.P.Q.R. totis ſeſe portis effudit. Oc-
currere præ cæteris ſacerdotes utriusque ſe-
xus: qui quidem omnes decenti cultu, pro-
ut ritus patrii ferebant, oculis in navem

Ἄττις ἤτοι Γάλλος· τίς δὲ ἡ τῶν θεῶν
Μήτηρ· καὶ ὁ τῆς ἁγνείας ταύτησι τρό-
πος ὁποῖος καὶ προσέτι τὸ χάριν ὅτω-
σι τοιοῦτος ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς κατεδείχθη,
παραδοθεὶς μὲν ὑπὸ τῶν ἀρχαιοτάτων
Φρυγῶν· παραδεχθεὶς δὲ πρῶτον ὑφ'
Ἑλλήνων, καὶ τούτων οὐ τυχόντων, ἀλλ'
Ἀθηναίων· ἔργοις διδαχθεῖσιν ὅτι μὴ
καλῶς ἐτώθασαν ἐπὶ τῷ τελουμένῳ τὰ
ὄργια τῆς Μητρός; λέγουσι γὰρ ὅτοι πε-
ριυβρίσαι καὶ ἀπελάσαι τὸν Γάλλον, ὡς
τὰ θεῖα καινοτομοῦντα· οὐ ξυνιέντες ὁποῖόν
τι τῆς θεοῦ τὸ χρῆμα, καὶ ὡς ἡ παρ' αὐτοῖς
τιμωμένη Δηὼ, καὶ Ῥέα, καὶ Δημήτηρ. εἶ-
τα μῆνις τοῦ ἐνθεῦθεν τῆς θεοῦ, καὶ θερα-
πεία τοῦ μήνιδος· Ἡ γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς κα-
λοῖς ἡγεμὼν γενομένη τοῖς Ἕλλησι, ἡ
τοῦ Πυθίου προμαντις θεὸς, τὸ μηδὲν τῶν
θεῶν μῆνιν ἐκέλευσεν ἰλάσκεσθαι· καὶ
ἀνέση, φασὶ, ἐπὶ τούτῳ τὸ Μητρῷον, ὃ
τοῖς Ἀθηναίοις δημοσίᾳ πάντα ἐφυ-
λάττετο τὰ γραμματεῖα. Μετὰ δὴ τοὺς
Ἕλληνας αὖθις Ῥωμαῖοι παρεδέξαντο,
συμβουλεύσαντος καὶ αὐτοῖς τοῦ Πυθίου,
ἐπὶ τὸν πρὸς Καρχηδονίους πόλεμον
ἄγειν ἐκ Φρυγίας τὴν θεὸν σύμμαχον.
Καὶ ἰδὲν ἴσως κωλύσαι προσθεῖναι μι-
κρὸν ἱστορίαν ἐνταῦθα μαθόντες γὰρ τὸ χρη-
σμὸν, ἔπεμψαν οἱ τῆς θεοφιλοῦς οἰκήτορες
Ῥώμης πρεσβείαν αἰτήσασαν παρὰ τοὺς
Περγάμου βασιλέας, οἳ τότε ἐκράτουν
τῆς Φρυγίας, καὶ παρ' αὐτῶν δὲ τῶν Φρυγῶν,
τῆς θεοῦ τὸ ἁγιώτατον ἄγαλμα. Λα-
βόντες δὲ ἦγον τὸν ἱερὸν Φόρτον, ἐνθένδε
εὐρείᾳ Φορτίδι πλεῖν εὐπετῶς δυναμένῃ
τὰ τοσαῦτα πελάγη. Περαιωθεῖσα δ'
Αἰγαίων τε καὶ Ἰωνίου, ἔπειτα περιπλεύσα-
σα Σικελίαν τε, καὶ τὸ Τυρσηνὸν πέλα-
γος, ἐπὶ τὰς ἐμβολὰς τοῦ Τυβέριδος κα-
τήγετο· καὶ δῆμος ἐξεχεῖτο τῆς πόλεως
σπουδῇ γερουσίᾳ ὑπηντων γε μὴν πρὸ
τῶν ἄλλων ἱερεῖς τε, καὶ ἱέρειαι πᾶσαι, καὶ
πάντες ἐν κόσμῳ τῷ πρέποντι καθ' ἕκα-
στα, μελέωροι πρὸς τὴν ναῦν ἐριοδρο-

μῶσαν

μᾶταν ἀποβλέποντες καὶ περὶ τὴν τρό- A ſecundo curſu allabentem defixis, illiſos
πιν ἀπεσκόπουν τὸ ῥόθιον σχιζομένων ad carinam fluctus ac diſſipatos e litore
τῶν κυμάτων. εἶτα εἰσπλέουσαν ἐδε- proſpiciebant: Mox ad portum appellen-
ξιοῦντο τὴν ναῦν προσκυνοῦντες ἕκαστος tem, ut quisque in ſpectaculum intentus
f. ὡς ἐτυ- ὧν ἔτυχε προσεχῶς πόρρωθεν. Ἡ δὲ, aſtabat, eminus adorantes excipiunt. At
χε illa, tanquam Romanis oſtenderet, non
ὥσπερ ἐνδείξασθαι τῷ Ῥωμαίων ἐθέ- ipſos expers animæ ſimulacrum e Phrygia
λουσα δήμῳ, ὅτι μὴ ξόανον ἄγουσιν ἀ- tranſvexiſſe, ſed majore quadam ac di-
πὸ τῆς Φρυγίας ἄψυχον ἔχει δὲ ἄρα viniore vi præditum id eſſe, quod a Phry-
δυνάμιν τινα μείζω, καὶ θειοτέραν, ὃ δὴ gibus acceperant; ſtatim atque Tybrim at-
παρὰ τῶν Φρυγῶν λαβόντες ἔφερον. ἐπει- tigit, navim ſiſtit, & quibusdam velut ra-
δὴ τοῦ Τύβεδος ἥψατο, τὴν ναῦν ἵστησι, B dicibus in flumine defigit. Romanis igi-
ὥσπερ ῥιζωθεῖσαν ἐξαίφνης καὶ τοῦ tur adverſo amne trahentibus; illa non ob-
Τύβεδος. εἵλκον δὴ ὧν πρὸς ἀντίον τὸν ſequebatur. Quam cum ideo impactam
ῥοῦν. ἡ δὲ οὐκ εἵπετο. βραχέσι δ' ἐντεῦ- in brevia rati, propellere ac moliri niterentur, nihilo magis illa cedebat. Omnibus
χηκότες, ὠθεῖν ἐπειρῶντο τὴν ναῦν· ἡ δὲ deinde machinis admotis, perinde immo-
οὐκ εἶκεν ὠθοῦντων· πᾶσα δὲ μηχανὴ bilis hærebat. Ex quo contra Virginem,
προσήγετο τὸ ἐντεῦθεν. Ἡ δὲ οὐχ ἧττον quæ ſanctiſſimo ſacerdotio fungebatur,
ἀμετακίνητος ἦν. ὥστε ἐμπίπτει καὶ τῆς gravis oritur & iniqua ſuſpicio: & Clodiam
ἱερωμένης τὴν παναγεστάτην ἱερωσύνην (hoc enim Veſtali nomen erat) crimina-
παρθένου, δεινὴ καὶ ἄδικος ὑποψία· καὶ bantur, quod ſe Divæ non omnino caſtam
τὴν Κλωδίαν ἠτιοῦντο· τοῦτο γὰρ ὄνομα ἦν C inviolatamque ſervaſſet: hinc illam mani-
τῇ σεμνῇ παρθένῳ· μὴ παυλάπασιν ἄ- feſtis indiciis iram ſuam oſtendere. Jam
χραντον, μηδὲ καθαρὰν φυλάττειν ἑ- enim univerſi divinius ineſſe quiddam in
αυτὴν, τῇ θεῷ· ὀργίζεσθαι οὖν αὐ- ea re ſentiebant. Ad hanc vocem ſuſpi-
τὴν καὶ μηνίειν ἐμφανῶς. ἐδόκει γὰρ ἤδη cionemque Virgo primum verecundia per-
τοῖς πᾶσιν εἶναι τὸ χρῆμα δαιμονιώτε- fuſa eſt: adeo ab turpi ſceleratoque flagi-
ρον. Ἡ δὲ τὸ μὲν πρῶτον αἰδοῖ ὑπεπίμ- tio procul aberat. Poſteaquam vero con-
πλατο, πρός τε τὸ ὄνομα, καὶ τὴν ὑποψί- tra ſe firmari criminis illius invidiam ani-
αν. ἄτω πάνυ πόρρω ἐτύγχανε τοῦ αἰ- madvertit; detractam ſibi zonam ad extre-
σχρᾶς καὶ παρανόμου πράξεως. ἐπεὶ δὲ mam navim religat: tum velut afflatu quo-
ἐώρα τὴν αἰτίαν ἤδη καθ' ἑαυτῆς ἐξι- dam Numinis percita, faceſſere jubet o-
σχύουσαν, περιελοῦσα τὴν ζώνην, καὶ πε- mnes. Deam exinde precatur, ne ſe falſis
ζ. τῆς ἄκρας ριβεῖσα τοῦ νεὼς τοῖς "ἄκροις, ὥσπερ ἐξ
ἐπιπνοίας τινὸς ἀποχωρεῖν ἐκέλευεν D
ἅπαντας. εἶτα ἐδεῖτο τῆς θεοῦ μὴ περιϊδεῖν αὐτὴν ἀδίκοις ἐνεχομένην βλα-
σφημίαις. βοῶσα δὲ ὥσπέρ τι κέ-
λευσμα, φασὶ, ναυτικὸν· Δέσποινα Μῆ-
τερ, εἴπερ εἰμὶ σώφρων, ἕπου μοι, ἔφη. καὶ δὴ τὴν ναῦν οὐκ ἐκίνησε μόνον, ἀλλὰ
καὶ εἵλκυσεν ἐπὶ πολὺ πρὸς τὸ ῥοῦν. Καὶ
δύο ταῦτα Ῥωμαίοις ἔδειξεν ἡ θεὸς, οἶ-
μαι, κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν· ὡς οὐδὲ μι-
κροῦ τινος τίμιον ἀπὸ τῆς Φρυγίας ἐπῆγον
τὸν Φόρτον, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἄξιον οὐδὲ ὡς

num ali-

num aliquid, ſed divinum: non inanimam terræ particulam, ſed ſpirans aliquid ac cœleſte: hoc illis primum Dea monſtravit; alterum, civium neminem, ſeu bonus ſeu malus eſſet, latere ſe poſſe. Sub hæc Romani finem belli Carthaginienſis victoriam habuerunt: adeo ut tertium de ſolis Carthaginis mœnibus ſuſceptum fuerit. Quæ igitur ad hiſtoriam illam attinent, etſi nonnullis *haud* plauſibilis videatur, neque Philoſopho vel Theologo convenire, nihilominus referenda fuerunt. Hæc enim cum ab Hiſtoricis plerisque, tum eorum adhuc Romæ, præſtantiſſima Deoque cariſſima in urbe, monimentum extat æreis ſimulacris expreſſum. Quanquam ſcio, nonnullos ex iis, qui nimis ſunt ſapientes, hæc tanquam anicularum intolerabiles nugas nihili eſſe facturos. Mihi vero civitatibus ipſis major iis in rebus habenda fides videtur, quam ſcitis & elegantibus iſtis, quorum animula acri quidem indole prædita eſt, ſed nihil ſani contueri poteſt.

De iis autem, quæ per illud tempus, quo in caſto fui, dicenda mihi videbantur, audio ſane quædam philoſophatum eſſe Porphyrium; ſed cujusmodi ſint neſcio, neque hactenus legi, ſicubi forte contigerit ut in eadem ſermo noſter incurreret. Ego vero Gallum illum & Attin ex ingenio meo naturam illam genitalis & opificis eſſe mentis interpretor, quæ ad infimam usque materiam univerſa progignit; quæ quidem concretarum cum materia formarum rationes omnes in ſeſe cauſasque continet. Non enim omnium in omnibus inſunt ſpecies; puta in primis ac ſupremis principiis, extremarum infimarumque rerum; ſecundum quas nihil amplius reſtat, præter nomen ipſum privationis, cum tenui quadam & obſcura notione. Quamobrem cum naturæ ſint opificeſque complures; ejus, qui tertium locum obtinet, opificis, qui formarum cum materia concretarum ſecretas atque eximias rationes continuatasque cauſas complectitur, extrema omnium natura, quæque ad terram usque, genitalis cujusdam

A ἀνθρώπινον τοῦτον, ἀλλὰ ὅλως θεῖον καὶ οὐδὲ ἄψυχον γῆν, ἀλλὰ ἔμπνουν τι χρῆμα, καὶ δαιμόνιον. ἓν μὲν δὴ τοιοῦτον ἔδειξεν αὐτοῖς ἡ θεός. ἕτερον δὲ, ὡς τῶν πολιτῶν οὐδὲ εἷς λάθοι ἂν αὐτὴν χρηστὸς, ἢ φαῦλος ὤν. Καταρρώσθη μέν τοι καὶ ὁ πόλεμος αὐτίκα Ῥωμαίοις πρὸς Καρχηδονίους· ὥστε τὸ τρίτον ὑπὲρ τῶν τειχῶν αὐτῆς μόνον Καρχηδόνος γενέσθαι. Τὰ μὲν δὴ τῆς ἱστορίας, εἰ καί τισι πιθανὰ δόξει, καὶ Φιλοσόφῳ προσήκειν οὐδὲν, f. ἃ πιθανὰ

B οὐδὲ θεολόγῳ· λεγέσθω μὴ μάτην, καὶ μὲν ὑπὸ πλείστων ἱστορικῶν ἀναγραφόμενα, σωζόμενα τε καὶ ἐπὶ χαλκῶν εἰκόνων ἐν τῇ κραλίσῃ, καὶ θεοφιλεῖ Ῥώμῃ. Καί τοι με καὶ λέληθεν ἔτι φήσασιν αὐλά τινες τὰ λίαν σοφῶν ὕθλους εἶναι γραϊδίων ἂν ἀνεκτούς. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ταῖς πόλεσι πιστεύειν μᾶλλον τὰ τοιαῦτα, ἢ τοῖσι τοῖς κομψοῖς, ὧν τὸ ψυχάριον δεινὸν μὲν, ὑγιὲς δὲ οὐδὲ ἐν βλέπει.

Ὑπὲρ δὲ ὧν εἰπεῖν ἐπῆλθέ μοι παρ

C αὐτὸν ἄρτι τὸν τῆς ἁγισείας καιρὸν ἀκούω μὲν ἔγωγε, καὶ Πορφυρίῳ τινὰ περὶ αὐτῶν φιλοσοφῆσθαι· περὶ μὴν οἶδά γε, οὐδὲ ἐνέτυχον, εἰ καὶ σπουδῇ ποτε συμβαίη τῷ λόγῳ. Τὸν Γάλλον δὲ ἐγὼ τοῦτον, καὶ τὸν Ἄττιν, αὐτὸς οἰκοθεν ἐπινοῶ τὸ γονίμου καὶ δημιουργικὸν τὴν ἄκρου τῆς ἐσχάτης ὕλης ἅπασαν γεννῶσαν οὐσίαν εἶναι, ἔχουσάν τε ἐν ἑαυτῇ πάντας τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐνύλων εἰδῶν. Οὐ γὰρ δὴ πάντων ἐν πᾶσι τὰ εἴδη· ὅτε ἐν τοῖς ἀνωτάτω, καὶ πρώτοις

D αἰτίοις, τὰ τῶν ἐσχάτων, καὶ τελευταίων· μεθ' ἃ οὐδὲν ἐστιν, ἢ τὸ τῆς στερήσεως ὄνομα μετὰ ἀμυδρᾶς ἐπινοίας. ὑσῶν δὴ πολλῶν οὐσιῶν, καὶ πολλῶν πάνυ δημιουργῶν τοῦ τοιούτου δημιουργοῦ, ὃς τῶν ἐνύλων εἰδῶν τοὺς λόγους ἐξηρημένους ἔχει, καὶ συνεχεῖς τὰς αἰτίας· ἡ τελευταία καὶ μέχρι γῆς, ὑπὸ περιουσίας τοῦ γονίμου, διὰ τῆς

ἄνωθεν παρὰ τῶν ἄστρων καθήκουσα Φύσις; ὁ ζητούμενός ἐστιν Ἄττις. Ἴσως δὲ ὑπὲρ ὧν λέγω, χρὴ διαλαβεῖν σαφέστερον. εἶναί τι λέγομεν ὕλην, ἀλλὰ καὶ ἔνυλον εἶδος. ἀλλὰ τούτων εἰ μή τις αἰτία προλέτακται, λανθάνομεν ἂν ἑαυτοὺς εἰσάγοντες τὴν Ἐπικούρειον δόξαν. ἀρχαῖν γὰρ δυοῖν εἰ μηδὲν ἐστι πρεσβύτερον, αὐτόματός τις αὐτὰ φορὰ, καὶ τύχη συνεκλήρωσεν. Ἀλλ' ὁρῶμεν (φησὶ Περιπατητικός τις ἀγχίνους, ὥσπερ ὁ Ξέναρχος) τούτων αἴτιον ὂν τὸ πέμπτον, καὶ κυκλικὸν σῶμα. γελοῖον δὲ καὶ Ἀριστότελης ὑπὲρ τούτων ζητῶν τι, καὶ πολυπραγμονῶν· ὁμοίως δὲ καὶ Θεόφραστος ἠγνόησε γῆν τὴν ἑαυτοῦ φωνήν· ὥσπερ γὰρ εἰς τὴν ἀσώματον οὐσίαν ἐλθὼν καὶ νοητὴν, ἔστη μὴ πολυπραγμονῶν τὴν αἰτίαν· ἀλλὰ φὰς ἔτω ταῦτα πεφυκέναι· χρὴ ὃ δήπουθεν καὶ ἐπὶ τὸ πέμπτον σῶμα τὸ πεφυκέναι ταύτην λαμβάνοντα, μηκέτι ζητεῖν τὰς αἰτίας, ἴσασθαι δὲ ἐπὶ αὐτῶν, καὶ μὴ πρὸς τὸ νοητὸν ἐκπίπτειν· ὃν μὲν οὖν θεὸν φύσει καθ' ἑαυτό· ἔχον δὲ ἄλλως κενὴν ὑπόνοιαν· Τοιαῦτα γὰρ ἐγὼ μέμνημαι τοῦ Ξενάρχου λέγοντος ἀκηκοώς. εἰ μὲν οὖν ὀρθῶς, ἢ μὴ ταῦτα ἐκεῖνο ἔφη, τοῖς ἄγαν ἐφείσθω Περιπατητικοῖς ὀνυχίζειν. ὅτι δὲ ὑ προσηνῶς ἐμοὶ παντὶ πῃ δῆλον ὅπῃ γε καὶ τὰς Ἀριστοτελικὰς ὑποθέσεις ἐνδεεστέρως ἔχειν ὑπολαμβάνω, εἰ μή τις αὐτὰς ἐς ταὐτὸ τοῖς Πλάτωνος ἄγοι. μᾶλλον δὲ καὶ ταῦτα ταῖς ἐκ θεῶν δεδομέναις προφητείαις. Ἐκεῖνο δὲ ἴσως ἄξιον πυθέσθαι πῶς τὸ κυκλικὸν σῶμα δυσὶ αἰτίαις τὰς ἀσωμάτους ἔχειν αἰτίας τῶν ἐνύλων εἰδῶν. ὅτι μὲν γὰρ δύο τούτων ὑποστῆναι τὴν γένεσιν οὐκ ἐνδέχεται, πρόδηλόν ἐστί πῃ καὶ σαφές· τοῦ χάριν γὰρ ἐστι τοσαῦτα τὰ γιγνόμενα; πόθεν δὲ ἄρρεν καὶ θῆλυ; πόθεν ὃ ἢ κατὰ γένη τῶν ὄντων ἐν ὡρισμένοις εἴδεσι

A vigoris abundantia, per ſuperiorem a ſideribus delapſa permeat, Attis eſt ille, quem quærimus. Verum clarius exprimendum eſt fortaſſe quod dico. Igitur materiam eſſe aliquid aſſerimus, nec non conjunctam cum materia formam. Verum niſi ambobus iſtis cauſa ſit alia conſtituta prior, imprudentes nos ad Epicuri dogma delabi ſentiemus. Nam ſi duobus principiis nihil ſit antiquius, temerario ac fortuito hæc impulſu regi neceſſe eſt. Videmus autem (ait ſolers quidam Peripateticus, cujusmodi eſt B Xenarchus) iſtorum omnium principium, eſſe quintum corpus, ac ſphæricum. Nam Ariſtoteles ſane ridicule ſupra hæc inquiſivit, curioſeque perſcrutatus eſt. Nec minus ridiculus Theophraſtus, qui etiam ſuæ ipſe vocis ignarus eſt. Perinde enim ac ſi ad expertem corporis intelligibilemque naturam perveniſſet, ibi conſiſtit, neque cauſam ulterius explorat, ſed id ſolum dicit: ita natura hæc eſſe comparata. Oportebat autem & in quinto corpore idem iſtud aſſumentem, ita natura eſſe comparatum, nullas C amplius cauſas exquirere, ſed in illis hærere, neque ad intelligibile aliquid longius progredi; quod ut natura ac per ſeſe nihil eſt, ſic inanem & cui ſolidi nihil revera ſubeſt notionem continet. Ejusmodi enim quædam diſputantem Xenarchum audire memini. Quæ utrum recte an ſecus ille dixerit, ſummis illis Peripateticis excutiendum relinquo. Quod autem non ſatis hæc ad animum meum mentemque faciant, quivis ex eo poteſt cognoſcere, quod univerſe Ariſtotelica ipſa decreta, non omni D ex parte abſoluta eſſe judico, niſi cum Platonicis illa jungantur; imo vero niſi utraque divinitus editis oraculis accedant. Illud vero fortaſſe percontatione dignum eſt; quomodo corpus orbiculatum conjunctarum cum materia formarum incorporeas cauſas continere poſſit. Nam ſine illis generationem exiſtere nullo modo poſſe, planum eſt ac perſpicuum. Cujus enim gratia ſunt tot res illæ productæ? unde vero maris ac fœminæ diſcrimen? unde rerum in definitis formis exiſtentium ſecundum

genus

genus eſt orta diſtinctio; niſi quædam eſſent præcedentes, antegreſſæque rationes, ac cauſæ, quæ tanquam exemplaria prius conſiſterent? ad quarum contuitum ſi hebetiori acie ſumus, oculos adhuc animæ repurgemus. Hæc eſt autem recta ac legitima purgatio; ad ſeipſum converti, & animadvertere, quemadmodum anima & mens immerſa materiæ conjunctarum itidem cum materia formarum velut expreſſa quædam imago effigieſque ſit. Etenim ne unum quidem e corporibus eſt, vel iis, quæ expertia corporis circa corpora verſantur, aut conſiderantur, cujus imaginem incorporea quadam ratione mens capere non poſſit; quod nullo modo faceret, niſi cognatum illis quiddam haberet inſitum. His de cauſis animam formarum eſſe locum docet Ariſtoteles; verum non actu id quidem, ſed poteſtate. Ejusmodi igitur animam, quæque ad corpus ſeſe convertat, poteſtate iſta continere neceſſe eſt. Quod ſi ſolutus ab illa quispiam ſit, neque commercii cum ea quicquam habeat; non poteſtate jam in illo, ſed actu, rationes ineſſe omnes exiſtimandum eſt. Sed hæc exemplo aliquo clarius explicemus, eoque adeo, quod & in Sophiſta Plato aliam ad rem adhibuit. Neque vero exemplum iſtud eo ſpectat, ut quod dictum eſt ratione aliqua demonſtretur. Non enim demonſtratione capere id oportet, ſed ſola notione mentisque conceptu. Nam de primis principiis agitur, aut quæ primis affinia ſunt: ſiquidem Deus a nobis cenſetur Attis, cujusmodi eſſe merito creditur. Quod autem eſt & quale illud exemplum? Docet alicubi Plato, eorum, qui in rerum imitatione verſantur, ſi quis imitari ſic velit, ut quæ adumbrantur imitatione, reipſa conſiſtant; id eſſe perdifficile ac laborioſum, imo vero prope eſſe, ut obtineri nullo modo queat: facile vero & expeditum ac parabile imitationis illud eſſe genus, quo res ipſæ ſpecie tenus exprimuntur. Cum igitur ſpeculum in manus ſumimus ac circumferimus, facile omnibus ex rebus collectis imaginibus ſingularum effigies oſtendimus. Ab hoc

A διαφορὰ, εἰ μή τινες εἶεν προϋπάρχοντες, καὶ προηγούμεναι λόγοι, αἰτίαι τε ἐν παραδείγματος λόγῳ προϋφεστῶσαι; πρὸς ἃς εἴπερ ἀμβλώτερον, ἔτι καθαιρώμεθα τὰ ὄμματα τῆς ψυχῆς. Κάθαρσις δὲ ὁρθὴ, σραφῆναι πρὸς ἑαυτὸν, καὶ καταμαθεῖν πῶς μὲν ἡ ψυχὴ, καὶ ὁ ἔνυλος νοῦς, ὥσπερ ἐκμαγεῖόν τι τῶν ἐνύλων εἰδῶν, καὶ εἰκών ἐστι. ἓν τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἐστι τῶν σωμάτων, ἢ τῶν περὶ τὰ σώματα γινομένων τε, καὶ θεωρουμένων B ἀσωμάτων, ὃ τὴν φαντασίαν ὁ νοῦς ἀδυνάτως λαβεῖν ἀσωμάτως· ὅπερ οὔ ποτ' ἂν ἐποίησεν, εἰ μή τι ξυγγενὲς εἶχεν αὐτοῖς φύσει. Ταῦτά τοι καὶ Ἀριστοτέλης τὴν ψυχὴν τόπον εἰδῶν ἔφη, πλὴν οὐκ ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ δυνάμει. Τὴν μὲν οὖν τοιαύτην ψυχὴν, καὶ τὴν ἐπεσραμμένην πρὸς τὸ σῶμα, δυνάμει ταῦτα ἔχειν ἀναγκαῖον. εἰ δέ τις ἄσχετος εἴη, καὶ ἀμιγὴς ταύτης, τοὺς λόγους οὐκέτι δυνάμει, πάντας δὲ ὑπάρχειν ἐνερC γείᾳ νομιστέον. Λάβωμεν δὲ αὐτὰ σαφέστερον διὰ τοῦ παραδείγματος, ᾧ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Σοφιστῇ πρὸς ἕτερον μέν λόγον ἐχρήσατο δ' οὖν ὅμως. τὸ παράδειγμα δὲ οὐκ εἰς ἀπόδειξιν φέρω τοῦ λόγου. καὶ γὰρ οὐδὲ ἀποδείξεως χρὴ λαβεῖν αὐτὸ, ἀλλ' ἐπιβολῆς μόνης. περὶ γὰρ τῶν πρώτων αἰτιῶν ἐστι, ἢ τ' γε ὁμοσοίχων τοῖς πρώτοις· εἴπερ ἡμῖν ἐστὶν ὥσπερ ἂν ἄξιον νομίζειν καὶ ὁ Ἄτλις θεός· τί δὲ καὶ ποῖόν ἐστι τὸ παράδειγμα; D φησί που Πλάτων, τῶν περὶ τὴν μίμησιν διαλεκτόντων, εἰ μὲν ἐθέλοι τις μιμεῖσθαι, ὥστε καθυφεσάναι τὰ μιμήλα, ἐργώδη τε εἶναι καὶ χαλεπὴν, καὶ νὴ δία γε τοῦ ἀδυνάτου πλησίον βάλλειν· εὔκολον δὲ, καὶ ῥᾴδιαν, καὶ σφόδρα δυναλὴν τὴν διὰ τοῦ δοκεῖν τὰ ὄντα μιμουμένην. ὅταν οὖν τὸ κάτοπτρον λαβόντες περιφέρωμεν ἐκ πάντων τῶν ὄντων ῥᾳδίως ἀπομαξάμενοι, δείκνυμεν ἑκάστου τοὺς τύπους. Ἐκ τούτου τοῦ παραδείγματος ἐπὶ

τὸ εἰρημένον διαδιδάσωμεν τὸ ὁμοίωμα· ἵνα ἡ τὸ μὲν κάτοπτρον, ὁ λεγόμενος ὑπὸ Ἀριστοτέλους δυνάμει τόπος εἰδῶν. αὐτὰ δὲ χρὴ τὰ εἴδη πρότερον ὑφεστάναι πάντως ἐνεργείᾳ τῷ δυνάμει. τῆς τοίνυν ἐν ἡμῖν ψυχῆς· ὡς ἢ Ἀριστοτέλει δοκεῖ· δυνάμει τὰ ὄντων ἐχέτω τὰ εἴδη· ποῦ πρῶτον ἐνεργείᾳ θησόμεθα ταῦτα; πότερον ἐν τοῖς ἐνύλοις; ἀλλ' ἔστι γε ταῦτα φανερῶς τὰ τελευταῖα. λείπεται δὴ λοιπὸν ἀΰλους αἰτίας ζητεῖν ἐνεργείᾳ προτεταγμένας τῶν ἐνύλων

κε. αἷς προΰπος

" αἷς παρυποστᾶσαν, καὶ συμπροελθοῦσαν ἡμῶν τὴν ψυχὴν, δέχεσθαι μὲν ἐκεῖθεν, ὥσπερ ἐξ ὄντων τινῶν τὰ ἔσοπτρα, τὰς τῶν εἰδῶν ἀναγκαίους λόγους· ἐνδιδόναι δὲ διὰ τῆς Φύσεως τῇ τε ὕλῃ, καὶ τοῖς ἐνύλοις τοῖσι σώμασιν." Ὅτι μὲν γὰρ ἡ Φύσις ἐστὶ δημιουργὸς τῶν σωμάτων ἴσμεν, ὡς ὅλη τις ὅσα τοῦ παντὸς· ἡ δὲ καθ' ἕκαστον, ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἐν μέρει, προδήλον ἐστὶ που καὶ σαφές. ἀλλ' ἡ Φυσις ἐνεργείᾳ δίχα Φαντασίας ἐν ἡμῖν· ἡ δὲ ὑπὲρ ταύτης ψυχὴ καὶ τὴν Φαντασίαν προσείληφεν. Εἰ τοίνυν ἡ Φύσις καὶ ὧν αὐτὴ ἔχει τὴν Φαντασίαν, ἔχειν ὅμως ὁμολογεῖται τὴν αἰτίαν, αὐθ' ὅτου πρὸς θεῶν ἔχει τοῦτο αὐτὸ μᾶλλον ἔτι, καὶ πρεσβύτερον τῇ ψυχῇ δώσομεν· ὅπου καὶ Φαντασικῶς αὐτὸ γιγνώσκομεν ἤδη, καὶ λόγῳ καταλαμβάνομεν; εἶτα τίς ἔτως ἐστὶ Φιλόνεικος, ὡς τῇ Φύσει μὲν ὑπάρχειν ὁμολογεῖν τοὺς ἐνύλους λόγους, εἰ καὶ μὴ πάντας, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ δυνάμει γε πάντας· τῇ ψυχῇ δ' οὐ μὴ δῶναι, τοῦτο αὐτό; καὶ εἰ δυνάμει μὲν ἐν τῇ Φύσει, καὶ οὐκ ἐνεργείᾳ τὰ εἴδη· δυνάμει δὲ ἔτι καὶ ἐν τῇ ψυχῇ καθαρώτερον, καὶ διακεκριμένως μᾶλλον· ὥστε δὴ καὶ καταλαμβάνεσθαι, καὶ γινώσκεσθαι, ἐνεργείᾳ δὲ οὐδαμῶς· πόθεν ἀναρτήσομεν τοῖς ἀϊδιογενέσιας τὰ πείσματα; πῇ δὲ ἑδράσομεν νοὸς ὑπὲρ τοῦ ἀϊδιότητος κόσμου

A exemplo ad id, de quo agitur, ſimilitudinem modo transferamus; uti ſpeculi inſtar ille ſit, qui ab Ariſtotele nominatur formarum locus. Sed eas ipſas formas omnino neceſſe eſt actu prius extare, quam poteſtate. Quare cum illa quæ ineſt nobis anima, rerum, ut Ariſtoteli placet, omnium formas poteſtate contineat, ubinam tandem actu primum illas collocandas putabimus? Utrum in iis, quæ cum materia concreta ſunt? At hæc manifeſte poſtrema ſunt omnium. Reſtat igitur, ut expertes quasdam B materiæ cauſas inquiramus; quæ cum materiales alias antecedant, quibus cum exiſtentem unaque prodeuntem animam noſtram indidem, uti ſpeculum expreſſas e rebus ipſis imagines, ſic illam formarum rationes concipere neceſſe ſit, indeque per naturam in materiam ipſam, & ex materia conflata corpora iſta transfundere. Nam quod natura corporum fabricatrix ſit artifex, ſatis intelligimus; ut & tota ſit univerſi totius, & ſingulæ ſuæ cujusque partis: quod utique perſpicuum eſt. Sed natura C actu ipſo conſtans phantaſia caret in nobis; quæ autem ea ſuperior eſt anima, phantaſia prædita eſt. Quocirca ſi natura, quarum rerum phantaſiam nullam percipit, earum nihilominus cauſam continere cenſetur; quid tandem, per Deos immortales, obſtare poteſt, quo minus idipſum animæ potiori & antiquiori jure tribuatur; cum vel hoc quoque partim phantaſia ipſa cognitum ſit nobis, partim ratione comprehenſum? Quis eſt autem adeo contentioſus & pervicax, ut cum in natura materiales ineſſe rationes D exiſtimet, etſi non omnes, aut ſimul actu complexas, at poteſtate nihilominus univerſas; iſtud ipſum nolit animo concedere? Si igitur poteſtate, non actu, formas natura continet; poteſtate vero etiam in anima ſunt, ſed liquidius, ac diſtinctius, ut comprehendi, & cognitione percipi poſſint; actu tamen non inſint; undenam perpetuitatis in generatione putabimus rationes eſſe ſuſpenſas? aut quibus demum firmamentis ea ſtabiliemus, quæ de mundi æternitate dicuntur?

dicuntur? Nam circulare corpus ex materia formaque componitur. Neceſſe eſt autem, licet a ſe invicem minime iſta ſeparentur, cogitatione tamen prima illa exiſtentia cum antiquiora eſſe, tum ita judicari. Quoniam igitur materialium formatum primaria quædam cauſa ponitur materiæ penitus expers, opifici ſubjecta tertio; qui non iſtarum modo nobis, ſed & ejus, quod apparet, quintique corporis procreator eſt ac dominus; ſic Attin ab eodem ſejungimus, ut effectricem illam cauſam ad materiam ſeſe usque demittentem, ac genitalem Deum, Attin eſſe, ſive Gallum, arbitremur. At hunc ipſum fabula refert ad Galli fluminis alveum expoſitum ad ætatis florem perveniſſe: deinde cum formoſus & grandis appareret, Deum in ſe Matris amorem provocaſſe. Quæ cum alia ipſi permiſit omnia; tum ſtellatum ejus capiti pileum impoſuit. Verum quoniam Attidis verticem tegit hoc quod conſpicimus cœlum; vide num Gallum fluvium de lacteo circulo interpretari liceat? Ibi enim patibile corpus cum quinto corpore, quod in orbem circumactum pati nihil poteſt, commiſceri dicitur. Hucusque Deorum mater formoſo illi, & ſolarium radiorum ſimili, intelligibilique Deo Attidi ſaltare ac tripudiare permiſit. Sed cum progreſſus idem ad extrema perveniſſet; ad ſpeluncam ipſum adiiſſe narrat fabula, & cum Nympha eſſe congreſſum; quod quidem materialem concretionem ſignificat. Tametſi non jam materiam deſignat ipſam; ſed cauſam ultimam corporis expertem, quæ materiæ præſidet. Sane

— humentes animas occumbere
letho,

Heraclitus quoque ſcripſit. Hunc ergo Gallum intelligibilem Deum eſſe credimus; qui materiales ac ſubjectas Lunæ formas continet; quique cum ea cauſa, quæ materiæ præeſt, congreditur: congreditur autem non ut alius cum alia, ſed tanquam in hoc

A λόγως; Τὸ γάρ τοι κυκλικὸν σῶμα ἐξ ὑποκειμένης καὶ εἴδους ἐστί. Ἀναγκη δὴ ἂν, εἰ καὶ μὴ πόλε ἐνεργείᾳ ταῦτα δίχα ἀλλήλων· ἀλλὰ ταῖς γε ἐπινοίαις ἐκεῖνα πρῶτα ὑπάρχοντα εἶναί τε, καὶ νομίζεσθαι πρεσβύτερα. Οὐκοῦν ἐπειδὴ δέδοταί τις καὶ τῶν ἐνύλων εἰδῶν αἰτία πρηγημένη παντελῶς ἄυλος ὑπὸ τοῦ τρίτον δημιουργόν· ὃς ἡμῖν ἐκ τούτων μόνον ἐστὶ, ἀλλὰ καὶ τῶν φαινομένων, καὶ πέμπτης σώματος πατὴρ, καὶ δεσπότης· ἀποδιελόντες ἐκείνην τὴν Ἄττιν, τὴν ἄχρι τῆς ὕλης καταβαίνουσαν αἰτίαν καὶ θεὸν γόνιμον Ἄττιν εἶναι, καὶ Γάλλον πεπιστεύκαμεν. ὃν δέ φησιν ὁ μῦθος ἀνθῆσαι μὲν ἐκλεθέντα παρὰ Γάλλῳ ποταμῷ ταῖς ὄναις· εἶτα καλὸν φανέντα, καὶ μέγαν, ἀγαπηθῆναι παρὰ τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν. τὴν δὲ τά τε ἄλλα πάντα ἐπιτρέψαι αὐτῷ, καὶ τὸ ἀστεφανωτὸν ἐπιθεῖναι πῖλον. Ἀλλ' εἰ τὴν κορυφὴν στέπτῃ τῷ Ἄττιδος ὁ φαινόμενος οὐρανὸς ἵστησι τὸν Γάλλον ποταμὸν ἆρα μὴ πόλε χρὴ τὸν γαλαξίαν μανθάνεσθαι κύκλον; ἐνταῦθα γάρ φασι μίγνυσθαι τὸ παθητὸν σῶμα πρὸς τὴν ἀπαθῆ τῷ πέμπτῳ κυκλοφορίαν. ἄχρι τοι τούτων ἐπέτρεψεν ἡ Μήτηρ τῶν θεῶν σκιρτᾶν τε καὶ χορεύειν τῷ καλῷ τούτῳ· καὶ ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν ἐμφερεῖ τῷ νοερῷ θεῷ τῷ Ἄττιδι. ὁ δὲ ἐπειδὴ προϊὼν ἦλθεν ἄχρι τοῦ ἐσχάτου, ὁ μῦθος ἄυλον εἰς τὸ ἄντρον καταλελθεῖν ἔφη, καὶ συγγενέσθαι τῇ νύμφῃ, τὸ διῦλον αἰνιττόμενος τῆς ὕλης· καὶ ὠδὲ τὴν ὕλην ἀυλὴν νῦν ἔφη· τὴν τελευταίαν δὲ αἰτίαν ἀσώματον, ἣ τῆς ὕλης προέστηκε. λέγεταί τοι καὶ πρὸς Ἡρακλείτου

— ψυχῇσιν θάνατος ὑγρῇσι
γενέσθαι.

τοῦτον ἂν τὸν Γάλλον τὸν νοερὸν θεὸν, τὸν τῶν ἐνύλων, καὶ ὑπὸ σελήνην εἰδῶν συνοχέα, τῇ προστεταγμένῃ τῆς ὕλης αἰτίᾳ συνιόντα· συνιόντα δὲ οὐχ ὡς ἄλλον ἄλλῃ· ἀλλ' οἷον αὐτὸ εἰς τοῦτο ὑποφερόμενον.

μενον. Τίς ἂν ἡ Μήτηρ τῶν Θεῶν; ἡ τῶν κυβερνώντων τὰς ἐμφανεῖς νοερῶν καὶ δημιουργικῶν Θεῶν πηγή, ἡ καὶ τεκοῦσα καὶ συνοικοῦσα τῷ μεγάλῳ Διΐ, θεὰ ὑποσᾶσα μεγάλη μετὰ τὸν μέγαν, καὶ σὺν τῷ μεγάλῳ δημιουργῷ· ἡ πάσης μὲν κυρία ζωῆς· πάσης δὲ γενέσεως αἰτία· ἡ ῥᾳστα μὲν ἐπιτελοῦσα τὰ ποιούμενα· γεννῶσα δ' ὅλα πάθους, καὶ δημιουργοῦσα τὰ ὅλα μετὰ θ' παθοῦς· αὐτη καὶ παρθένος ἀμήτωρ, καὶ Διὸς σύνθωκος, καὶ μήτηρ θεῶν ὅλως ὅσα πάντων. τῶν γὰρ νοητῶν ὑπερκοσμίων θεῶν δεξαμένη πάντων αἰτίας ἐν ἑαυτῇ, πηγὴ τοῖς νοεροῖς ἐγένετο. Ταύτην δὴ τὴν θεὸν ὅσαν, καὶ Πρόνοιαν ἔρως μὲν ὑπῆλθεν ἀπαθὴς Ἄττιδος. ἐθελόσια γὰρ αὐτῇ καὶ καλὰ γνώμην ἐστὶ, ὑ τὰ ἔνυλα μόνον ἤδη, πολὺ δὲ πλέον τὰ τούτων αἴτια. τὴν δὴ τὰ γινόμενα, καὶ φθειρόμενα σώζουσαν προμήθειαν, ἐρᾷν ὁ μῦθος ἔφη τῆς δημιουργικῆς τούτων αἰτίας, καὶ γονίμου· καὶ κελεύειν μὲν αὐτὴν ἐν τῷ νοητῷ τίκτειν μᾶλλον, καὶ βλέπεσθαί γε πρὸς ἑαυτὴν ἐπεστράφθαι, καὶ σωοικεῖν· ἐπίταγμα δὲ ποιεῖσθαι μηδενὶ τ ἄλλων ἅμα μὲν τὸ ἑνοειδὲς σωτήριον διώκουσαν· ἅμα δὲ φεύγουσαν τὸ πρὸς τὴν ὕλην νεῦσαν. πρὸς ἑαυτὴν τε βλέπειν ἐκέλευσεν, ὅσάν τε πηγὴν μὲν τ δημιουργικῶν θεῶν· ὑ καθελκομένην δὲ εἰς τὴν γένεσιν, οὐδὲ θελγομένην· ὅτω γὰρ ἔμελλεν ὁ μέγας Ἄττις, καὶ κρεῖττον εἶναι δημιουργός· ἐπεὶ περὶ ἐν πᾶσιν ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπιστροφὴ μᾶλλόν ἐστι θεραπήριος τῆς πρὸς τὸ χεῖρον νεύσεως. Ἐπεὶ καὶ τὸ πέμπτον σῶμα τούτῳ δημιουργικώτερόν ἐστι τ τῇδε, καὶ θειότερον, τῷ μᾶλλον ἐστράφθαι πρὸς τὰς θεάς· ἐπεί τε τὸ σῶμα, κἂν αἰθέριος ᾖ τὰ καθαρώτατα καὶ ψυχῆς ἀχράντου, καὶ καθαρᾶς· οἵαν τὴν Ἡρακλέους ὁ δημιουργὸς ἐξέπεμψεν ἅθεὶς ἂν εἰπεῖν κρεῖττον τολμήσειε. τότε μέν τοι ἦν τε καὶ ἐδόκει μᾶλλον

ipſe delapſus. Quænam igitur Deorum illa mater eſt? Nimirum intelligentium & opificum Deorum, a quibus apparentes illi gubernantur, veluti fons quidam, vel certe parens, eademque magni Jovis conjux: Dea ſubſiſtens magna poſt magnum, & cum magno conditore: vitæ arbitra omnis ac domina: omnis cauſa generationis: quæ & opera ſua facillime molitur, & quæ ſunt univerſa cum patre ſine paſſione gignit & producit. Eadem ipſa quoque virgo eſt matris expers, & Jovi adſidens, ac Deorum revera parens omnium. Nam cum intelligibilium mundoque ſuperiorum in ſeſe cauſas Deorum exceperit, fons eſt intelligentibus facta. Hanc itaque Deam, quæ & Providentia dicitur, caſtus quidem citra paſſionem Attidis amor invaſit. Etenim non materiales tantummodo formas; ſed & multo magis earum cauſas ultro ac voluntate ſua complectitur. Sed illam, uti dixi, quæ oriuntur, aut occidunt, conſervantem cuncta providentiam refert fabula, effectricis illorum cauſæ ac genitalis amore fuiſſe captam. Cui quidem juſſiſſe fertur, ut in intelligibili potius rerum genere pareret; atque ad ſeſe converti, ac ſecum illam verſari voluiſſe, imo vero præcepiſſe, ne cum alio quoquam habitaret. Quod ideo faciebat, primum ut ſalutarem illam unitatem retineret: tum ut propenſionem ad materiam inclinationemque vitaret. Itaque in ſeſe illam intueri juſſit; quæ & opificum Deorum fons eſſet, & ad generationem demitti infringique ſeſe nequaquam ſineret. Ita quippe magnus Attis longe erat præſtantiore modo procreator & opifex futurus: quandoquidem ad efficiendum omnibus in rebus aptior eſt converſio ad id quod melius eſt, quam ad deterius propenſio. Nam & quintum corpus eo quam inferiora iſta efficacius ac divinius eſt, quo ad Deos magis convertitur. Neque enim corpus, quamvis puriſſimo ex æthere conflatum ſit, ſincera illibataque anima (cujusmodi Herculis animam opifex indidit) præſtantius affirmare aliquis audeat. Veruntamen tum erat & eſſe videbatur efficacior,

f. ἤδη

Reg. ἐπεί τε τὸ

efficacior, cum ipſam in corpus illa demiſit. Nam & ipſi nunc Herculi, poſtquam totum ad patrem totus abſceſſit, facilior eſt iſtiusmodi cura rerum, quam tunc fuit, cum carne præditus homines inter educabatur. Usque adeo præſtantior eſt in omnibus ad efficiendum aliquid, ad id quod melius eſt transgreſſio, quam ad deterius converſio. Quod ut fabula ſignificaret, Matrem Deorum Attidi mandaſſe refert, uti ſeſe coleret, neque vel quoquam diſcederet, vel alterius amore caperetur. At is ad extremam ſilvam usque deſcendens progreſſus eſt. Quare cum infinitati modus eſſet adhibendus, Corybas, ecce, magnus ille Sol, Deorum Matris aſſeſſor, qui univerſa cum illa procreavit, & eadem communi providentia regit ac temperat, neque quicquam ſine illa molitur, leoni perſuaſit, uti rem indicio ſuo proderet. Ecquis eſt iſte porro leo? fulvum utique fuiſſe illum accepimus. Nihil eſt aliud igitur quam principium, quod calori & ignito fervori præſidet; quod cum Nympha illa pugnaturum erat, neque conſuetudinem ejus cum Attide ſine æmulatione paſſurum. Quænam vero Nympha iſta fuerit, jam diximus. Rerum igitur omnium procreatrici providentiæ principium illud operam commodaſſe fertur; Matri videlicet Deorum; ac deprehenſione indicioque ſuo adoleſcenti caſtrationis cauſam præbuiſſe. Eſt autem caſtratio quædam infinitatis moderatio. Etenim generatio ab illa rerum conditrice providentia cohibita, certo ac definito formarum numero ſeſe continuit, non abſque illa, quæ dicitur, Attidis inſania: quæ cum modum excederet ac prætergrederetur omnem, eo debilitata maxime eſt, neque ſui compos amplius eſſe potuit. Quod quidem circa ultimum Deorum principium contigiſſe rationi conſentaneum eſt. Aſpice quintum illud corpus, mutationi nulli ac viciſſitudini prorſus obnoxium, (in illis Lunæ colluſtrationibus) ubi mundus iſte, deinceps continuo naſcens & occidens, quinto illi corpori vicinus eſt. In iſtiusmodi ſane Lunæ colluſtrationibus non-

A δρασήριος, ὅτε αὐλὴν ἔδωκεν ἐκείνῃ σώμαλι· ἐπεὶ καὶ αὐτῷ νῦν Ἡρακλεῖ ὅλῳ πρὸς ὅλον κεχωρηκότι τ παλέρα, ῥᾴων ἡ τούτων ἐπιμέλεια καθέσηκεν, ἢ πρότερον ἦν, ὅτε ἐν τοῖς ἀνθρώποις σαρκία Φορῶν ἐτρέφελο. Οὕτως ἦν πᾶσι δρασήριος μᾶλλον ἡ πρὸς τὸ κρεῖτλον ἀπόσασις ϛ ἐπὶ τὸ χεῖρον τροφῆς. Ὁ δὴ βυλόμενος ὁ μῦθος διδάξαι, παραινέσαι φησὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν τῷ Ἀττιδι, θεραπεύειν αὐλὴν, καὶ μήτε ἀποB χωρεῖν, μήτε ἐᾷν ἄλλης. ὁ δὲ προῆλθεν ἄχρι τ ἐσχάτων τῆς ὕλης καλελθών. ἐπεὶ δὲ ἐχρῆν παύσασθαί πολε, καὶ σῆναι τὴν ἀπειρίαν, Κορύβας μὲν ὁ μέγας Ἥλιος, ὁ συμβρον☉ τῇ μητρὶ, καὶ συνδημιυργῶν αὐλῇ τὰ πάνλα, καὶ συμπρομηθούμεν☉, καὶ ὑδὲν πράττων αὐλῆς δίχα, πείθϕ τ λέοντα μηνύλην γενέσθαι. Τίς δὲ ὁ λέων; αἴθωνα δηπυθεν ἀκούομεν αὐλόν. αἰτίαν τοίνυν τὴν προεσῶσαν τὸ θερμὸ, καὶ πυρώδες· ἢ πολεμήσειν ἔμελλε τῇ νύμφῃ, καὶ ζηλοτυπήσειν αὐλὴν τῆς πρὸς τὸν Ἄτλιν κοινωνίας· εἴρηται δ ἡμῖν τίς ἡ νύμφη· τῇ δημιυργικῇ προμηθείᾳ τ ὄντων ὑπυργῆσαί φησι, δηλαδὴ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. εἶτα φωράσαντα, ϗ μηνύλην γενόμενον αἴτιον γενέσθαι τῷ νεανίσκῳ τ ἐκτομῆς. ἡ δὲ ἐκτομὴ, τίς ἐποχὴ τῆς ἀπειρίας· ἔστι γὰρ δὴ τὰ τῆς γενέσεως ἐν ὡρισμένοις τοῖς εἴδεσι, ὑπὸ τῆς δημιυργικῆς ἐπισχεθέντα προμηθείας, ἀκ ἄνευ τῆς ἔD Ἄτλιδ☉ λεγομένης παραφροσύνης, ἣ τὸ μέτριον ἐξισαμένη ϗ ὑπερβαίνυσα· καὶ διὰ τοῦτο, ὥσπερ ἐξαθενοῦσα, καὶ ἐκτὸς αὐτῆς εἶναι δυναμένη· ὃ δὴ περὶ τὴν τελευταίαν ὑποσῆναι τ θεῶν αἰτίαν ἀκ ἄλογον. Σκόπει ἂν ἀναλλοίωλον κατὰ πᾶσαν ἀλλοίωσιν τὸ πέμπλον θεώμενος σῶμα περὶ τὰς φωλισμὰς τ Σελήνης, ἵνα λοιπὸν ὁ συνεχῶς γιγνόμενός τε, ϗ ἀπολλύμενος κόσμος γειτνιᾷ τῷ πέμπλῳ σώμαλι. περὶ τὰς φωλισμὰς

αὐτῆς

αὐτῆς ἀλλοίωσίν τινα, καὶ πάθη συμπί-
πλοντα θεωρῶμεν. Οὐκ ἄτοπον ἂν (εἰ)
καὶ τὸ Ἄττιν τοῦτον ἡμίθεόν τινα ἐναι-
βάλλειαι· δοκεῖ γὰρ δὴ καὶ ὁ μῦθος τοῦτο μᾶλ-
λον ἢ θεὸν μὲν τῷ παντὶ. πρόεισί τε γὰρ
ἐκ τοῦ τέλους δημιουργοῦ, καὶ ἐπανάγεται
πάλιν ἐπὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν μετὰ
τὴν ἐκτομήν. ἐπεὶ δὲ ὅλως ῥέπειν πέ-
πεικε, νεύειν εἰς τὴν ὕλην δοκεῖ. Θεῶν
μὲν ἔσχατον, ἔξαρχον δὲ τῶν θείων γε-
νῶν ἁπάντων, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις αὐτὸν
ὑπολαβών. ἡμίθεον δὲ διὰ τοῦτο ὁ μῦ-
θός φησι, τὴν πρὸς τὰς ἀτρέπτους αὐτῶν
θεὰς ἐνδεικνύμενος διαφοράν. δορυφο-
ροῦσι γὰρ αὐτὸν παρὰ τῆς Μητρὸς δοθέν-
τες οἱ Κορύβαντες, αἱ τρεῖς ἀρχικαὶ τῶν
μετὰ θεὰς κρειττόνων γενῶν ὑποστά-
σεις. Ἀρχὴ δὲ καὶ τῶν λεόντων, οἳ τὴν ἔν-
θερμον οὐσίαν καὶ πυρώδη καὶ ἀνειμένην
μετὰ σφῶν ἐξάγουσι λέοντος, αἴτιοι τῷ
πυρὶ μὲν πρώτως· διὰ δὲ τὴν ἐν-
θένδε θερμότητος, ἐνεργείας τε κινητι-
κῆς, αἴτιοι καὶ τοῖς ἄλλοις εἰσὶ σωτηρίας·
περιφορὰν δὲ τοῦ οὐρανοῦ ἀντὶ τιάρας, ἐκεῖ-
θεν ὥσπερ ἐπὶ γῆν ὁρμώμενος. Οὗτος
ὁ μέγας ἡμῖν θεὸς Ἄττις ἐστί. αὗται δὲ
βασιλέως Ἄττιδος αἱ θρηνούμεναι τέως
φυγαί, καὶ κρύψεις, καὶ ἀφανισμοί, καὶ
αἱ δύσεις αἱ καλαὶ τὸ ἄντρον. Τεκμήρια
δὲ ἔσω μοι τούτων, ὁ χρόνος ἐν ᾧ γίνεται.
τέμνεσθαι γάρ φασι τὸ ἱερὸν δένδρον
καθ' ἣν ἡμέραν, ὁ ἥλιος ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆ
ἰσημερινῆς ἀψῖδος ἔρχεται· εἶθ' ἑξῆς
περισαλπισμὸς παραλαμβάνεται τῇ
τείτῃ δὲ τέμνεται τὸ ἱερὸν, καὶ ἀπόῤῥητον
θέρος τοῦ θεοῦ Γάλλου· ἐπεὶ τούτοις Ἱλά-
ρια φασι καὶ ἑορταί. Ὅτι μὲν δὴ σάσις
ἐστὶ τῆς ἀπειρίας ἡ θρυλλουμένη παρὰ
τοῖς πολλοῖς ἐκτομή, πρόδηλον· ἐξ ὧν
Voss. καὶ ἐξ ὧν ἡνίκα ὁ μέγας ἥλιος δὲ ἰσημερινῆς ψαύ-
σας κύκλου· ἵνα τὸ μάλιστα ὡρισμένον
ἐστί· τὸ μὲν γὰρ ἴσον, ὡρισμένον ἐστὶ τὸ δὲ
ἄνισον, ἄπειρόν τε, καὶ ἀδιεξίτητον· καλὰ
τοῦ λόγου αὐτίκα τὸ δένδρον τέμνεται εἶθ'

A nihil cernimus mutationis & paſſionis incidere. Quare non abſurde Semideum aliquem Attin illum eſſe ſtatuemus, (hoc enim velle ſibi fabula videtur) vel potius Deum omnino quempiam. Nam a tertio conditore progreditur, & ad Matrem Deorum poſt exciſionem denuo revocatur. Verum quoniam vergere prorſus ſeſe ille perſuadet, in materiam propenſior eſſe videtur. Unde qui Deorum noviſſimum, ac divinorum omnium generum principem illum arbitretur, is a veritate nequaquam
B abhorrear. Hunc enim Semideum iccirco fabula nominavit, ut ejus ab immutabilibus Diis diſcrimen exprimeret. Porro cuſtodes illi ac ſatellites a Matre ſunt dati Corybantes, quæ ſunt tria præſtantiorum ſecundum Deos generum ſubſiſtentia principia. Atque idem ille principatum in leones obtinet: qui calidiorem naturam & igneam ſortiti, cum duce ſuo leone, ignem quidem inprimis ipſum, tum per ejus calorem & actionem ad movendum efficacem, reliqua corpora conſervant. Ad hæc
C cœlum tiaræ ipſum inſtar ambit, qui illinc quaſi tendit ad terram. Ejusmodi magnus ille nobis Deus eſt Attis. Hæ ſunt regis Attidis comploratu ac lamentis interim celebratæ fugæ, ſeceſſiones, ſubtractiones e medio, & in ſpelunca latebræ. Quod vel tempus ipſum ſatis indicat, quo illa omnia geruntur. Etenim ſacram arborem ſuccidi illo ipſo die ferunt, quo Sol ſupremam æquinoctiorum apſidem attigit: altero die tubarum clangore perſtrepunt: tertio, ſacra & arcana Dei Galli meſſis putaD tur. Secundum hæc, ut ajunt, Hilaria feſtique dies ſuccedunt. Quod igitur exciſio illa multorum pervagata ſermonibus, nihil ſit aliud, quam moderatio quædam amplitudinis infinitæ, vel ex eo patet, quod per idem tempus, quo Sol æquinoctialem circulum adeptus eſt, (ubi maxime curſus illius circumſcribitur; quod enim eſt æquale, definitum eſt; inæquale autem omne, infinitum eſt, neque permeari poteſt) tum, inquam, uti narrant, arbor illa ſuccidítur: ac deinceps cætera conſequuntur, quorum

quorum nonnulla myſticis & arcanis legibus devincta ſunt, alia in omnes evulgari poſſunt. Ac quod ad illam arboris exciſionem ſpectat, ea vero ad hiſtoriam Galli pertinet; nihil autem ad illa myſteria facit, ad quæ ſolet adhiberi. His enim ſignis tacite Dii nos, ut opinor, admonent, oportere id e terra, quod eſt pulcherrimum, decerpentes, cum religione virtutem ad Deam perferre, & hoc ipſum probe ac cum laude transactæ vitæ indicium oſtendere. Etenim arbor cum e terra pullulet, ſurſum tamen velut in æthera conſurgit, eſtque viſu ipſo formoſa, tum æſtivos calores opacitate ſua temperat, nec non fructus ex ſeſe gignit, & ad utilitates hominum largitur. Tantum illi fœcunditatis ſuppetit. Quamobrem ad hoc lex illa nos hortatur, qui natura cœleſtes, ſed in terram depoſiti ſumus; ut virtutem cum pietate ex ea, quam in terris degimus, vita colligentes, ad primigeniam illam Deam autoremque vitæ properemus. Sane claſſicum illud, quo ſignum Attidi poſt exciſionem recipiendi ſui datur, idem præbet & nobis ipſis, quicunque cœlitus in terras allapſi decidimus. Secundum hoc ſignum Rex Attis infinitam evagationem exciſione ſua coercet: & nos perinde a Diis admonemur, noſtram in nobis immoderationem infinitatemque comprimere, & ad id, quod definitum, & uniforme ſit, ac, ſi fieri poteſt, unum ipſum, recurrere. Quod ubi perfectum erit, ſtatim Hilaria conſequentur. Quid enim lætius, quid hilarius eſt anima illa, quæ cum infinitatem, ac generationem, ejusque tempeſtatem omnem evitare potuit; tum ad Deos ipſos ſeſe provexit? Quorum e numero cum eſſet Attis, ne eum quidem Deorum mater neglexit, cum paulo ultra quam oporteret progredi cœpiſſet: ſed immoderationem iſtam cohibere jubens, illum ad ſeſe convertit.

Ac ne quis forte ſic a me dici illa ſuſpicetur, quaſi ita geſta ſint, aut revera exti-

A ἐξῆς γίνεσθαι τὰ λοιπά· τὰ μὲν διὰ τὰς μυστικὰς καὶ κρυφίους θεσμάς· τὰ δὲ καὶ ῥηθῆναι πᾶσι δυναμένας. Ἡ δὲ ἐκλομὴ τὸ δένδρου, τοῦτο ᾗ τῇ μὲν ἱστορίᾳ προσήκει τῇ περὶ τὸν Γάλλον· οὐδὲν δὲ τοῖς μυστηρίοις, οἷς παραλαμβάνεται. διδασκόντων ἡμᾶς οἶμαι τὸν θεῶν συμβολικῶς, ὅτι χρὴ τὸ κάλλιστον ἐκ γῆς δρεψαμένους, ἀρετὴν μετὰ εὐσεβείας ἀπενεγκεῖν τῇ θεῷ, σύμβολον τὸ ἐνταῦθα χρηστῆς πολιτείας ἐσόμενον. Τὸ γὰρ
B τοι δένδρον ἐκ γῆς μὲν φύεται· σπεύδει δὲ ὥσπερ εἰς τὸν αἰθέρα, καὶ ἰδεῖν τέ ἐστι, καὶ ὀφθῆναι καλόν· καὶ σκιὰν παρασχεῖν ἐν πνιγεῖ· ἤδη δὲ καὶ καρπὸν ἐξ ἑαυτοῦ προβάλλειν, καὶ χαρίσασθαι· ὅτως αὐτῷ πολύ τί γε τοῦ γονίμου περίεστιν. Ἡμῖν ἂν ὁ θεσμὸς παρακελεύεται τοῖς φύσει μὲν οὐρανίοις, εἰς γῆν δ' ἐνεχθεῖσιν, ἀρετὴν μετὰ εὐσεβείας ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ γῇ πολιτείας ἀμησαμένους, παρὰ τὴν προγονικὴν καὶ ζωογόνον σπεύδειν θεόν. Εὐ-
C θὺς ἂν ἡ σάλπιγξ μετὰ τὴν ἐκλομὴν ἐκδίδωσι τὸ ἀνακλητικὸν τῷ Ἀττιδι, καὶ τοῖς ὅσοι πόθεν οὐρανόθεν ἔπτημεν εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐπέσομεν. Μετὰ δὴ τὸ σύμβολον τοῦτο, ὅτε ὁ βασιλεὺς Ἄττις ἴσησι τὴν ἀπειρίαν διὰ τῆς ἐκλομῆς· ἡμῖν τε οἱ θεοὶ κελεύουσιν ἐκλέμνειν καὶ αὐλοῖς τὴν ἐν ἡμῖν αὐλοῖς ἀπειρίαν· καὶ μιμεῖσθαι τὰς ἡ- *Reg. & Voſſ.* τι
μῶν· ἐπὶ δὲ τὸ ὡρισμένον, καὶ ἑνοειδὲς, καὶ ἡμῶν
εἴπερ οἷόν τε ἐσω, αὐλὸ τὸ ἓν, ἀναδρέχειν. ἅπερ γενομένα πάντως ἕπεσθαι χρὴ τὰ
D Ἱλάρια. Τί γὰρ εὐθυμότερον; τί δὲ ἱλαρώτερον γένοιτο ἂν ψυχῆς ἀπειρίαν μὲν, καὶ γένεσιν, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ κλύδωνα διαφυγούσης· ἐπὶ δὲ τὰς θεὰς αὐλὰς ἀναχθείσης; ὧν ἕνα καὶ τὸν Ἄττιν ὄντα περιεῖδεν οὐδαμῶς ἡ τῶν θεῶν μήτηρ, βαδίζοντα πρόσω πλέον ἢ χρὴν πρὸς ἑαυτὴν δὲ ἐπέστρεψε, σῆσαι τὴν ἀπειρίαν προσάξασα.

Καὶ μή τις ὑπολάβοι με λέγειν, ὡς ταῦτα ἐπράχθη ποτὲ, καὶ γέγονεν·

ὥσπερ ἂν εἰδότων τῶν θεῶν αὐλῶν ὅ τι ποιήσουσιν ἢ τὰ σφῶν αὐτῶν ἁμαρτήματα διορθωμένων. Ἀλλὰ οἱ παλαιοὶ τῶν ὅλων ἀεὶ τὰς αἰτίας, ἤτοι τ θεῶν ὑφηγουμένων, καὶ σφᾶς αὐλὰς διερευνώμενοι βέλτιον δὲ ἴσως εἰπεῖν ζητοῦντες ὑφ' ἡγεμόσι τοῖς θεοῖς, ἔπειτα εὑρόντες, ἐσκέπασαν αὐλὰ μύθοις παραδόξοις· ἵνα διὰ τ παραδόξου μὴ ἀπεμφαίνοιτο τὸ πλάσμα φωραθὲν ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἡμᾶς τ ἀληθείας προλρέψῃ· τοῖς μὲν ἰδιώταις ἀρκούσης, οἶμαι, τ ἀλόγου, μὴ διὰ τῶν συμβόλων μόνον ὠφελείας· τοῖς δ' περιττοῖς καὶ τὴν φρόνησιν, ἕως ἂν μόνως ἐσομένης ὠφελίμου τῆς περὶ θεῶν ἀληθείας, εἴ τις ἐξετάζων αὐλὴν ὑφ' ἡγεμόσι τοῖς θεοῖς εὕροι μὴ λάθοι· διὰ μὲν τ αἰνιγμάτων ὑπομνηθεὶς, ὅτι χρή τι περὶ αὐλῶν ζητεῖν· εἰς τέλος δὲ μὴ ὥσπερ κορυφὴν τ πράγματος διὰ τ σκέψεως εὑρὼν πορευθείη· μὴ αἰδοῖ καὶ πίστει μᾶλλον ἀλλοτρίας δόξης, ἢ τῆς ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ νῦν ἐνεργείας. Τί δ' ἂν εἶναι φαμὲν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ κατανοήσαντες; ἄχρι τοῦ πέμπτου σώματος ὁ τὸ νοητὸν μόνον, ἀλλὰ μὴ τὰ φαινόμενα ταῦτα σώματα τῆς ἀπαθοῦς ὄντα μὴ θείας μερίδος, ἄχρι τούτους θεοὺς ἐνόμισαν ἀκραιφνεῖς εἶναι. τῇ γονίμῳ δὲ τ θεῶν οὐσίᾳ τ τῇδε παρυποσταθέντων, ἐξ ἀϊδίου συμπροελθούσης τ ὕλης τοῖς θεοῖς· παρ' αὐτῶν δὲ, καὶ δι' αὐτῶν, διὰ τὸ ὑπερπληρεῖς αὐτῶν τῆς γονίμου μὴ δημιουργικῆς αἰτίας, ἡ τ ὅλων προμήθεια, συνουσιωμένη τοῖς θεοῖς ἐξ ἀϊδίου, καὶ σύνθρονος μὲν ὅσα τῷ βασιλεῖ Διΐ, πηγὴ δὲ τῶν νοερῶν θεῶν· καὶ τὸ δοκοῦν ἄζωον, μὴ ἄγονον, καὶ σκύβαλον, μὴ τῶν ὅλων, οἷον ἂν εἴποι τις, ἀποκάθαρμα, μὴ τρύγα, καὶ ὑποσάθμην, διὰ τῆς τελευταίας τῶν θεῶν· εἰς ἣν αἱ πάντων οὐσίαι τ θεῶν ἀποτελευτῶσιν ἐκόσμησέ τε, μὴ διωρθώσατο, μὴ πρὸς τὸ κρεῖττον μετέστησεν. Ὁ γὰρ Ἄττις ὅτ-

A terint aliquando; ſic tanquam Dii quid facturi ſint ignorent, aut errata ſua corrigant; ita demum habeat: Cum antiqui rerum aſſidue cauſas vel per ſeſe præeuntibus Diis explorarent, vel, ut verius dicam, ſub illis ducibus indagarent; ubi eas adepti ſunt, incredibilibus quibusdam involviſſe fabulis, ut ex abſurditate ipſa & incredibilitate cognita commenti falſitas ad inveſtigationem nos veritatis acueret. Nam & idiotis utilitas illa ſufficit, quæ ex nudis ſignorum involucris ſine ulla ratione percipitur; iis autem qui prudentia B antecellunt, ita duntaxat veritatis de Diis notitia proderit, ſi quis eam ſub iisdem illis ducibus ac præſidibus Diis inquirat atque comprehendat: uti nimirum de illis eſſe quærendum per ænigmata iſta moneatur; tum poſteaquam invenerit, ad ipſum rei finem, & quaſi verticem contemplatione perveniat; idque non tam opinionis alienæ fide ac reverentia, quam actione ipſa mentis. Quidnam igitur, ut compendio colligam, (Attin) eſſe animo C concipimus ac profitemur? Nempe quicquid eſt ad quintum usque corpus, non intelligibile ſolum, ſed etiam cœleſtia illa corpora, quæ cernimus, quæque paſſionis experte ac divina ſorte continentur; hactenus, inquam, Deos eſſe puros ac ſinceros opinati ſunt. Sed cum genitalis Deorum naturæ beneficio infima iſta ſubſiſtant; quatenus una cum Diis ipſis, ſed ex iis & per eos, ab æterno materia prodiit, propter ſummam, quæ eſt in illis, genitalis vis atque effectricis abundantiam, rerum illa D moderatrix providentia cum Deorum natura ex æterno conjuncta, ac regi adſidens Jovi, & intelligibilium fons & origo Deorum; iſtud etiam ipſum, quod mortuum ac ſterile eſt & abjectum, ipſum, inquam, ut ita dicam, rerum omnium retrimentum, fæces ipſas & quisquilias, per eam, quæ infimum inter Deos locum obtinet; in quam omnes illorum naturæ deſinunt; ordinavit, atque conſtituit, & ad meliorem ſtatum reduxit. Etenim ille tiara ſtellis diſtincta

redimitus

redimitus Attis indidem, ubi in hunc, quem cernimus, mundum aſpectabili Dii omnes ratione deſinunt, regni ſui principium habuit. Porro quod in illo liquidum ſincerumque fuit, id ad lacteum circulum usque pervenit. Circa hunc locum eo, quod paſſionis eſt expers, cum patibili permiſto, & illinc prodeunte cohærenteque materia, ejus communio deſcenſus eſt in ſpeluncam. Quod cum nequaquam invitis Diis, eorumque Matri accidat; invitis tamen iisdem fieri dicitur. Quod enim Dii in eo, quod præſtantius eſt, natura ſunt occupati, minime illinc eos ad inferiora demitti melior illa conditio patitur; ſed quadam meliorum accommodatione ac depreſſione ad excellentiorem ac Diis acceptiorem ſortem infima iſta provehi. Sic igitur Attidem Mater poſt exſectionem, non odio proſequi dicitur; ſed etſi reipſa non ſuccenſeat, ſuccenſere nihilominus ipſi de illa ſui demiſſione fertur: quod cum præſtantioris cujusdam conditionis, & quidem Deus eſſet, deteriori ſeſe tradiderit: ſimul atque vero infinitam illam progreſſionem cohibuit, & inconditum hoc certum redegit in ordinem, conſenſione illa, quam cum æquinoctiali habet circulo; ubi magnus Sol definiti ſui curriculi perfectiſſimum modum temperat; libenter illum ad ſeſe Dea revocat, vel ipſum potius apud ſe retinet. Neque enim tempus unquam fuit ullum, quo aliter iſta ſe habuerint ac nunc habent. Sed & Attis ſemper Matris adminiſter eſt, & auriga: ſemper ad generandum excitatur: nunquam non denique certo ac definito formarum principio infinitatem præcidit. Porro cum velut ſubvectus a terra reducitur, vetera ex intervallo ſceptra recuperare fertur. Quanquam neque ab iis dejectus eſt unquam; neque modo dejicitur; ſed pro eo, quod cum patibili ſeſe commiſcet, dicitur eſſe dejectus.

Cæterum illud forte quæſtione dignum eſt, quod, cum duplex ſit æquinoctium, non ad

A ἔχων τὴν κατάσκοπον τοῖς ἄνω τιθέναν, εὔδηλον ὅτι τὰς πάντων τῶν θεῶν εἰς τὸν ἐμφανῆ κόσμον ὁρωμένας λήξεις, ἀρχὰς ἐποιήσατο τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας· ἐπ' αὐτῷ τὸ μὲν ἀκραιφνὲς καὶ καθαρὸν ἦν ἄχει γαλαξίᾳ· περὶ τοῦτον δὲ ἤδη τὸν τόπον μιγνυμένῃ πρὸς τὸ ἀπαθὲς τὸ παθητὸν, καὶ τῆς ὕλης παρυφισαμένης ἐκεῖθεν, ἡ πρὸς ταύτην κοινωνία καταβάσις ἐστιν εἰς τὸ ἄντρον· οὐκ ἀκουσίως μὲν γενομένη τοῖς θεοῖς, καὶ τῇ τύ-
B των Μητρί· λεγομένη δ' ἀκουσίως γενέσθαι· φύσει γὰρ ἐν κρείττονι τὰς θεὰς ὄντας, οὐκ ἐκεῖθεν ἐπὶ τάδε καθέλκειν ἐθέλει τὰ βελτίω· ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν κρειττόνων συγκαταβάσεως καὶ ταῦτα ἀνάγειν ἐπὶ τὴν ἀμείνονα καὶ θεοφιλεστέραν λῆξιν. Οὕτω τοι καὶ τὸν Ἄττιν ὁ κατεχθραίνουσα μετὰ τὴν ἐκτομὴν ἡ Μήτηρ λέγεται. Ἀλλὰ ἀγανακτεῖ μὲν οὐκέτι· ἀγανακτοῦσα δὲ λέγεται διὰ τὴν συγκατάβασιν· ὅτι κρείττων ὤν, καὶ
C θεὸς, ἔδωκεν ἑαυτὸν τῇ καταδεεστέρᾳ· σήσαντα δὲ αὐτὸν τῆς ἀπειρίας τὴν πρόοδον, καὶ τὸ ἀκόσμητον τοῦτο κοσμήσαντα, διὰ τοῦ πρὸς τὸν ἰσημερινὸν κύκλον συμπαθείας· ἵνα ὁ μέγας ἥλιος τῆς ὡρισμένης κινήσεως τὸ τελειότατον κυβερνᾷ μέτρον· ἐπανάγῃ πρὸς ἑαυτὴν ἡ θεὸς ἀσμένως· μᾶλλον δὲ ἔχῃ παρ' ἑαυτῇ. Καὶ οὐδέ πω γέγονεν ὅτε μὴ ταῦτα τοῦτον ἔχῃ τὸν τρόπον, ὃν περ νῦν ἔχῃ· ἀλλ' ἀεὶ μὲν Ἄττις ἐστὶν ὑπουργὸς
D τῇ μητρὶ, καὶ ἡνίοχος· ἀεὶ δὲ ὀργάζῃ γε τὴν γένεσιν· ἀεὶ δὲ ἀποτέμνεται τὴν ἀπειρίαν διὰ τῆς ὡρισμένης τοῦ εἰδῶν αἰτίας. ἐπαναγόμενος δὲ ὥσπερ ἐκ γῆς, τῶν ἀρχαίων αὖθις λέγεται δυνασείων σκήπτρων· ἐκπεσὼν μὲν αὐτῶν οὐδαμῶς, οὐδὲ ἐκπίπτων· ἐκπεσεῖν δὲ αὐτῶν λεγόμενος διὰ τὴν πρὸς τὸ παθητὸν σύμμιξιν.

Ἀλλ' ἐκεῖνο ἴσως ἄξιον προσαπορῆσαι· διτῆς γὰρ οὔσης τῆς ἰσημερίας, οὐ

γ. ὀργάζῃ γε. Voſſ.

τὴν ἐν ταῖς χηλαῖς, τὴν δὲ ἐν τῷ κριῷ προσόμωσιν· τίς δ' ἡ αἰτία τούτου, φανερὸν δήπουθεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡμῖν ὁ ἥλιος ἀρχεῖαι τότε πλησιάζειν ἀπὸ τῆς ἰσημερίας, αὐξομένης, οἶμαι, τῆς ἡμέρας, ἔδοξεν, ὅτος ὁ καιρὸς ἁρμοδιώτερος. ἔξω γὰ τῆς αἰτίας, ἣ φησι τοῖς θεοῖς εἶναι τὸ φῶς σύνδρομον ἔχειν οἰκείως πιστεῦον τοῖς ἀφεθῆναι τῆς γενέσεως ἀπευθύνουσι τὰς ἀναγωγὰς ἀκτῖνας ἡλίου. Σκόπει δὲ ἐναργῶς· ἕλκει μὲν ἀπὸ τῆς γῆς ἅπαντα· καὶ προσκαλεῖται, καὶ βλαστάνειν ποιεῖ τῇ ζωπυρίδι, καὶ θαυμαστῇ θέρμῃ διακείνων, οἶμαι, πρὸς ἄκραν λεπτότητα τὰ σώματα· καὶ τὰ φύσει φερόμενα κάτω κουφίζει· τὰ δὴ τοιαῦτα τῶν ἀφανῶν αὐτοῦ δυνάμεων ποιητέον τεκμήρια. Ὁ γὰρ ἐν τοῖς σώμασι διὰ τοῦ σωματοειδοῦς θέρμης ὅτω τοῦτο ἀπεργαζόμενος, πῶς οὐ διὰ τοῦ ἀφανοῦς, καὶ ἀσωμάτου πάντη, καὶ θείας, καὶ καθαρᾶς ἐν ταῖς ἀκτῖσιν ἱδρυμένης οὐσίας ἕλξει, καὶ ἀνάξει τὰς εὐτυχεῖς ψυχάς; Οὐκοῦν ἐπειδὴ πέφηνεν οἰκεῖον μὲν τοῖς θεοῖς τὸ φῶς τοῦτο, καὶ τοῖς ἀναχθῆναι σπεύδουσιν· αὔξειαι δ' ἐν τῷ παρ' ἡμῖν κόσμῳ τὸ τοιοῦτον· ὥστε εἶναι τὴν ἡμέραν μείζω τοῦ νυκτὸς, ἡλίου βασιλέως ἐπιπορεύεσθαι τὸν κριὸν ἀρξαμένου· δέδεικται καὶ ἀναγωγὸν φύσει τὸ τῶν ἀκτίνων τοῦ θεοῦ διά τε τοῦ φανερᾶς ἐνεργείας, καὶ τοῦ ἀφανοῦς· ὑφ' ἧς πανπληθεῖς ἀνήχθησαν ψυχαὶ, τῶν αἰσθήσεων ἀκολουθήσασαι τῇ φανοτάτῃ, καὶ μάλιστα ἡλιοειδεῖ· τὴν γὰ τοιαύτην τῶν ὀμμάτων αἴσθησιν οὐκ ἀγαπητὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ χρήσιμον εἰς τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ πρὸς σοφίαν ὁδηγὸν ὁ δαιμόνιος ἀνύμνησε Πλάτων. Εἰ δὲ καὶ τὰ ἀῤῥήτου μυσαγωγίας ἀψαίμην, ἣν ὁ Χαλδαῖος περὶ τὸν ἑπτάκλινα θεὸν ἐβάκχευσεν, ἀνάγων δι' αὐτῆς τὰς ψυχάς· ἄγνωστα ἐρῶ, καὶ μάλα γε ἄγνωστα τῷ συρφετῷ·

Corr. προτιμῶσιν, vel πρεσπρεσμῶσιν

Voss. τοιοῦτο

Voss. δὲ καὶ

κε. incd. ἑπτάκλινα

A alterum illud, quod eſt in Chelis; ſed, quod in Ariete ſit, ad illius feſtum deligimus. Verum hujus non obſcura ratio eſt. Nam cum ſecundum æquinoctium Sol ad nos primum propius accedat, quando & lucis augentur ſpatia; viſa eſt hæc ad negotium omnium aptiſſima tempeſtas. Atque ut ab altera illa cauſa diſcedam, quæ ſocium & affine Diis eſſe lumen diſputat; facile mihi perſuadeo, qui ab hujus contagione generationis immunes eſſe ſtudent, iis ſolares radios, qui in altum evehendi vim B habent, proprie convenire. Ita enim manifeſte contemplare: inprimis quod a terra Sol trahat omnia: quod ea velut fomento quodam & admirabili calore ſuſcitet ac vegetet, cum, ut opinor, ad exquiſitam ſubtilitatem ſegregando excernendoque corpora perducit: tum quod ea, quæ deorſum vergunt, attollat ac ſublevet; ex iis occultarum illius virium argumenta capere licet. Nam qui corporeo calore talia in corporibus efficit, nonne per arcanam corporisque prorſus expertem ac divinam ſinceram- C que radiis illius inſidentem naturam multo magis ad ſe felices animas attrahet & extollet? Quocirca cum ex iis, quæ dicta ſunt hactenus, conſtet, lumen iſtud Diis immortalibus, iisque qui attollere ſeſe cupiunt, eſſe cognatum; idem vero hoc in mundo noſtro creſcere tum ſoleat, & dies eſſe nocte longior, quando Arietem permeare Sol rex incipit: una illud oſtendimus, ejusdem Dei radios vim quandam habere ſubvehendi, non manifeſta ſolum efficacitate, ſed etiam occulta: qua quidem innumerabiles animæ in ſublime provectæ D ſunt, ſplendidiſſimum e ſenſibus, Solique maxime ſimilem, ſecutæ. Hic enim ipſe ſenſus oculorum, non ut carus duntaxat & ad vitam opportunus; ſed inſuper tanquam dux ad ſapientiam, a divino Platone celebratur. Jam vero ſi arcana illa & myſtica perſequi velim, quæ circa ſeptem radiis inſignem Deum Chaldæus celebravit, ut per illum animas in ſublime provehat; obſcura quædam eloquar, & in vulgus ignota maxime: tametſi beatis illis hominibus, qui theurgicis

theurgicis ſacris operantur, probe ſint cognita. Ideo hæc in præſenti ſilentio præteribo.

Nunc eo revertor, quod paulo ante dicebam: non ſine cauſa, imo quam fieri poteſt maxime conſentanea ac vera ratione ductos veteres tempus ejusmodi illis ſacrorum ritibus præfiniſſe. Cujus rei argumentum ex eo poteſt colligi, quod æquinoctialem circulum Dea iſta ſortita ſit. Etenim circa Libræ ſignum, Cereri ac Proſerpinæ auguſta illa & arcana Myſteria inſtaurari ſolent. Jure id quidem. Nam & abeuntis in honorem Dei rurſus obire Myſteria convenit: ut ne quid ab impia tenebroſaque vi moleſtiæ nobis accidat. Sane Myſteria bis in honorem Cereris Athenienſes celebrant. Primum parva illa (ſic enim appellant) Myſteria, cum Sol Arietem pervadit; majora deinde, cum in chelis verſatur; ob eas, quas modo dixi, rationes. Ac majora quidem & minora cum aliis pluribus, opinor, ex cauſis appellata ſunt: tum hæ potiſſimum interceſſerunt, quod illo recedente magis quam accedente, celebrare iſta conſentaneum ſit. Quocirca ſub ipſius acceſſum, utpote præſente ſervatore evectoreque Deo, renovandæ duntaxat memoriæ gratia, ante plena auguſtioraque ſacra levioribus ab initiis auſpicabantur. Excipiebant ea paulo poſt caſtimoniæ frequentes, ſacrorumque cæremoniæ. At vero recedente poſtmodum Deo, & ad oppoſitam mundi zonam emigrante, caput ipſum Myſteriorum cuſtodiæ ac ſalutis cauſa celebratur. Vide autem, ut, quemadmodum hic membrum genitale præciditur, ſic apud Athenienſes qui arcana illa tractant, caſtiſſime degunt: tum eorum antiſtes hierophanta ab omni generatione prorſus abſtinet: tanquam progreſſionis illius in infinitum particeps eſſe minime debeat; ſed definitæ potius, ac perpetuo manentis, & uno contentæ, incorruptæ, ſinceræque naturæ. Sed de his hactenus.

Supereſt ut de ſanctimonia ipſa deinceps & caſtitate dicamus: ut ſi quid ad inſtitutum noſtrum pertinet, inde quoque trans-

A θεurγοῖς δὲ τοῖς μακαρίοις γνώριμα. διόπερ αὐτὰ σιωπήσω τανῦν.

Ὅπερ δὲ ἔλεγον, ὅτι καὶ τὸν καιρὸν οὐκ ἀλόγως ὑπολημπλέον, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα μετὰ εἰκότος καὶ ἀληθοῦς λόγου παρὰ τῶν παλαιῶν τῷ θεσμῷ προσεθεῖσθαι. Σημεῖον δὲ τούτου ὅτι τὸν ἰσημερινὸν κύκλον ἡ θεὸς αὕτη καλενείματο. Τελεῖται γὰρ περὶ τὸν ζυγὸν Δηοῖ, καὶ Κόρῃ τὰ σεμνά, καὶ ἀπόρρητα μυστήρια. καὶ τοῦτο εἰκότως γίνεται. χρὴ γὰρ καὶ
B ἀπιόντι τῷ θεῷ τελεσθῆναι πάλιν· ἵνα μηδὲν ὑπὸ τοῦ ἀθέου καὶ σκολεινῆς δυσχερὲς πάθωμεν ἐπικρατούσης δυνάμεως· διὸ γοῦν Ἀθηναῖοι τῇ Δηοῖ τελοῦσι τὰ μυστήρια· " αὐτῷ μὲν τῷ κριῷ τὰ μικρά Φασι μυστήρια· τὰ μεγάλα δὲ περὶ τὰς χηλὰς ὄντος ἡλίου· δι' ἃς ἔναγχος ἔφην αἰτίας. Μεγάλα δὲ ὠνομάσθαι καὶ μικρὰ νομίζω, καὶ ἄλλων ἕνεκα· μάλιστα δὲ, ὡς εἰκὸς, τούτου ἀποχωροῦντος τοῦ θεοῦ μᾶλλον ἢπερ προσιόντος. διόπερ ἐν τούτοις ὅσον εἰς ὑπόμνησιν μόνον.
C ἅτε δὴ καὶ παρόντος τοῦ σωτῆρος, καὶ ἀναγωγοῦ θεοῦ, τὰ προτέλεια καλεσάλλου τῆς τελετῆς· εἶτα μικρὸν ὕστερον ἁγνείαι συνεχεῖς, καὶ τῶν ἱερῶν ἁγισεῖαι. ἀπιόντος οὖν λοιπὸν τοῦ θεοῦ πρὸς τὴν ἀντίχθονα ζώνην, καὶ φυλακῆς ἕνεκα, καὶ σωτηρίας, αὖθις τὸ κεφάλαιον ἐπιτελεῖται τῶν μυστηρίων. Ὅρα δὲ ὥσπερ ἐνταῦθα τὸ τῆς γενέσεως αἴτιον ἀποτέμνεται· ἕτω δὴ καὶ παρὰ Ἀθηναίοις οἱ τῶν ἀῤῥήτων ἁπτόμενοι παναγεῖς εἰσι. καὶ ὁ τούτων ἐξάρχων ἱεροφάντης ἀπέσχα-
D πται πᾶσαν τὴν γενεσιν· ὡς οὐ μετὸν αὐτῷ τῆς ἐπ' ἄπειρον πρόοδου· τῆς ὡρισμένης δὲ, καὶ ἀεὶ μενούσης, καὶ ἐν τῷ ἑνὶ συνεχομένης οὐσίας, ἀκηράτου τε, καὶ καθαρᾶς. Ἐπὶ μὲν δὴ τούτων ἀπόχεη τοσαῦτα.

Λείπεται δὴ λοιπὸν, ὡς εἰκὸς, ὑπέρ τε τῆς ἁγισείας αὐτῆς καὶ τοῦ ἁγνείας διεξελθεῖν· ἵνα καὶ ἐντεῦθεν λάβωμεν εἰς τὴν

ὑπόθεσιν εἴ τι συμβάλλεται. Γελοῖον ᾗ A
αὐτίκα τοῖς πᾶσιν ἐκεῖνο φαίνεται.
κρεῶν μὲν ἅπτεσθαι δίδωσιν ὁ ἱερὸς νό-
μος· ἀπαγορεύει δὲ τῶν σπερμάτων
οὐκ ἄψυχα μὲν ἐκεῖνα, ταῦτα δὲ ἔμ-
ψυχα; οὐ καθαρὰ μὲν ἐκεῖνα· ταῦτα
δὲ αἵματος, καὶ πολλῶν ἄλλων ἂν εὐχε-
ρῶν ὄψει τε καὶ ἀκοῇ πεπληρωμένα; οὗ
τὸ μέγιστον, ἐκείνοις μὲν πρᾶσεσι, τὸ
μηδένα ἐκ τοῦ ἐδωδῆς ἀδικεῖσθαι· τού-
τοις δὲ, τὸ καλαθύεσθαι, καὶ καλασφάτ-
τεσθαι τὰ ζῶα, ἀλγεινά γε, ὡς εἰκὸς, B
καὶ τρυχόμενα; Ταῦτα πολλοὶ καὶ τῶν
ἐκτὸς ἡμῶν εἴποιεν ἄν. ἐκεῖνα δὲ ἤδη κω-
μῳδοῦσι καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ δυσσεβέ-
στατοι. τὰ μὲν ὁρμενὰ φησιν ἐσθίεσθαι
τῶν λαχάνων· παραιτεῖσθαι δὲ τὰς ῥί-
ζας, ὥσπερ γογγυλίδας. καὶ σῦκα μὲν
ἐσθίεσθαι φησι, ῥοιὰς δὲ οὐκέτι, καὶ μῆλα
πρὸς τούτοις. Ταῦτα ἀκηκοὼς μυρι-
ζόντων πολλῶν πολλάκις, ἀλλὰ καὶ εἰρη-
κὼς πρότερον, ἔοικα ἐγὼ μόνος ἐκ πάν-
των πολλὴν εἰδέσθαι τοῖς δεσπόταις θε- C
οῖς, μάλιστα μὲν ἅπασι, πρὸ τῶν ἄλλων
δὲ, τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλ-
λοις ἅπασιν, οὕτω καὶ ἐν τούτῳ, χάριν, ὅτι
με μὴ περιεῖδεν ὥσπερ ἐν σκότῳ πλα-
νώμενον· ἀλλά μοι πρῶτόν γε ἐκέλευ-
σεν ἀποκόψασθαι, ὅτι καλὰ τὸ σῶμα,
καλὰ δὲ τὰς ψυχικὰς ἀλόγους ὁρμὰς, καὶ
κινήσεις τῇ νοερᾷ, καὶ προεσώσῃ τῶν ψυχῶν
ἡμῶν αἰτίᾳ τὰ περιττὰ καὶ μάταια· ἐπὶ
νῶν δ' ἔδωκεν αὐτῇ λόγους τινὰς ἴσως ἂν
ἀπᾴδοντας πάνυ τοῖς ἐπὶ θεῶν ἀληθέσι, D
ἀλλὰ καὶ εὐαγεῖς ἐπισήμης. Ἀλλ' ἔοικα
μοι, ὥσπερ ἂν ἔχων ὅ, τι φῶ, κύκλῳ πε-
ριτρέχειν. Ἐμοὶ δὲ πάρεστι μὲν, καὶ θέ-
κασον ἐπιόντι, σαφεῖς καὶ τηλαυγεῖς αἰ-
τίας ἀποδοῦναι, τὸ χάριν ἡμῖν ὁ θεμις
ἐστὶ προσφέρεσθαι ταῦτα· ὧν ὁ θεῖος
ἔργῳ θεσμός. καὶ ποιήσω γε αὐτὸ μικρὸν
ὕστερον." Αμεινον δὲ νῦν, ὥσπερ τύπους τι-
νὰς προθεῖναι, καὶ κανόνας, οἷς ἑπόμενοι
κἄν τι πολλάκις ὑπὸ τῆς ἀπορίας παρέλθῃ τὸν λόγον, ἕξομεν ὑπὲρ τούτων κεῖναι.

feramus. In quo primum illud nemo non ridiculum judicat: quod ita carnibus veſci lex ſacra conceſſerit, ut leguminibus interdiceret. Quid enim? Nonne anima carent iſta; illa vero prædita ſunt? Non item pura illa ſunt; hæc ſanguine, cæterisque rebus ſunt referta, quas oculi & aures non facile ſuſtinent? Nonne & illud ineſt præterea, ut ex leguminum uſu in neminem redundet injuria; carnibus vero veſci nemo poſſit, quin mactentur ac jugulentur pecudes; qua re utique dolor ac moleſtia illis infligitur? Atque hæc plerique non vulgarium alioquin hominum nobis objicere poſſunt. Illa jam ab extreme impiis irrideri traducique ſolent. Nam olerum quidem caules manducari, inquiunt, radices vero repudiari, veluti rapa: tum ficus comedi, Punica non item, neque mala præterea. Cum hæc ego muſſitantes plerosque ſæpius audierim, imo & ipſe quondam uſurpaverim; ſolus nunc ex omnibus maximam Dominis Diis videor, cum univerſis, tum Deorum præcipue Matri, debere gratiam; non ſolum propter cætera ejus immane beneficia, ſed etiam ob illud ſingulare, quod me ſic tanquam in tenebris vagantem minime neglexerit, ſed inprimis abſcindi juſſerit: non corpore quidem ipſo; verum in expertibus rationis animæ motibus & incitationibus, quæcunque intelligibili & animarum noſtrarum præſidi cauſæ ſupervacanea ſunt & inutilia. Deinde certas menti meæ rationes immiſit, quæ ab vera, ſed & religioſa de Diis ſcientia fortaſſe non penitus abhorrent. Verum quaſi nihil habeam quod dicam, ita per ambages orationem circumducere videor. Atqui ſingula percurrenti licet perſpicuas & manifeſtas cauſas oſtendere, cur ejusmodi divina lege nobis interdictis veſci nefas habeatur: quod ego paulo poſt diſputabo. Nunc vero conſultius exiſtimo velut formulas ac regulas certas proponere, quibus inhærentes, ſi quid forte curſum feſtinantis orationis effugiat, de iis judicium ferre poſſimus.

Sed

Sed ante omnia revocandum illud eſt in memoriam: quid nos tandem Attin, & exciſionem illam eſſe dixerimus; tum quid illa, quæ poſt exciſionem ad Hilaria usque geruntur; nec non quid caſtimoniam ipſam ſignificare velimus. Attis igitur principium quoddam ac Deus eſſe videbatur, qui materia conſtantem hunc mundum proxime fabricavit, quem ad infima usque deſcendentem procreatrix illa Solis agitatio reprimit; cum ad totius univerſi metas & extremum orbem Deus ille pervenit, cui ab effectu æquinoctialis nomen imponitur. Nam exciſionem ipſam nihil eſſe diximus aliud, niſi infinitatis modum; qui non aliter, quam revocatione quadam ad antiquiora & primaria principia, & ex infimis emerſione contingeret. Caſtimoniæ porro finem evectionem animarum eſſe ſtatuimus. Quæ quidem inprimis ſemina illa, quæ conduntur humo, veſci prohibet. Eſt enim rerum omnium noviſſima terra: ubi & compulſa mala verſari Plato dixit, & eam paſſim in oraculis Dii ſordes ac quisquilias nominant, atque ut inde fugiamus non raro cohortantur. Quamobrem genitalis ac provida illa Dea ne ad ipſa quidem usque corporis alimenta iis quæ terræ obruuntur uti permittit; eaque re cœlum ipſum, vel potius ſupra cœlum, reſpicere nos admonet. Non deſunt tamen, qui unico ſeminum genere veſcuntur, nimirum ſiliquis; quod non magis inter ſemina, quam olera numerandum exiſtimant, quandoquidem ſurſum aſſurgit, & erectum eſt, neque in terra radices agit, ſed ad eum modum habet, quo hederæ fructus ex arbore, vel vitis ex arundine dependet. His de cauſis igitur ſtirpium veſci ſeminibus nobis interdicitur; fructibus & oleribus permittitur, non humi repentibus, ſed quæ a terra in ſublime tolluntur. Hæc eadem ratio eſt, cur in rapo quicquid terra potiſſimum gaudet, eo utpote terreſtri abſtinere jubet; quicquid autem ſurſum emergit, & in

A Προσήκει δὲ πρῶτον ὑπομνῆσαι διὰ βραχέων τίνα τε ἔφαμεν εἶναι τὴν Ἄτλιν καὶ τί τὴν ἐκτομήν· τίνος τε εἶναι σύμβολα τὰ μετὰ τὴν ἐκτομὴν ἄχρι τῶν Ἱλαρίων γινόμενα· καὶ τί βούλεσθαι τὴν ἀγνείαν. Ὁ μὲν δὴ Ἄτλις ἐλέγετο αἴτιός τις ὢν, καὶ θεὸς, ὁ προσεχῶς δημιουργῶν τὸν ἔνυλον κόσμον· ὃς μέχρι τῶν ἐσχάτων καὶ ἰσχάτων ἴσαται ὑπὸ τῆς ἡλίου δημιουργικῆς κινήσεως· ὅταν ἐπὶ τὸ ἄκρως ὡρισμένης καὶ πανὸς ὁ θεὸς γένηται περι-
B φερείας, ἃ τῆς ἰσημερίας τὰ νόμιμά ἐστι καλὰ τὸ ἔργον. Ἐκτομὴν δὴ ἐλέγομεν εἶναι τὴν ἀπειρίας τὴν ἐποχήν· ἣν δὲ ἄλλως, ἢ διὰ τῆς ἐπὶ τὰς πρεσβυτέρας, καὶ ἀρχηγικωτέρας αἰτίας ἀνακλήσεως τε, καὶ ἀναδύσεως συμβαίνειν. αὐτῆς δὴ τῆς ἀγνείας φαμὲν τὸ σκοπὸν ἄνοδον τῶν ψυχῶν. ἃς δὲ ἐᾷ πρώτων σιτεῖσθαι τὰ καλὰ γῆς δυόμενα σπέρματα. ἕκατον μὲν γὰρ τῶν ὅλων ἡ γῆ. ἐνταῦθα δέ
Voſſ. Φησιν ἀπελαθ. Φησιν καὶ ἀπελαθέντα, καὶ Πλάτων τὰ κακὰ στρέφεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο λογίων
C οἱ θεοὶ σκύβαλον αὐτὸ πολλαχοῦ καλοῦσι· καὶ φεύγειν ἐντεῦθεν πολλαχοῦ παρακελεύονται. Πρῶτον δὲ ἡ ζωογόνος καὶ προμηθὴς θεὸς ἅδε ἄχρι τῶν σωμάτων τροφῆς ἐπιτρέπει τοῖς κατὰ γῆς δυομένοις χρῆσθαι· παραινεσά γε πρὸς τὸν οὐρανὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν βλέπειν. ἐνί τινες κέχρηνται σπέρματι τοῖς λοβοῖς· ἃ σπέρμα μᾶλλον ἢ λάχανον αὐτὸ νομίζοντες εἶναι· τῷ πεφυ-
D κέναι πως ἀνωφερὲς καὶ ὀρθὸν, καὶ ἅδε ἐρρίζωσθαι καλὰ τῆς γῆς· ἐρρίζωται δὲ ὥσπερ ἐκ δένδρου κιττὸς τινος, ἢ καὶ ἀμπέλου καρπὸς ἤρτηται τοῦ καλάμου. Ἀπηγόρευται μὲν δὴ ἡμῖν σπέρμασι χρῆσθαι διὰ τοῦτο φυλῶν· ἐπιτέτραπται δὲ χρῆσθαι καρποῖς, καὶ λαχάνοις, ἃ τοῖς χαμαιζήλοις, ἀλλὰ τοῖς ἐκ γῆς αἰρομένοις ἄνω μετεώρως. Ταύτῃ τοι καὶ τὸ γογγυλίδος τὸ μὲν γεωχαρὲς, ὡς χθόνιον ἐπιλάτῃ παραιτεῖται· τὸ δὲ ἀναδυόμενον ἄνω,

ἄνω, καὶ εἰς ὕψος αἰρόμενον, ὡς αὐλὸ τὸ καθαρὸν τυγχάνον, δίδωσι προσενέγκασθαι. Τῶν γὲν λαχάνων ὁρμένοις μὲν συγχωρεῖ χρῆσθαι· ῥίζαις δὲ ἀπαγορεύει, καὶ μάλισα ταῖς ἐντρεφομέναις καὶ συμπαθούσαις τῇ γῇ. Καὶ μὴν καὶ τῶ δένδρων μῆλα μὲν, ὡς ἱερὰ καὶ χρυσᾶ, καὶ τῶ ἀῤῥήτων ἄθλων, καὶ τελεστικῶν εἰκόνας, μεταφθείρειν οὐκ ἐπέτρεψε, καὶ καῖαναλίσκειν, ἄξιά γε ὄντα, τῶν ἀρχεῖύπων χάριν, τὸ σέβεσθαί γε, καὶ θεραπεύεσθαι. ῥοιὰς δὲ, ὡς Φυτὸν χθόνιον, παρῄησαῖο· καὶ ὃ Φοίνικος ὃ τὸν καρπὸν ἴσως μὲν ἄν τις εἴποι, διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι περὶ τὴν Φρυγίαν· ἔνθα πρῶτον ὁ θεσμὸς καῖέση. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μᾶλλον ὡς ἱερὸν ἡλίῳ τὸ Φυλὸν, ἀγήρων τε ὂν, καὶ συγχωρῆσαι καῖαναλίσκειν ἐν ταῖς ἁγισείαις εἰς τροφὴν σώμαῖος. Ἐπὶ τούτοις ἀπηγόρευῖαι ἰχθύσιν ἅπασι χρῆσθαι. κοινὸν δέ ἐσι τοῦτο καὶ πρὸς Αἰγυπῖίους τὸ πρόβλημα. Δοκεῖ ὃ ἔμοιγε δοιῶν ἕνεκεν ἄν τις ἰχθύων μάλισα μὲν ἀεὶ, πάντως δὲ ἐν ταῖς ἁγισείαις ἀποσχέσθαι· ἑνὸς μὲν, ὅτι τούτων, ἃ μὴ θύομεν τοῖς θεοῖς, οὐδὲ σιτεῖσθαι προσῆκε. Δέος δὲ ἴσως οὐδὲν μή πῳ τις ἐνῖαῦθα λίχνος καὶ γάσρις ἐπιλάβηῖαί μου, ὥς πῳ καὶ πρότερον ἤδη παθὼν αὐῖὸ διαμνημονεύω· διά τι δὲ οὐχὶ καὶ θύομεν αὐῖῶν πολλάκις τοῖς θεοῖς, εἰπόνῖος ἀκούσας. Ἀλλ' ἔχομέν τι καὶ πρὸς τοῦτο εἰπεῖν. καὶ θύομέν γε, ἔφην, ὦ μακάριε, ἔν τισι τελεσικαῖς θυσίαις· ὡς ἵππον Ῥωμαῖοι· ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα θηρία, καὶ ζῶα, κύνας ἴσως Ἕλληνες Ἑκάτῃ, καὶ Ῥωμαῖοι δὲ. καὶ πολλὰ παῤ ἄλλοις ἐσὶ τῶ τελεσικῶν, καὶ δημοσία ταῖς πόλεσιν ἅπαξ τοῦ ἔῖους, ἢ δὶς τοιαῦτα θύμαῖα· ἀλλ' οὐκ ἐν ταῖς τιμηῖηρίαις ἐφ' ὧν μόνον κοινωνεῖν ἄξιον, καὶ τραπεζᾶν θεοῖς· τοὺς ὃ ἰχθύας ἐν ταῖς τιμηῖηρίαις οὐ θύομεν· ὅτι μηδὲ νέμομεν· μηδὲ τῆ γενέσεως αὐῖῶν ἐπι-

Voss. ἀλλήλοις

deest ἐφ' *in MSS. Voss.*

A sublime seſe tollit, tanquam purum indulgeat. Nam & olerum caulibus duntaxat uti conceſſit, radicibus vetuit, iisque præſertim, quæ innutriuntur humo, & cum ea conſenſionem quandam habent. Porro inter arborum fructus mala, tanquam ſacra & aurea, & ut arcanorum ac myſticorum præmiorum imagines, corrumpere & conſumere prohibet; quæ quidem propter exemplaria ſua digna ſunt, quibus reverentia & cultus adhibeatur. At punica, velut humilis ac terreſtris arboris fœtus, reſpicit.

B Palmæ vero dactylos ideo fortaſſe quispiam interdictos exiſtimet, quod in Phrygia, ubi ritus illi primum editi ſunt, nullæ proveniant. At ego propterea quod ſacra Soli arbor illa ſit, & ſenectutis expers, ad alenda corpora crediderim in caſto non placuiſſe conſumi. Secundum hæc nullo piſcium genere veſci conceditur. Sed hæc nobis cum Ægyptiis communis eſt quæſtio. Ac duabus quidem de cauſis jure mihi quispiam vel perpetuo, vel ſaltem cum eſt in caſto, piſcibus abſtinere videtur.

C Prima, quod quæ Diis minime ſacrificamus, ea in cibum adhiberi nequaquam deceat. Quo in loco equidem non vereor, ne quis forte nos cupedioſus ac ventri obſequens redarguat: id quod mihi contigiſſe jam antea recordor, cum hoc mihi neſcio quis objiceret, cur non Diis interdum hoſtiarum genere illo faceremus. Verum habemus ſane quod ei quæſtioni reſpondeamus. Nam & ego tum illi: Atqui & nos, inquam, iſta ſacrificamus in myſticis quibusdam ſacris; quemadmodum equum

D Romani; alias nonnullas feras & animalia, utputa canes, Græci pariter ac Romani; tum apud alios quamplurimæ id genus hoſtiæ ſemel biſve quotannis, myſterii cauſa, per civitates immolantur. At non in honorariis ſacris, per quæ ſola communes cum Diis menſas habere poſſumus. In honorariis ergo piſces minime ſacrificamus: quoniam neque ipſos paſcimus, neque curam illorum gerimus, nullos denique,

ut boum

ut boum & ovium, ita piſcium greges habemus. Nam priora illa pecora, quæ & a nobis adjuvantur & ope noſtra fœtificant, merito cum ad alias opportunitates, tum ad honores illos Deorum commoditatem nobis afferunt. Hæc eſt prima ratio, propter quam fas eſſe non arbitror tempore ipſo caſtimoniæ piſcem comedere. Altera, quam & ad ea, quæ ſupra commemorata ſunt, pertinere magis judico; quod illi ipſi in profundum demerſi, terreſtriores utique ſeminibus eſſe quodammodo videantur. Quisquis autem evolare cupit, & ad ipſum cœli verticem ſublimis attolli, jure omnia illa deteſtetur, e contrario vero ea perſequatur & aſciſcat, quæ ſurſum in aëra tendunt & in altum nituntur, aut, ut poeticum aliquid eloquar, ad cœlum reſpiciunt. Porro volucres ad cibum adhibere permittit, paucis duntaxat exceptis, quæ pro ſacris habentur. Quadrupedes item uſitatas omnes, præter porcum. Hunc enim, tanquam penitus terreſtrem cum forma ipſa, rum vitæ genere, nec non corporis ac naturæ conditione, (nam excremento ſa carne eſt & craſſa) ſacra ab menſa prorſus ablegat. Etenim grata hæc eſſe hoſtia creditur inferis Diis, nec immerito. Hoc enim animalis genus nunquam cœlum intuetur; ac neque ſurſum ei libet oculos attollere; neque ad id natura comparatur. Igitur ejusmodi ſunt cauſæ, quas cur certis rebus abſtineamus, ſacri arcanique ritus edocent; easque nos rerum illarum periti cum iis, qui Deorum cognitione præditi ſunt, communicare voluimus.

Nunc de cæteris, quorum uſus conceditur, hoc unum admonebimus: Cum non omnibus omnia præſcribere vellet; ſed ad id, quod humanæ naturæ poſſibile eſſet, lex divina reſpiceret, pluribus iſtis & communibus uti permiſiſſe: non ut ab omnibus neceſſario omnes adhiberentur, (hoc enim fortaſſe difficile eſt) ſed ut eo maxime veſceremur, quod & corporis facultati conſentaneum foret; & cujus obtinendi

A μελέμεθα· μήτε ἡμῖν εἰσιν ἀγέλαι, καθάπερ προβάτων καὶ βοῶν, ὕτω δὴ καὶ τῶν ἰχθύων. Ταῦτα μὲν γὰρ ὑφ' ἡμῶν βοηθούμενα τὰ ζῶα, καὶ πληθύνοντα, διὰ τοῦτο δικαίως ἂν ἡμῖν εἴς τε τὰς ἄλλας χρείας ἐπικεροίη, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων εἰς τιμὴν ἱερὰς θυσίας. Εἷς μὲν δὴ λόγος ἔτος, δι' ὃν ἐκ οἶμαι δεῖν ἰχθὺν ἐν ἀγνείας καιρῷ προσφέρεσθαι τροφήν. ἕτερος δὲ, ὃν καὶ μᾶλλον ἡγοῦμαι τοῖς προειρημένοις ἁρμόζειν, ὅτι τρόπον τινὰ καὶ

B αὐτοὶ καλὰ δὴ βυθοῦ δεδυκότες εἶεν ἂν χθονιώτεροι τῶν σπερμάτων· ὁ δὲ ἐπιθυμῶν ἀναπτῆναι, καὶ μετέωρος ὑπὲρ τὸν ἀέρα πρὸς αὐτὰς ἀρανοῦ πτῆναι κορυφὰς, δικαίως ἂν ἀποτρέποιτο πάντα τὰ τοιαῦτα· μεταθέοι δὲ καὶ μεταίρεσχοι τὰ τεινόμενα πρὸς τὸν ἀέρα, καὶ σπεύδοντα πρὸς τὸ ἄνωθες, καὶ ἵνα τι καὶ ποιητικὸν εἴπω, πρὸς τὸν ἀρανὸν ὁρῶντα. Πτηνοῖς δὲν ἐπιτρέπει χρῆσθαι, πλὴν ὀλίγων, ὃς ἱερὰς εἶναι πάντη συμβέβηκεν καὶ τῶν τετραπόδων τοῖς συνήθεσιν, ἔξω δὲ χοίρου.

C τοῦτον δὲ, ὡς χθόνιον πάντη μορφῇ τε, καὶ τῷ βίῳ, καὶ αὐτῷ τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ περιτετμημένος τε γὰρ καὶ παχὺς τὴν σάρκα· τῆς ἱερᾶς ἀποκηρύττει τροφῆς. Φίλον γὰρ εἶναι πεπίστευται θυμὰ τοῖς χθονίοις θεοῖς ἐκ ἀπεικότως. ἀθέατον γὰρ ἔστω ἀρανοῦ τοῦτο τὸ ζῶον, ὃ μόνον ἐκ βούλομενον, ἀλλ' οὐδὲ πέφυκος ἀναβλέψαι ποτε. Τοιαύτας μὲν δὴ αἰτίας ὑπὲρ τῆς ἀποχῆς ὧν ἀπέχεσθαι δεῖ εἴρηκεν ὁ θεῖος θεσμός· οἱ ξυνιέντες δὲ κοινώμεθα τοῖς ἐπισταμένοις θεούς.

D Ὑπὲρ δὲ ὧν ἐπιτρέπει χρῆσθαι λέγομεν τοσοῦτον· ὡς οὐ πᾶσιν ἅπαντας, τὸ δυνατὸν δὲ ὁ θεῖος νόμος τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει σκοπῶν, ἐπέτρεψε χρῆσθαι τούτοισι τοῖς πολλοῖς· οὐχ ἵνα πᾶσι πάντες ἐξ ἀνάγκης χρησώμεθα· τοῦτο μὲν γὰρ ἴσως οὐκ εὔκολον· ἀλλ' ὅπως ἐκείνῳ, ὅτῳ ἄρα πρῶτον μὲν ἡ σώματος συγχωροίη δύναμις· εἶτά τις περιουσία

συντρέχῃ· καὶ τρίτον ἡ προαίρεσις· ἣν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἔτως ἄξιον ἐπιτείνειν· ὥστε καὶ ὑπὲρ τὴν τῶ σώματος δύναμιν ὁρμᾶν, καὶ προθυμεῖσθαι τοῖς θείοις ἀκολουθεῖν θεσμοῖς. Ἔστι γὰρ δὴ τοῦτο μάλιστα μὲν ἀνυσιμώτερον αὐτῇ τῇ ψυχῇ πρὸς σωτηρίαν, εἰ μείζονα λόγον αὐτῆς, ἀλλὰ μὴ τῶ σώματος τὴν ἀσφαλείας ποιήσαιτο. Πρὸς δὲ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα μείζονος, καὶ θαυμασιωτέρας φαίνεται λελησόμενος τὴν ἀσφελείας μεταλαγχάνον. Ὅταν γὰρ ἡ ψυχὴ πᾶσαν ἑαυτὴν δῷ τοῖς θεοῖς, ὅλα τὰ καθ' ἑαυτὴν ἐπιτρέψασα τοῖς κρείττοσιν, ἑπομένης, οἶμαι, τὴν ἁγιστείας, καὶ πρὸ γε ταύτης τῶν θείων θεσμῶν ἡγεμένων. ὄυλος ἀδενὸς λοιπὸν ἢ ἀπείργονλος καὶ ἐμποδίζονλος· πάντα γὰρ ἐστιν ἐν τοῖς θεοῖς, καὶ πάντα περὶ αὐτὰς ὑφέστηκε· καὶ πάντα τῶν θεῶν ἐστι πλήρη· αὐτίκα μὲν αὐταῖς ἐλλάμπει τὸ θεῖον φῶς· θεωθεῖσαι δὲ αὖταις τόνον τινὰ, καὶ ῥώμην ἐπιλιθέασι τῷ συμφύτῳ πνεύματι. Τῶτο ὑπ' αὐτῶν σωμένον, ὥσπερ καὶ κορεσθέμενον, σωτηρίας δὲ αἴτιον ὅλῳ τῷ σώματι. Τὸ δὲ ὅτι μάλιστα μὲν πάσας τὰς νόσως· εἰ δὲ μὴ ὅτι τὰς πλείστας καὶ μεγίστας ἐκ τῆς τῶ πνεύματος εἶναι τροπῆς, καὶ παραφορᾶς συμβέβηκεν, οὐδεὶς ὅστις, οἶμαι, τῶν Ἀσκληπιαδῶν οὐ φήσειεν. οἱ μὲν γὰρ πάσας φασίν· οἱ δὲ τὰς πλείστας, καὶ μεγίστας, καὶ ἰαθῆναι χαλεπωτάτας. Μαρτυρεῖ γὰρ τῶτοις, καὶ τὰ τῶν θεῶν λόγια. Φημὶ δὲ, ὅτι διὰ τῆς ἁγιστείας οὐχ ἡ ψυχὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα βοηθείας πολλῆς καὶ σωτηρίας ἀξιῶται· σώζεται γάρ, φησι, καὶ τὸ πικρᾶς ὕλης περίβλημα βέλτιον, οἱ θεοὶ τοῖς ὑπεράγνοις παρακελευόμενοι τῶν θεραπόντων καὶ παγγέλλονται.

Τίς ἂν ἡμῖν ὑπολείπεται λόγος, ἄλλως τε καὶ ἐν βραχεῖ νυκτὸς μέρει ταῦτα ἀπνευσὶ ξυνεῖραι συγχωρηθεῖσιν, ὀθὲν ἔτε προανεγνωκόσιν, ἔτε

A facultas nobis nonnulla ſuppeteret; ac demum tertio in quod noſtra nos voluntas induceret. Quæ quidem, cum de ſacris agitur, ſic intendenda nobis eſt, uti ſeſe ſupra vires ipſas corporis interdum efferat, & ad divinos ritus affectandos promtam alacremque præbeat. Nam eſt animæ ad ſalutem obtinendam longe conducibilius iſtud ac præſentius, ſi majorem ſuimet ipſius quam ſalubritatis corporis curam gerat. Quin & ipſi quoque corpori, tametſi minus appareret, majores ea res opportunitates affert. B Etenim cum ſe totam Diis anima dediderit, ſuaque omnia ſuperis gubernanda permiſerit; ſuccedente nimirum caſtimonia, & ante hanc divinis præeuntibus legibus; ubi nihil jam ſupereſt, quod obſtet impedimentoque ſit, (quippe cum ſint in Diis, ac circa Deos omnia, ac Deorum itidem omnia plena ſint) continuo divina lux illis affulget. Quæ poſtquam divinæ quodammodo ſunt factæ, in congenerem ſpiritum vim neſcio quam vigoremque transfundunt. Qui ubi pervaſit, ac ſe penitus inſi- C nuavit, tum eo roboratus & confirmatus ſpiritus univerſo corpori ſalutem conſciſcit. Nam quod morbi vel omnes, vel plerique ſaltem & maximi, ex mutatione ſpiritus & in alienum a natura ſtatum degeneratione naſcantur, medicorum nemo diffitebitur. Quoniam alii morborum hanc unam originem eſſe putant; alii quamplurimorum, & maximorum, quorumque ſit difficillima curatio. Atque horum quidem opinioni Deorum oracula ſuffragantur, cum illud affirmant: ejusmodi caſtimonia non D animam duntaxat, ſed & ipſa corpora haud mediocrem opem ſalutemque conſequi; ſervatur enim, inquit, & aſperæ materiæ mortalis amictus. Hoc Dii nimirum iis ipſis, qui inter ſacros ſuos miniſtros caſtimonia præcellunt, cohortando pollicentur.

Ecquidnam vero jam ad dicendum ſupereſt; præſertim cum hæc nobis, exigua noctis parte, uno ſpiritu pertexere conceſſum fuerit, nullaque antea neque lectione,

nec

nec earum rerum meditatione comparati ad ea perſcribenda venerimus, imo ne de iſto quidem argumento verba facere in animo prius habuerimus, quam pugillares iſtos poſceremus? Teſtis eſt ipſa Dea, vera eſſe quæ dicimus. Quid igitur reliquum nobis eſt? Nimirum illi ipſi revocare in memoriam Deæ, una cum Minerva atque Baccho, quorum feſta ejusmodi caſtorum ceremoniis divini ritus adſtringi voluerunt: cum eorum autores animadvetterent, quæ ſit Minervæ cum Deorum matre, propter eam, quæ eſt in utriusque natura, providentiæ ſimilitudinem, neceſſitas & cognatio: nec minus partitum illud Bacchi opificium conſiderantes, quod a ſingulari ſtabilique vita magni Jovis magnus ille Bacchus acceptum (utpote qui ab illo progreſſus eſt) rebus omnibus, quæ apparent, attribuit, diviſi omnis opificii moderator ac princeps. Præter hos vero, Epaphrodito quoque Mercurio revocare in memoriam oportet. Ita enim apud Myſtas Deus ille nominatur, quicunque ſapientis in honorem Attidis faces accendunt. Quis eſt porro ſic hebes & craſſus, qui non intelligat, Mercurii ac Veneris ope, univerſa, quæ ſunt generationis propria, revocari; quibus quod alicujus gratia fit omnino continetur; quod eſt rationis maxime proprium? Attis veto nonne ille eſt ipſe, qui cum paulo ante eſſet inſipiens, nunc propter exſectionem ſapiens vocatur? Inſipiens enim propterea fuit, quod materiam elegerit, ac generationis curam ſuſcipiat; idem autem ſapiens dicitur, quoniam ſordes iſtas & quisquilias pulchre compoſuit, adeoque mutando perpolivit, ut id nullum hominis artificium, ſapientia nulla poſſit imitari. Ecquis vero demum orationis hujus erit exitus? Nimirum in magnæ illius honorem Deæ hymnus aliquis expromendus eſt.

O Deorum hominumque mater! ô magni Jovis aſſeſtrix, ſoliique particeps! ô fons intelligibilium Deorum! ô integerrimis eorum, quæ mente capiuntur, naturis conjuncta, communem ex omnibus efficiendi vim excipiens, & in intelligibilia

A σκεψαμένοις περὶ αὐτῶν· ἀλλ' ἀδὲ προελομένοις ὑπὲρ τούτων εἰπεῖν πρινὴ τὰς δέλτας ταύτας αἰτῆσαι; μάρτυς δὲ ἡ θεός μοι τὸ λόγου. Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, τί τὸ λειπόμενον ἡμῖν ὑπομνῆσαι τὴν θεὸν, μετὰ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τοῦ Διονύσου· ὧν δὴ καὶ τὰς ἑορτὰς ἐν τάυλαις ἔθελο ταῖς ἁγισείαις ὁ νόμ-

B τ-, τὴν συγγένειαν. ἐπισκοπῶν δὲ καὶ τὴν Διονύσου μεριςὴν δημιυργίαν ἣν ἐκ τῆς ἐνοειδοῦς καὶ μονίμου ζωῆς τοῦ μεγάλου Διὸς ὁ μέγας Διόνυσ- παραδεξάμεν-, ἅτε καὶ προελθὼν ἐξ ἐκείνυ, τοῖς φαινομένοις ἅπασιν ἐγκαλέιεμεν· ἐπίροπεύων καὶ βασιλεύων τ μεριςῆς συμπάσης δημιυργίας. Προσήκ δὲ σὺν τύτοις ὑπομνῆσαι κ τὸν Ἑπαφρόδιλον Ἑρμῆν καλεῖται γ ἅτως τ ὑπὸ μυςῶν ὁ θεὸς ἅ-

C τ-, ὅσοι λαμπάδας Φασὶν ἀνάπλειν Ἄτλιδι τῷ σοφῷ. Τίς ἂν ἅτω παχὺς τὴν ψυχὴν, ὃς ἀ συνίησιν, ὅτι δὶ Ἑρμᾶ μὲν, κ Ἀφροδίτης ἀνακαλεῖλαι πάνλα παντὸς τὰ τῆς γενέσεως ἔχονλα τὸ ἕνεκα τοῦ πάντη κ πάνλως· ὁ δ λόγυ μάλις αἰδιόνεσιν; Ἄτλις δ ἐχ ἅτός ἐσιν ὁ μικρῷ πρόσθεν ἄφρων, νῦν δὲ ἀκάων διὰ τὴν ἐκλομὴν σοφός; ἄφρων μὲν ὅτι τὴν ὕλην εἵλελο, κ τὴν γένεσιν ἐπιτροπεύ· σοφὸς δὲ, ὅτι τὸ σκύβαλον

D τοῦτο εἰς κάλλ- ἐκόσμησε, καὶ τοσοῦτον μελέσησεν, ὅσον ἀδεμία μιμήσαιλο ἀνθρώπων τέχνη καὶ σύνεσις. Ἀλλὰ τί πέρας ἔσαι μοι τῶν λόγων, ἢ δῆλον ὡς ὁ τῆς μεγάλης ὕμν- θεοῦ;

Ω θεῶν καὶ ἀνθρώπων μῆτερ· ὦ τοῦ μεγάλου σύνθωκε καὶ σύνθρονε Διὸς· ὦ πηγὴ τῶν νοερῶν θεῶν· ὦ τῶν νοητῶν τοῖς ἀχρεάνλοις ὐσίαις συνδεαμοῦσα, καὶ τὴν κοινὴν ἐκ πάνλων αἰτίαν παραδεξαμένη, καὶ τοῖς νοεροῖς ἐνδι-

Voſſ. ἅτ-

Voſſ. πς. ἔσιν

δῦσα, ζωογόνε Θεὰ, καὶ μῆτις, καὶ πρόνοια, καὶ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν δημιουργέ· ὦ ἡ μέγαν Διόνυσον ἀγαπῶσα, καὶ τὸν Ἄτιν ἐκλεθέντα περισωσαμένη, καὶ πάλιν αὖθις εἰς τὸ γῆς ἄντρον καταδυόμενον ἐπανάγουσα· ὦ πάντων μὲν ἀγαθῶν τοῖς νοεροῖς ἡγεμένη θεοῖς, πάντων δὲ ἀποπληροῦσα τὸν αἰσθητὸν κόσμον, πάντα δὲ ἡμῖν ἐν πᾶσιν ἀγαθὰ χαρισαμένη. δίδου πᾶσι μὲν ἀνθρώποις εὐδαιμονίαν, ἧς τὸ κεφάλαιον ἡ τῶν θεῶν γνῶσίς ἐστι· κοινῇ δὲ τῷ Ῥωμαίων δήμῳ, μάλιστα μὲν ἀποῤῥύψασθαι τὴν ἀθεότητος τὴν κηλίδα· πρὸς δὲ καὶ τὴν τύχην εὐμενῆ συνδιακυβερνῶσαν αὐτῷ τὰ τῆς ἀρχῆς πολλὰς χιλιάδας ἐτῶν. Ἐμοὶ δὲ καρπὸν γενέσθαι τῆς περί σε θεραπείας, ἀληθῆ μὲν ἐν τοῖς περὶ θεῶν δόγμασιν· ἐν θεουργίᾳ τελειότητα· πάντων προσερχόμενα περὶ τὰς ἔργων, οἷς πολιτικὰς καὶ στρατιωτικὰς τάξεις ἀρεῖται μετὰ ἀγαθῆς τύχης, καὶ τὸ βίου πέρας ἀλυπόντε, καὶ εὐδόκιμον μετὰ ἀγαθῆς ἐλπίδος τῆς ἐπὶ τῇ παρ' ὑμᾶς πορείᾳ.

derivans, Diva genitalis, conſilium, & providentia, noſtrarum procreatrix animarum! o magni illius amore capta Bacchi! quæ & Attin expoſitum ſervaſti; & eundem rurſus, cum in ſpeluncam terræ delapſus eſſet, eduxiſti! ô quæ Diis intelligibilibus præsis ad omnia bonorum genera, & ſubjectum hunc ſenſibus mundum bonis itidem imples omnibus: nobis denique omnia in omnibus bona largiris! da felicitatem mortalibus univerſis, cujus caput eſt Deorum cognitio: publice præſertim Romano populo concede, utillam impietatis ac Deorum contemtus maculam abſtergat: tum proſperam benevolamque fortunam, quæ cum eo multis annorum millibus moderetur imperium. Mihi vero præcipuus hic a te mei in te fructus obſequii contingat, in omnibus de Diis decretis ac dogmatibus veritas; in ſacris adminiſtrandis perfectio; in actionibus omnibus, quibus fungimur, tam circa civiles quam militares adminiſtrationes, cum ſecunda fortuna virtus; vita denique doloris expers, & illuſtris exitus, cum bona meæ hinc ad vos profectionis fiducia conjunctus.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΠΑΙΔΕΥΤΟΥΣ ΚΥΝΑΣ.

JVLIANI IMP. ADVERSUS IMPERITOS CANES, HOC EST, CYNICOS.

ΛΟΓΟΣ ϛ.

ΑΝΩ ποταμῶν, τοῦτο δὴ τὸ τῆς παροιμίας. ἀνὴρ Κυνικὸς Διογένη ψησὶ κενόδοξον καὶ ψυχρολουτεῖν ὃ βούλεται, σφόδρα ἐῤῥωμένος τὸ σῶμα, καὶ σφριγῶν, καὶ τὴν ἡλικίαν ἀ-

Oratio VI.

IN fontes retro flumina: vetus ut proverbium uſurpem. Homo ecce Cynicus Diogenem vanitatis accuſat: & frigida lavari renuit; cum alioqui valido corpore ſit ac bene habito, & in ætatis flore conſtitutus;

tus; ne quid mali patiatur: præſertim cum A ſol ad æſtivum ſolſtitium accedat: quinetiam polypodis eſum irridet: Diogenem vero vecordiæ arrogantiæque ſuæ dediſſe pœnas affirmat; qui cibo iſto, perinde ac cicutæ hauſtu, ſit extinctus. Usque adeo vero in ſtudio ſapientiæ progreſſus eſt, ut illud compertum habeat, malum eſſe mortem. Atqui neſcire ſe iſtud ſapiens ille Socrates exiſtimabat, & poſt Socratem Diogenes. Hic enim ægrotanti ac deſperato propemodum Antiſtheni pugionem his verbis obtulit: ſi quid amici opera indiges. Adeo B mortem ille neque formidinis, neque doloris habere quicquam putabat. Nos autem, ad quos baculus inde pervenit, præexquiſitiore ſapientia non dubitamus, quin mors aſpera ſit & moleſta; ægrotatio vero morte ipſa ſit moleſtior; algere denique ægrotatione difficilius. Nam qui morbo laborat, nonnunquam molliuſcule curatur, ita ut in meras delicias ægritudo ipſa vertatur; præſertim ſi ſit locuples ægrotus. Equidem memini me certos homines videre, qui ſe in morbis ipſis delicatius, quam in ſanitate, curarent: quamvis tii alioqui ſplendidiſſime 3 viverent. Quamobrem dixi aliquando ſodalibus quibusdam meis, ſatius illis videri ſervis eſſe, quam dominis; & ut lilio nudiores ſumma in egeſtate viverent, quam iis opibus abundarent. Illud enim ſi contingeret, una eos ægrotandi ac deliciis utendi finem eſſe facturos. Ad eum itaque modum faſtum ac delicias in morbo præ ſe ferre, plerique honeſtum ſibi ac ſpecioſum putant. At ille, qui algorem caloremque ſuſtinet, nonne majori, quam qui ægrotat, in calamitate C vivit? Certe quidem intolerabili dolore cruciatur.

Age vero nos quæ de Cynicis a præceptoribus didicimus, in medium conſideranda proponamus iis, qui ad illud ſe vivendi genus applicare ſtudent. Quibus ſi quidem perſuadere poſſumus, nihilo, mea quidem ſententia, deteriores erunt qui Cyni

κμάζων· ὡς ἂν μή τι κακὸν λάβῃ. καὶ ταῦτα θεὸς ἔτ' ἂν τοῖς θερινοῖς τροπαῖς ἤδη προσιόντος. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐδωδὴν τοῦ πολύποδος κωμῳδεῖ καί φησι τὸν Διογένη τῇ ἀνοίᾳ καὶ κενοδοξίᾳ ἐκτετικέναι δίκας, ὥσπερ ὑπὸ κωνείου, τῆς τροφῆς διαφθαρέντα. Οὕτω πόρρω που σοφίας ἐλαύνῃ· ὥστε ἐπίστασθαι σαφῶς ὅτι κακὸν ὁ θάνατος. τοῦτο δὲ ἀγνοεῖν ὑπελάμβανεν ὁ σοφὸς Σωκράτης, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκεῖνον Διογένης. ἀῤῥωστοῦντι γοῦν, φησὶν, Ἀντισθένει μακρὰν καὶ δυσανάλητον ἀῤῥωστίαν, ξιφίδιον ἐπέδωκεν ὁ Διογένης, εἰπών· εἰ φίλα χρῄζεις ὑπηργίας· ἕτως ἐθὲν ὧδε τοιοῦτον ἐκεῖνος, οὐδὲ ἀλγεινὸν τὸν θάνατον. Ἀλλ' ἡμεῖς οἱ τὸ σκῆπτρον ἐκεῖθεν παραλαβόντες, ὑπὸ μείζονος σοφίας ἴσμεν ὅτι χαλεπὸν ὁ θάνατος. καὶ τὸ νοσεῖν δεινότερον αὐτοῦ φασι τοῦ θανάτου. τὸ ῥιγοῦν δὲ χαλεπώτερον τοῦ νοσεῖν. ὁ μὲν γὰρ νοσῶν, μαλακῶς ἔσθ' ὅτε θεραπεύεται. ὥστε ἑαυτῷ γίνεσθαι τρυφὴν αὐτόχρημα τὴν ἀῤῥωστίαν ἄλλως τε κἂν ἢ πλουσίοις. ἐθεασάμην τοι καὶ αὐτὸς, νὴ Δία, τρυφῶντάς τινας ἐν ταῖς νόσοις μᾶλλον, ἢ τούτους αὐτοὺς ὑγιαίνοντας. καὶ τοι γε τότε λαμπρῶς ἐτρύφων. Ὅθεν μοι καὶ παρέσῃ πρός τινας τῶν ἑταίρων εἰπεῖν· ὡς τούτοις ἄμεινον ἦν οἰκέτας γενέσθαι μᾶλλον, ἢ δεσπόταις καὶ πένεσθαι τοῦ κρίνου γυμνολέροις ἔσιν, ἢ πλουτεῖν, ὥσπερ νῦν. ἢ γὰρ ἂν ἐπαύσαντο νοσοῦντες ἅπαντα καὶ τρυφῶντες. τὸ μὲν δὴ νοσοῦντα τρυφᾶν, καὶ νοσηλεύεσθαι τρυφηλῶς οὕτωσί τινες ἐν καλῷ ποιοῦνται. Ἀνὴρ δὲ τοῦ κρύους ἀνεχόμενος, καὶ θάλπους καρτερῶν, οὐχὶ καὶ τῶν νοσούντων ἀθλιώτερον πράττει; ἀλγεῖ γὰρ ἀπαραμύθητα.

Δεῦρο οὖν ἡμεῖς ὑπὲρ τῶν Κυνικῶν, ὁπόσα διδασκάλων ἠκούσαμεν, ἐν κοινῷ καταθῶμεν σκοπεῖν τοῖς ἐπὶ τὸν βίον ἰοῦσι τοῦτον. οἷς εἰ μὲν πείθειν εὖ οἶδα, οὐδὲν οἵ γε νῦν ἐπιχειροῦντες κυνίζειν ἔ-

σοῦλαι χείρους· ἀπειθοῦντες δὲ, εἰ μέν τι λαμπρὸν καὶ σεμνὸν ἐπιῆδέυσειαν, ὑπερφωνοῦντες τὸν λόγον τὸν ἡμέτερον, οὔτι τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις· ἀθὲν ἐμπόδιον ὅ γε ἡμέτερος οἴσει λόγος. Εἰ δὲ ὑπὸ λιχνείας, ἢ μαλακίας· ἤ, τὸ κεφάλαιον ἵν' εἴπω ξυνελὼν ἐν βραχεῖ, τῆς σωματικῆς ἡδονῆς δεδουλωμένοι, τῶν λόγων ὀλιγωρήσειαν, προκαταγελάσαντες ὥσπερ ἐνίοτε τῶν παιδευτηρίων, καὶ τῶν δικαστηρίων οἱ κύνες τοῖς προπυλαίοις προσκεῖσθαι· ἃ Φροντὶς Ἱππωκλείδη· καὶ γὰρ ἃδὲ τῶν κυνιδίων ἡμῖν μέλει τὰ τοιαῦτα πλημμελοῦντων. Δεῦρο δὴ ἄνωθεν ἐν κεφαλαίοις διεξέλθωμεν ἐφεξῆς τὸν λόγον· ἵνα ὑπὲρ ἑκάστου τὸ προσῆκον ἀποδιδόντες αὐτοί τε εὐκολώτερον ἀπεργασώμεθα τοῦθ' ὅπερ διενοήθημεν καί σοι ποιήσωμεν εὐπαρακολούθητον. Οὐκοῦν ἐπειδὴ τὸ Κυνισμὸν εἰδός τι Φιλοσοφίας εἶναι συμβέβηκεν, ὅτι φαυλόταλον, ἀδὴ ἀλιμόταλον, ἀλλὰ τοῖς καλλίστοις ἐναμιλλον ὀλίγα πρότερον ὑπὲρ αὐτῆς ῥητέον ἡμῖν ἐστι τῆς Φιλοσοφίας.

Ἡ τῶν θεῶν εἰς ἀνθρώπους δόσις ἅμα φανοτάτῳ πυρὶ διὰ Προμηθέως ἐξ Ἡλίου μοῖρ' ἐρμοῦ μερίδος, οὐχ ἕτερόν ἐστι παρὰ τὴν τοῦ λόγου καὶ νοῦ διανομήν. Ὁ γάρ τοι Προμηθεὺς, ἡ πάντα ἐπιτροπεύουσα τὰ θνητὰ πρόνοια, πνεῦμα ἔνθερμον, ὥσπερ ὄργανον, ὑποβάλλουσα τῇ φύσει, ἅπασι μεμέδωκεν ἀσωμάτου λόγου. Μετέσχε δὲ ἕκαστον οὗπερ ἠδύνατο· τὰ μὲν ἄψυχα σώματα τῆς ἕξεως μόνον· τὰ φυτὰ δὲ ἤδη, καὶ σώματος· τὰ ζῶα δὲ, ψυχῆς· ὁ δὲ ἄνθρωπος, καὶ λογικῆς ψυχῆς. Εἰσὶ μὲν δὴ οἳ μίαν οἴονται διὰ τούτων πάντων ἥκειν φύσιν. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ κατ' εἶδος ταύτας διαφέρειν. Ἀλλὰ μήπω ταῦτα. Μᾶλλον δὲ μηδὲ ἐν τῷ νῦν λόγῳ τοῦτο ἐξεταζέσθω, πλὴν ὅ-

A cum inſtitutum affectant. Sin monenti repugnent, atque interim egregium quiddam ac magnificum uſurpent; adeò ut orationem noſtram non verbis, ſed rebus ipſis factisque ſuperent; nihil hæc illis obſtabit oratio. Sin eſt autem ut præliguriendi cupiditate ac mollicie; aut, ut uno verbo ſummatimque complectar, corporis voluptatibus irretiti ſermones iſtos contemnant ac ludibrio habeant: quemadmodum ad ſcholarum vel judicialium baſilicarum fores mejere canes aſſolent: nihil, ut eſt in proverbio, iſta curat Hippoclides, uti neque catulos, dum iſta committunt, magnopere curamus. Quocirca repetito altius orationis initio, eam certa in capita dividamus: ut cum unicuique quod eſt conſentaneum tribuerimus, minore negotio quod ſuſcepimus perficere, tibi vero ad intelligendum facilius efficere poſſimus. Quoniam igitur Cynicorum profeſſio philoſophiæ quædam eſt ſecta; nec ea quidem viliſſima omnium & abjectiſſima, ſed cum præſtantiſſimis quibusque comparanda; pauca prius de univerſo philoſophiæ genere dicenda ſunt.

Donum illud a Diis immortalibus in humanum genus profectum, quod ſplendidiſſimo cum igne Prometheus a Sole, una cum Mercurii portione tranſtulit, nihil eſt aliud, quam rationis mentisque diſtributio. Etenim Prometheus, hoc eſt caducarum, ac mortalium rerum moderatrix illa providentia, cum calidum ſpiritum velut inſtrumentum naturæ ſubjeciſſet, expertem corporis rationem omnibus impertivit. Hujus vero, pro eo ac poterat, unumquodque particeps eſt factum. Nam inanima corpora ſolam affectionem uſurparunt: ſtirpes ipſæ præterea corpus: at animalibus anima ceſſit: homo denique ratione præditum animum ſortitus eſt. Ac ſunt nonnulli, qui hæc omnia pervadere unam ac ſingularem naturam exiſtimant: alii eadem illa diſcrepare forma. Sed hæc nondum attingamus. Imo vero hac in oratione eatenus tantum illud inqui-

inquiramus, quatenus philoſophiam, ſive, ut quidam arbitrantur, artem artium, & ſcientiarum ſcientiam; ſive perfectam, quoad licet, cum Diis ſimilitudinem eſſe cenſeas: ſive iſtud ipſum, quod Apollo Pythius reſpondit: *Noſcete ipſum*; nihil ad præſens negotium refert. Hæc enim omnia magnopere invicem conſentire videntur. Sed imprimis illud expendamus Apollinis oraculum: *Noſce te ipſum*; quoniam quidem divinum hoc videtur eſſe præceptum. Igitur qui ſe ipſum norit, primum animam ſuam, deinde corpus ſuum cognoſcet. Neque hoc ſatis habebit diſcere: hominem eſſe animam corpore utentem; verum etiam animæ naturam ipſius, tum ejus vires ac facultates indagabit. Sed neque hoc contentus uno, etiam illud quicquid in nobis eſt anima præſtantius ac divinius; quod a nullo edocti divinum neſcio quid eſſe ſuſpicamur omnes, & in cœlo, tanquam in domicilio, collocamus; inveſtigare conabitur. Poſt hæc ulterius progreſſus corporis principia contemplabitur: compoſitumne ſit, an ſimplex, tum via & ratione procedens, compagem illius, & concentum, affectionem, vim, ac cætera denique, quibus ad ſui conſervationem opus habet, inquiret. Quinetiam nonnullarum artium principia ſcrutabitur, quibus ad tuendum ſeſe corpus utitur: cujusmodi ſunt medicina, agricultura & id genus reliquæ. Sed nec otioſas illas ac ſupervacaneas penitus ignorare volet: quandoquidem ad eam animæ partem, quæ affectionibus obnoxia eſt, mulcendam ac deliniendam nonnulla reperta ſunt. Nam aſſidue in illis eſſe verebitur; idque turpe eſſe perſuaſum habebit, ut quod in iſtis ineſt moleſtum ac difficile declinet. Verum univerſe cujusmodi tandem illa ſint, & ad quas animæ partes ſint accommodata, non neſciet. Vide autem an non breve dictum illud, *Noſce teipſum*; cum ſcientiæ omni artique præeat, tum generales rerum rationes contineat. Nimirum tam divina propter illam, quæ nobis eſt inſita, divinitatis parti-

A κείνε χάριν, ὅτι τὴν Φιλοσοφίαν, εἴθ', ὥσπερ τινες ὑπολαμβάνουσι, τέχνην τεχνῶν, καὶ ἐπιστήμην ἐπιστημῶν· εἴτε ὁμοίωσιν θεῶν κατὰ τὸ δυνατόν. Εἴθ' ὅπερ ὁ Πύθιος ἔφη, γνῶθι σαυτὸν, ὑπολάβοι τις, ἀφ' ὁποίου πρὸς τὸν λόγον ἅπαντα γὰρ ταῦτα φαίνεται πρὸς ἄλληλα, καὶ μάλα οἰκείως ἔχοντα. Ἀρξώμεθα δὲ πρῶτον ἀπὸ τοῦ, γνῶθι σαυτόν· ἐπειδὴ καὶ θεῖόν ἐστι τοῦτο τὸ παραγγέλευσμα. ἀνὴρ ὁ γινώσκων

B αὑτὸν, εἴσεται μὲν περὶ ψυχῆς· εἴσεται δὲ καὶ περὶ σώματος. Καὶ τοῦτο οὐκ ἀρκέσει μόνον, ὡς ἔστιν ἄνθρωπος ψυχὴ χρωμένη σώματι, μαθεῖν· ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἐπελεύσεται τὴν οὐσίαν ἔπειτα ἀνιχνεύσει τὰς δυνάμεις. Καὶ ἀφ' ἑνὸς τοῦτο μόνον ἀρκέσει αὐτῷ· ἀλλὰ καὶ εἴ τι τῶν ψυχῆς ἐν ἡμῖν ἐστι κρεῖττον καὶ θειότερον· ὅπερ δὴ πάντες ἀδιδάκτως πεισόμενοι, θεῖόν τι εἶναι νομίζομεν καὶ τοῦτο ἐνιδρύσας πάντες οὐρανῷ κοινῶς

C ὑπολαμβάνομεν. Ἐπιὼν δὲ αὖθις τὰς ἀρχὰς τοῦ σώματος σκέψασθαι, εἴτε σύνθετον, εἴτε ἁπλοῦν ἐστιν, ἔπειτα ὁδῷ προϊὼν, ὑπέρ τε ἁρμονίας αὐτοῦ, καὶ πάθους, καὶ δυνάμεως, καὶ πάντων ἁπλῶς ὧν δεῖται πρὸς διαμονήν. Ἐπιβλέψει δὲ τὸ μηδὲν εἶναι καὶ ἀρχαῖας τεχνῶν ἐνίων, ὑφ' ὧν βοηθεῖται πρὸς διαμονὴν τὸ σῶμα· οἷον ἰατρικῆς, γεωργίας, ἑτέρων τοιούτων· ἃ μὴν ἀφ' ὧν ἀχρήστων, καὶ περιττῶν τι

D παντάπασιν ἀγνοήσει. ἐπεὶ καὶ τὰ πρὸς κολακείαν καὶ παθημασι τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἐπινενόηται. προσλιπαρῆσαι μὲν γὰρ τούτοις ἀποκνήσει, αἰσχρὸν οἰόμενος τὸ τοιοῦτον, τὸ δοκῶν ἐργώδες ἐν αὐτοῖς φεύγων. τὸ δ' ὅλον, ὁποῖα ἄττα δοκεῖ, καὶ οἷς τισιν ἁρμόττει τῆς ψυχῆς μέρεσιν, ἐκ ἀγνοήσει. Σκόπει δὴ εἰ μὴ τὸ ἑαυτὸν γνῶναι, πάσης μὲν ἐπιστήμης, πάσης δὲ τέχνης ἡγεῖταί τε ἅμα, καὶ τὰς καθόλου λόγους συνείληφε. Τά τε γὰρ θεῖα διὰ τῆς ἐνούσης ἡμῖν θείας

as

ας μερίδας, τά τε θνητὰ διὰ τῆς θνητοειδοῦς μοίρας." πρὸς τούτοις ἔφη, τὰ μεταξὺ τοῦ ζῷον εἶναι τὸν ἄνθρωπον· τῷ μὲν καθ' ἕκαστον θνητὸν, τῷ παντὶ δὲ ἀθάνατον, καὶ μέν τοι, καὶ τὸν ἕνα, καὶ τὸν καθ' ἕκαστον, συγκεῖσθαι ἐκ θνητῆς, καὶ ἀθανάτου μερίδος.

A culam; quam mortalia, propter eam, quam ſortiti ſumus, naturam conditionemque mortalem. Præter hæc vero medii cujusdam inter animalia generis eſt homo: idemque, ſingillatim ſi ſpectetur, mortalis: univerſe autem conſideratus, immortalis eſt: imo vero unus, ac ſingularis quilibet ex mortali, & immortali parte contextus eſt.

Ὅτι μέν τοι καὶ τὸ, τῷ θεῷ καὶ ἀδύναμιν ὁμοιοῦσθαι οὐκ ἄλλό τί ἐστιν, ἢ τὸ τὴν ἐφικτὴν ἀνθρώποις γνῶσιν τῶν ὄντων περιποιήσασθαι· πρόδηλον ἐντεῦθεν. Οὐ γὰρ ἐπὶ πλούτῳ χρημάτων τὸ θεῖον μακαρίζομεν· οὐδὲ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τῶν νομιζομένων ἀγαθῶν· ἀλλ' ὅπερ Ὅμηρός φησι.

Jam Dei, quoad licet, ſimilitudinem exprimere nihil aliud eſſe, quam illam rerum omnium cognitionem aſſequi, ad quam hominum natura poteſt pertingere; ex eo perſpicue conſtabit. Etenim neque propter divitiarum poſſeſſionem beatum prædicamus Deum: neque propter aliud quodvis eorum, quæ in bonis vulgo numerantur; ſed ob illud ipſum, quod Homerus his verbis expreſſit:

B

Odyſſ. Δ. v. 379. Iliad. N. v. 355. Voſſ. ἤδη.

—Θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασι.
καὶ μέν τοι, καὶ περὶ Διὸς
Ἀλλὰ Ζεὺς πρόπερ γεγόνει, ἠδὲ πλείονα ᾔδη.

—Dei porro omnia norunt.

tum de Jove:

Juppiter at ſenior cunctis, & plura ſciebat.

Ἐπιστήμη γὰρ ἡμῶν οἱ θεοὶ διαφέρουσι. ἡγεῖται γὰρ ἴσως καὶ αὐτοῖς τῶν καλῶν τὸ αὐτοὺς γινώσκειν. ὅσῳ δὴ κρείττονες ἡμῶν εἰσι τὴν οὐσίαν, τοσούτῳ γνόντες ἑαυτοὺς ἴσχουσι τῶν βελτιόνων ἐπιστήμην. Μηδεὶς οὖν ἡμῶν τὴν Φιλοσοφίαν εἰς πολλὰ διαιρείτω, μηδὲ εἰς πολλὰ τεμνέτω· μᾶλλον δὲ μὴ πολλὰς ἐκ μιᾶς ποιείτω. ὥσπερ γὰρ ἀλήθεια μία, οὕτω δὲ καὶ Φιλοσοφία. Θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν εἰ κατ' ἄλλας καὶ ἄλλας ὁδοὺς ἐπ' αὐτὴν πορευόμεθα. ἐπεὶ καὶ ἄν τις θέλῃ τῶν ξένων, ἢ ναὶ μὰ Δία, τῶν πάλαι πολιτῶν, ἐπανελθεῖν εἰς Ἀθήνας, δύναιτο μὲν καὶ πλεῖν, καὶ βαδίζειν. ὁδεύων δὲ, οἶμαι, διὰ γῆς, ἢ ταῖς πλωτείαις χρῆσθαι λεωφόροις· ἢ ταῖς ἀτραποῖς καὶ συντόμοις ὁδοῖς· καὶ πλεῖν μέν τοι δυνατὸν παρὰ τὰς αἰγιαλούς· καὶ δὴ, κατὰ τὸν Πύλιον γέροντα, τέμνουσα πέλαγος μέσον. Μὴ δὲ τοῦτό τις ἡμῖν προφερέτω, εἴ τινες τῶν παλαιῶν ἰόντων τὰς ὁδὰς ἀπεπλανήθησαν, καὶ ἄλλαχοῦ πῃ

Scientia quippe Deorum nobis genus anteceſſit. Ac fortaſſis etiam inter illos primum ac præſtantiſſimum bonorum omnium eſt, ſemetipſos cognoſcere. Quare quo natura ſunt nobis excellentiores, tanto cum ſe ipſos norunt, meliorum rerum ſcientia perfruuntur. Quocirca philoſophiam nobis plures in partes nemo dividat: vel potius plures ex una non faciat. Ut enim veritas una eſt; ita & philoſophia. Quanquam nihil mirum debet videri, ſi per alias atque alias vias ad illam perveniamus omnes. Nam & ſi qui peregrinus, aut veterum utique civium quiſpiam, Athenas velit reverti; poteſt eo navibus, aut itinere terreſtri contendere: ita ut terra progrediens publicis utatur viis, aut calles & itinerum compendia ſectetur; itidemque navigando poteſt oram legere, vel Pylii ſenis exemplo, per altum mare pervenire. Sed nec illud nobis debet objici, quod nonnulli easdem vias ſecuti, a recto tramite aliquo alio aberrantes

C

D

rantes deflexerint: & ſic, tanquam a Circe, aut Lotophagis, hoc eſt voluptatis, aut gloriæ, aut blandimenti alterius illecebris capti, progredi ultra deſtiterunt, & ad finem pergere. Etenim uniuscujuſque ſectæ principes aſpiciat ille, & quam ſint omnia conſentanea cognoſcet.

Quocirca Delphicus Deus, *noſce temetipſum*, præcepit. At Heraclitus: meipſum, inquit, ſcrutatus ſum. Pythagoras vero, & qui deinceps ab illo ad Theophraſtum extiterunt, Philoſophiam eſſe definierunt divinam, quoad licet, ſimilitudinem aſſequi, quod & Ariſtoteli placuit. Nam quod aliquando nos obtinemus, hoc Deus habet in ſeſe perpetuo. Et vero ridiculum eſt dicere, Deum neſcire ſemetipſum. Etenim cæterarum rerum, ſi ſe ipſum ignoraret, nullam omnino cognoſceret. Eſt enim ipſe omnia: ſiquidem & in ſe ipſo, & apud ſeſe eorum, quæ utcunque ſunt, omnium cauſas complectitur: ſive immortalium immortales: ſive caducarum minime mortales & caducas, ſed ſempiternas & conſtantes: quæ ſunt ipſis generationis perpetuæ cauſæ. Verum altior ac ſublimiro eſt iſta diſputatio.

Quod autem una ac ſingularis ſit veritas, unaque Philoſophia; cujus omnes illi ſunt amatores, quorum paulo ante memini; nec non ii, quorum nomen jure hoc loco memorabitur: Citienſis Zenonis diſcipulos intelligo: qui cum civitates animadverterent meram illam nimiamque Canis, hoc eſt Cynicæ ſectæ, libertatem averſari, quibusdam illam integumentis involucrisque texerunt; nimirum rei domeſticæ cura, opum comparandarum ſtudio, uxoris contubernio, ac prolis educatione. Quod eo animo feciſſe videntur, ut hoc Philoſophiæ genus proxime ad civitatum cuſtodiam adhiberent. Quod autem hoc in dicto, *Noſce te ipſum*, caput ſummamque Philoſophiæ conſtituerint, non ſolum ex iis commentariis, quæ de ea re prodiderunt, potes, ſi lubet, intelligere; ſed etiam evidentius id ipſum ex philoſophiæ fine cognoſces. Nam conſenta-

A γενόμενοι, καθάπερ ὑπὸ τῆς Κίρκης, ἢ τῶν Λωτοφάγων ἡδονῆς, ἢ δόξης, ἢ τινος ἄλλης δελεασθέντες, ἀπελείφθησαν τοῦ πρόσω βαδίζειν, καὶ ἐφικνεῖσθαι τοῦ τέλους. περιεύσαντας δὲ ἐν ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων σκοπειτω· ἢ πάντα εὑρήσει σύμφωνα.

Οὐκοῦν ὁ μὲν Δελφοῖς θεὸς τὸ, γνῶθι σαυτὸν, προαγορεύει. Ἡράκλειτος δὲ, ἐδιζησάμην ἐμωυτόν. ἀλλὰ ἢ Πυθαγόρας, οἵτε ἀπ' ἐκείνου μέχρι Θεο-
B φράστου, τὸ κατὰ δύναμιν ὁμοιοῦσθαι θεῷ φασι· καὶ γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης. Ὃ γὰρ ἡμεῖς ποτε, τοῦτο ὁ θεὸς ἀεὶ γελοῖον εἰ τὸν θεὸν ἑαυτὸν μὴ εἰδέναι· κομιδῇ γὰρ ἀθεν εἴσεται τῶν ἄλλων, εἴπερ ἑαυτὸν ἀγνοοίη πάντα γὰρ αὐτός ἐστιν· εἴπερ ἢ ἐν ἑαυτῷ, καὶ παρ' ἑαυτῷ ἔχοι τῶν ὁπωσοῦν ὄντων τὰς αἰτίας· εἴτε ἀθανάτων ἀθανάτους εἴτε ἐπικήρων, ἢ θνητὰς, ἀδὲ ἐπικήρους ἀϊδίους δὲ, ἢ μενούσας ἀεί, ἢ
C τούτοις εἰσὶν αἰτίαι τῆς ἀεγενεσίας. ἀλλ' οὕτως μὲν ὁ λόγος ἐστὶ μείζων.

Ὅτι δὲ μία τέ ἐστι ἀλήθεια, καὶ Φιλοσοφία μία· καὶ ταύτης εἰσὶν ἐρασταὶ ξύμπαντες, ὧν τε ὑπεμνήσθην μικρῷ πρότερον· ὧν τε ἐν δικηνῶν εἰποιμι ἂν ἴσως ὄνομα· τοὺς τῆς Κιτιέως ὁμιλητὰς λέγω· οἳ τὰς πόλεις ἰδόντες ἀποδιδρασκούσας τὸ λίαν ἀκρατεῖς, καὶ καθαρὸν τῆς ἐλευθερίας τὸ κυνὸς ἐσκέπασαν αὐτὸν, ὥσπερ, οἶμαι, παραπετάσμασιν, οἰκονομίᾳ, καὶ τῇ χρηματιστικῇ, καὶ τῇ πρὸς τὴν γυναῖκα συνόδῳ, καὶ παιδοτροφίᾳ· ἵν', οἶμαι, ταῖς
D πόλεσιν αὐτὸν ἐγγύθεν ἐπισήσωσι φύλακα. Ὅτι δὲ τὸ, γνῶθι σαυτὸν, κεφάλαιον τέθειται Φιλοσοφίας, ἔμοιγε δοκεῖ ἐξ ὧν κατεβάλλοντο ξυγγραμμάτων ὑπὲρ αὐτῆς τούτων, πειθοίης ἄν· εἴπερ ἐθέλοις· ἀλλὰ πολὺ πλέονα ἀπὸ τῆς τῆς Φιλοσοφίας τέλους. Τὸ γὰρ ὁμολογουμένως ζῆν τῇ φύσει,

τέλῳ ἐποιήσαντο. ὅπερ ὄχ οἷόν τε τυχεῖν τ̃ ἀγνοοῦντα τίς καὶ ὁποῖῳ πέφυκεν ὁ γὰρ ἀγνοῶν ὅστις ἐστὶν, οὐκ εἴσεται δήπουθεν ὅ, τι πράττ̃ ἑαυτῷ πρόσηκει· ὥσπερ οὐδὲ τ̃ σίδηρον ἀγνοῶν εἴσεται εἴτε αὐτ̃ τέμνειν, εἴτε μὴ, προσήκει· καὶ ὅτου δεῖ τ̃ σιδήρῳ, πρὸς τὸ δύνασθαι τὸ ἑαυτ̃ πράττειν. Ἀλλ' ὅλι μὲν ἡ Φιλοσοφία μία τέ ἐστι, καὶ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἑνός τινος ἐφιέμενοι, ὁδοῖς ἐπὶ τ̃το διαφόροις ἦλθον· ἀπόχρη τοσαῦτα νῦν εἰπεῖν. Τὰ περὶ δὲ τ̃ Κυνισμ̃ σκεπτέον ἐστίν.

Εἰ μὲν οὖν ἐπεποίηντο τοῖς ἀνδράσι μετά τινος σπουδ̃ς, ἀλλὰ μὴ μετὰ παιδιᾶς τὰ συγγράμματα, τούτοις ἐχρ̃ν ἑπόμενον ἐπιχειρεῖν ἕκαστα ὧν διανοούμεθα περὶ τ̃ πράγματος ἐξετάζειν. Τὸ ἐναντίον δὲ εἰ μὲν ἐφαίνετο τοῖς παλαιοῖς ὁμολογοῦντα, μή τοι ψευδομαρτυριῶν ἡμῖν ἐπισκήπτειν· εἰ δὲ μὴ, τότε ἐξορίζ̃ν αὐτὰ τ̃ ἀκοῆς· ὥσπερ Ἀθηναῖοι τὰ ψευδ̃ γράμματα τ̃ Μητρῴου. Ἐπεὶ δὲ οὐθέν ἐστιν, ὡς ἔφην, τοιοῦτον· ἅ τε γὰρ θρυλλούμενα Διογένους τραγῳδίαι, Φιλίσκου τινὸς Αἰγινήτου λέγονται εἶναι· καὶ, εἰ Διογένους δὲ εἶεν, οὐθὲν ἄτοπόν ἐστι τ̃ σοφὸν παίζειν. ἐπεὶ καὶ τ̃το πολλοὶ φαίνονται φιλοσόφων ποιήσαντες. ἐγέλα τοι Φησι καὶ Δημόκριτ̃ ὁρῶν σπουδάζοντας τὰς ἀνθρώπους. Μὴ δὴ πρὸς τὰς παιδιὰς αὐτῶν ἀποβλέπων, ὥσπερ οἱ μανθάνειν τι σπουδαῖον ἥκιστα ἐρῶντες, πόλ̃ παραβάλλοντες εὐδαίμονι πολλῶν μὲν ἱερῶν, πολλῶν δ' ἀπορρήτων τελετ̃ν πλήρ̃, καὶ μυρίων ἔνδον ἱερέων ἁγνῶν ἐν ἁγνοῖς μενόντων χωρίοις· αὐτ̃ τε ἕνεκα πολλάκις τούτ̃· λέγω δὲ τ̃ καθαρεύειν τὰ ἔσω πάντα· τὰ περιτὰ, καὶ βδελυρὰ, καὶ φαῦλα τ̃ πόλεως ἀπελαύνασι· λ̃ρὰ δημόσια, καὶ χαραυτυπεῖα, καὶ καπηλεῖα καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα· εἶτα ἄχρι τούτου γενομένοις, εἴσω μὴ παριέσιν. Ὁ μὲν γὰρ τοῖς τοιούτοις ἐντυχὼν, εἰ τα τ̃το οἴη-

A tenere naturæ vivere, finem illi esse dixerunt. Quem quidem nunquam ille consequetur, qui quis sit, & cujusmodi sit natus, ignoret. Quisquis enim qui sit nesciat, ne illud quidem sciet, quid se ipsum facere deceat. Perinde ac qui ferrum ignoret, ignorabit insuper utrum eo ad secandum uti, an secus oporteat: tum quibus rebus ferrum egeat, ut quod suum opus est possit efficere. Quod igitur una sit Philosophia, quodque omnes, ut uno verbo complectar, ad unum aliquod conspirantes, unumque B cupientes, variis itineribus eo contendant, satis hæc in præsentia dicta sint. De Cynica professione consequens est ut agendum videatur.

Ac si quidem sectæ illius homines scripta sua serio, non per ludum & jocum elaborassent, ex illorum nobis autoritate unumquodque disputandum esset, quod de eo argumento proponendum putarem. E contrario vero, si quidem veteribus consentanea viderentur, nequaquam falsi nobis testimonii crimen impingendum esset; sin minus, tum demum ab auribus ea repellere: C uti Athenienses falsas e Metroo tabulas ejiciunt. Sed quoniam nihil, uti dixi, extat ejusmodi. Quæ enim circumferuntur Diogenis Tragœdiæ, Philisci cujusdam Æginetæ esse dicuntur. Et quamvis Diogenis ipsius sint, nihil est absurdi ludere sapientem, *idque multi Philosophi videntur fecisse.* Sane & Democritum risisse ferunt, cum serio agentes mortales videret. Ne tu igitur ad illorum ludos respiciens, ut qui studio dignum aliquid perdiscere minime curantes splendidam ad urbem perveniunt, cum delubris D plurimis, tum arcanis sacris, atque innumeris sacerdotibus refertam, qui in castis locis casti ipsi religiosique habitant, atque hujus ipsius causa, uti nimirum quæ intra pomœria sunt pura sint & sancta, superflua, & abominanda, sordidaque omnia sæpius ab urbe summovent, balneas publicas, lupanaria, popinas, atque id genus alia: tum qui eo accesserint, non ulterius pergunt, neque urbem introeunt. Qui enim in illa incidens, istud ipsum esse urbem existimet; infelix est, si ab

ſi ab illa fugiat; ſed infelicior adhuc, ſi in inferiore loco conſiſtat, cum paululum evehi liceat, ac Socratem intueri. Utar enim illis ego verbis, quibus Alcibiades, Socratem prædicans. Equidem Cynicam Philoſophiæ ſectam aſſero Silenorum eſſe ſimillimam, qui in ſtatuariis officinis proſtant; quibus artifices fiſtulas ac tubas attribuunt: quibus apertis, ſimulacra illa Deorum intus apparent. Quamobrem ne quid nobis contingat ejuſmodi; ut in quibus ille luſit, ea pro ſeriis *ibi tradita reputemus*; (Quanquam eſt in iſtis non inutile fortaſſe quippiam: ſed aliud eſt Cynica ipſa profeſſio, ut paulo poſt demonſtrare conabimur) age opera ipſa contemplantes porro gradiamur; perinde ac venatici canes, qui ſagaciſſime odorantes ferarum veſtigia perſequuntur.

Principio ſectæ illius conditorem ac principem inveſtigare difficile eſt: etſi nonnullis placet autorem fuiſſe Antiſthenem, aut Diogenem. Verum, quod non inſcite dixiſſe mihi videtur Oenomaus, Cyniſmus neque Antiſtheniſmus eſt, neque Diogeniſmus. Ac genoroſiores quidam ex illo Canum grege dictitant, magnum illum Herculem, uti cæterorum nobis autorem bonorum fuiſſe, ſic ejus vitæ maximum mortalibus exemplum reliquiſſe. Ego vero de Diis ipſis, atque iis, qui ad divinam ſortem conditionemque translati ſunt, religioſe loqui cupiens, nonnullos ejusdem ante illum inſtituti fuiſſe arbitror, tam apud Græcos ipſos, quam Barbaros. Hoc enim Philoſophiæ genus commune, & inprimis naturale videtur, maximeque parabile. Nam id unum requirit, ut quę bona ſunt eligas, amplectenda virtute, fugiendiſque vitiis. Ac neque infiniti libri pervolvendi ſunt. Eruditio quippe mentem, ut ajunt, docendo conferre non poteſt: neque aliud ex iis tolerare incommodis, quibus conflictari ſolent, qui ſe reliquis ſectis addixerint. Verum

A θεὶς εἶναι τὴν πόλιν, ἄθλιος μὲν ἀποφυγὼν, ἀθλιώτερος δ' ἂν κάτω μείνας ἐξὸν ὑπερβάλλα μικρὸν, ἰδεῖν τὸν Σωκράτη· χρήσομαι γὰρ ἐκείνοις ἐγὼ τοῖς ῥήμασιν, οἷς Ἀλκιβιάδης ἐπαινῶν Σωκράτη. Φημὶ γὰρ δὴ τὴν Κυνικὴν Φιλοσοφίαν ὁμοιοτάτην εἶναι τοῖς Σεληνοῖς τούτοις τοῖς ἐν τοῖς Ἑρμογλυφείοις καθημένοις· ἃς τινας ἐργάζονται οἱ δημιουργοὶ, σύριγγας ἢ αὐλοὺς ἔχοντας· B οἱ δὲ διοιχθέντες ἔνδον φαίνονται ἀγάλματα ἔχοντες θεῶν. Ὡς ἂν ὃν μὴ τοιοῦτον τι πάθωμεν, ὅσα ἔπαιξε ταῦτα αὐτῷ ἐσπουδακέναι νομίσαντες ἔστι μὲν γάρτι καὶ ἐν ἐκείνοις οὐκ ἄχρηστον· ὁ Κυνισμὸς δέ ἐστιν ἕτερον ὡς αὐλίκα μάλα δείξαι πειράσομαι· δευρὶ ἴωμεν ἐφεξῆς ἀπὸ τῶν ἔργων ὥσπερ αἱ ἐξιχνεύσαι κύνες μεταθέουσι τὰ θηρία.

Ἡγεμόνα μὲν ὁ ῥᾴδιον εὑρεῖν, ἐφ' ὃν ἀνενέγκαι χρὴ πρῶτον αὐτὸ· εἰκαί C τινες ὑπολαμβάνουσιν Ἀντισθένη τοῦτο, καὶ Διογένη προσήκειν· τοῦτο γὰρ ἔοικεν Οἰνόμαος οὐκ ἀτόπως λέγειν ὁ Κυνισμὸς ἔτε Ἀντισθενισμός ἐστι, ἔτε Διογενισμός. Λέγουσι μὲν γὰρ οἱ γεναιότεροι τῶν κυνῶν, ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἡρακλῆς, ὥσπερ ἄντων ἄλλων ἀγαθῶν ἡμῖν τις ἀκτὴ καλεῖται ἔτω δὲ καὶ τὸν βίον παράδειγμα τὸ μέγιστον ἡμῖν καλέλιπεν ἀνθρώποις. Ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τῶν θεῶν, καὶ εἰς θείαν λῆξιν πορευθέντων εὐφημεῖν ἐθέλων, πείθομαι μὲν καὶ πρὸ τούτου τινὰς οὐκ ἐν Ἕλλησι μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάροις. Αὕτη δὲ ἡ Φιλοσοφία κοινή πως ἔοικεν εἶναι καὶ φυσικωτάτη, καὶ δεῖσθαι οὐδ' ἧς τινος οὐκ πραγμαλείας. ἀλλὰ ἀπόχρη μόνον ἐλέσθαι τὰ σπουδαῖα, ἀρετῆς ἐπιθυμίαν καὶ φυγὴν κακίας· καὶ ἔτε βίβλους ἀνελίξαι δεῖ μυρίας· πολυμαθία γὰρ, φασὶ, νόον οὐ διδάσκει· ἔτε ἄλλό τι τῶν τοιῶν παθῶν, ὅσα καὶ οἷα πάσχουσιν οἱ διὰ τῶν ἄλλων αἱρέσεων ἰόντες. Ἀλλὰ ἀ-

πόχρη μόνον δύο ταῦτα τῦ Πυθίου παραινέν᾽ ἀκῦσαι, τὸ, γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ παραχαράξον τὸ νόμισμα. Πέφηνε γᾶρ ἡμῶν ἀρχηγὸς τ᾽ Φιλοσοφίας, ὥσπερ, οἶμαι, τοῖς Ἕλλησι κατέση τῶν καλῶν ἁπάντων ἄρτι᾽, ὁ τ᾽ Ἑλλάδ᾽ κοινὸς ἡγεμών, καὶ νομοθέτης, καὶ βασιλεὺς, ὁ ἐν Δελφοῖς θεός· ὃν ἐπειδὴ μὴ θέμις ἦν τι διαλαθεῖν, ἀδὲ ἡ Διογένους ἐπιηδειότης ἔλαθε. πρᾶτρεψε δὲ αὐτὸν, ὐχ ὥσπερ τὰς ἄλλας ἔπεισεν ἐνίοτε τὴν παραίνεσιν, ἀλλ᾽ ἔργῳ διδάσκων ὅ, τι βάλεται συμβολικῶς διὰ δυοῖν ὀνομάτων, παραχάραξον, εἰπών, τὸ νόμισμα. τὸ γᾶρ, γνῶθι σαυτὸν, ὐκ ἐκείνῳ πρῶτον· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔφη, καὶ λέγ᾽. πρόκειται γᾶρ, οἶμαι, τὰ τεμένους. Εὑρήκαμεν δὴ τ᾽ ἀρχηγέτην τ᾽ Φιλοσοφίας· ὡς πᾶ καὶ ὁ δαιμόνιος Φησιν Ἰάμβλιχ᾽ ἀλλὰ καὶ τὰς κορυφαίους ἐν αὐτῇ, Ἀντισθένη, καὶ Διογένη, καὶ Κράτητα, οἷς τὰ βίᾳ σκοπὸς ἦν καὶ τέλ᾽, αὐτὰς, οἶμαι, γνῶναι, καὶ τῶν κενῶν ὑπεριδεῖν δοξῶν ἀληθείας μὲν, ἣ πάντων ἀγαθῶν θεοῖς, πάντων δὲ ἀνθρώπων ἡγεῖται, ὅλη, Φασὶν, ἐπιτρέχεσθαι τῇ διανοίᾳ. ἧς, οἶμαι, καὶ Πλάτων, καὶ Πυθαγόρας, καὶ Σωκράτης, οἵτε ἐκ τῦ Περιπάτου, καὶ Ζήνων ἕνεκα πάντα ὑπέμειναν πόνον. αὐτοὺς τε ἐθέλοντες γνῶναι, καὶ μὴ κενᾶς ἔπεσθαι δόξαις· ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς ὄσιν ἀλήθειαν ἀνιχνεῦσαι. Φέρε ἴν, ἐπειδὴ πέφηνεν ὐκ ἄλλο μὲν ἐπιτηδεύσας Πλάτων, ἕτερον δὲ Διογένης, ἓν δέ τι καὶ ταὐτόν. Εἰ γᾶρ ἔροιτό τις τ᾽ σοφὸν Πλάτωνα, τὸ, γνῶθι σαυτὸν, ὁπόσα νενόμικας ἄξιον; εὖ οἶδα ὅτι τῦ παιδὸς Φήσειε. καὶ λέγ᾽ δὲ ἐν Ἀλκιβιάδῃ. Δεῦρο δὴ τὸ μᾶ τῦτο Φράσον ἡμῖν, ὦ δαιμόνιε Πλάτων, καὶ θεῶν ἔκγονε· τίνα τρόπον χρὴ πρὸς τὰς τῶν πολλῶν διακεῖσθαι δόξας. ταῦτά τε ἐρεῖ, καὶ ἔτι πρὸς τῦτοις ὅλον ἡμῖν ἐπιάξ᾽ διαρρήδην ἀναγνῶναι τ᾽ Κρίτωνα διάλογον, ἃ Φαίνεται παραινῶν Σωκράτης μηδὲν φροντίζειν ἡμᾶς τῶν τοιῦτων. Φησὶ γᾶρ· ἀλλὰ τί ἡμῖν, ὦ μακάριε Κρίτων, ἂν τῆς τῶν πολλῶν

A duo iſta duntaxat ab Apolline Pythio admoneri ſufficit: *Noſce te ipſum*; &, *Nummum falſa*. Quocirca Philoſophiæ nobis autor eſt oblatus idem ille, a quo cætera in Græcos bona derivata ſunt, communis Græciæ dux, legislator atque rex, Delphicus Deus. Quem cum latere nihil omnino poſſet, ne Diogenis quidem ipſe indolem ac facultatem ignorabat. Proinde non eum, uti reliquos ſolebat, verſibus hortatus eſt; ſed reipſa quid vellet indicans, duarum vocum B involucris adumbravit: *Nummum*, inquit, *falſato*. Nam alterum illud: *Noſce teipſum*; non illi primum, ſed & aliis dixit, uſurpatque quotidie. Eſt enim ipſo in aditu templi, ut opinor, inſcriptum. Invenimus itaque Philoſophiæ, ut divinus alicubi ſcripſit Jamblichus, conditorem: nec non principes illius viros, Antiſthenem, Diogenem, & Cratetem; quibus hic vitæ ſcopus erat finisque propoſitus, noſſe ſemetipſos, ac vanas opiniones contemnere: veritatem denique, quæ bonorum omnium tam Diis quam mortalibus princeps eſt, C tota, quod ajunt, mente conſectari: cujus unius, ut opinor, gratia Plato, Pythagoras, & Socrates; tum Petipatetici; ac Zeno denique, laborem omnem pertulerunt; qui & ſeipſos noſſe, nec inanes opiniones ſequi cupiebant, ſed rerum omnium veritatem inquirere. Age itaque, quoniam, ut apparet, non aliud Plato, aliud Diogenes, ſed unum & idem ambo conſequi ſtuduerunt; ſi quis ſapientem Platonem interrogaret: Quanti tu dictum illud, *Noſce teipſum*, faciendum exiſtimas? quantivis, opinor, reſpondeat. Hoc enim in Alcibiade teſtatus D eſt. Perge vero, divine Plato, & a Diis orte, dic nobis quomodo erga vulgi opiniones affici nos oporteat. Ad hæc eadem ille repetet, ac totum præterea Critonis Dialogum legere nos aperte jubebit; ubi nihil ut iſta curemus Socrates hortari videtur. Sic enim loquitur: *Verum quid ita nos, ô bone Crito, vulgi opinio commovet?*

Quæ

EQUIDEM ut eam, quam de me concepisti, spem ratam faciam, id quod ad me scribis vehementer exopto. Sed vereor ut assequi possim: quoniam quidem majus est quam pro meis viribus, quod cum cæteris de me, tum tibi ipsi polliceris. Ac cum jamdudum mihi cum Alexandro, atque Marco, aut si quis alius excellenti quadam virtute fuit, susceptum certamen crederem; horror quidam animum meum & incredibilis timor pervaserat, ne & ab illius fortitudine plurimum abessem, & perfectæ alterius absolutæque virtuti ne minima quidem ex parte responderem. Ad hæc igitur intuens in otio vivendum mihi esse decreveram: & Atticarum narrationum cum libenter ipse memineram, tum vobis amicis meis accinere cupiebam: quemadmodum ii, qui graviora per vias onera gestant, molestiam istam allevare student. Tu vero recenti epistola tua majorem mihi metum illum fecisti, ac longe difficilius certamen propositum esse mihi significasti: cum ita dixisti, eo me loco constitutum a Deo videri, in quo Hercules antea & Bacchus fuissent, qui una philosophabantur & regnabant, ac terram universam & mare ab omni, quæ quidem

A ΕΓΩ σοι βεβαιῶσαι μὲν, ὥσπερ ἂν γράφεις, τὰς ἐλπίδας, καὶ σφόδρα εὔχομαι· δέδοικα δὲ μὴ διαμάρτω· μείζων γὰρ ἢ σὴ ὑποσχέσεως, ἣν ὑπὲρ ἐμοῦ πρός τε τοὺς ἄλλους ἅπαντας, καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς ἑαυτὸν ποιῇ. καί μοι πάλαι μὲν οἰομένῳ πρός τε τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ τὸν Μάρκον, καὶ εἴ τις ἄλλος γέγονεν ἀρετῇ διαφέρων, εἶναι τὴν ἄμιλλαν, φρίκη τις προσεῖη, καὶ δέος θαυμασὸν, μὴ τοῦ μὲν ἀπολείπεσθαι παντελῶς τῆς ἀνδρείας δόξω· τοῦ δὲ τῆς τελείας ἀρετῆς ἢ δὲ ἐπ' ὀλίγον ἀφίκωμαι. Εἰς ταῦτα ἀφορῶν, ἀνεπειθόμην τὴν σχολὴν ἐπαινεῖν· καὶ τῶν Ἀττικῶν διηγημάτων αὐτός τε ἡδέως ἐμεμνήμην, καὶ τοῖς φίλοις ὑμῖν προσᾴδειν ἠξίουν· ὥσπερ οἱ τὰ βαρέα φορτία φέροντες ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἐπικουφίζουσι αὐτοῖς τὴν ταλαιπωρίαν. Σὺ δέ μοι νυνὶ μεῖζον ἐποίησας διὰ τῆς ἐναγχος ἐπιστολῆς τὸ δέος, καὶ τὸν ἀγῶνα τῷ παντὶ χαλεπώτερον ἔδειξας· ἐν ταύτῃ παρὰ τοῦ θεοῦ τεταχθαί με τῇ μερίδι λέγων, ἐν ᾗ πρότερον Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος ἐγενέσθην, φιλοσοφοῦντες ὁμοῦ καὶ βασιλεύοντες, καὶ πᾶσαν σχεδὸν τῆς ἐ-

πιπολαζούσης κακίας ἀναναθαιρόμενοι γῆν τε καὶ θάλασσαν. Κελεύεις δὲ πᾶσαν ἀποσεισάμενον σχολῆς ἔννοιαν καὶ ῥᾳθυμίαν, σκοπεῖν ὅπως τῆς ὑποθέσεως ἀξίως ἀγωνιούμεθα. εἶτα ἐπ' αὐτοῖς τῶν νομοθετῶν ἁπάντων μέμνησαι, Σόλωνος, Πιττακοῦ, Λυκούργου· καὶ τούτων ἁπάντων μείζονα χρῆναι παρ' ἡμῶν λέγεις τοὺς ἀνθρώπους ἐν δίκῃ νυνὶ γεγενῆσθαι. Τούτοις ἐγὼ τοῖς λόγοις ἐνισχνὼν ἐξεπλάγην μικροῦ· σοὶ μὲν γὰρ ὑπελάμβανον ἀδαμῶς θεμιτὸν κολακεύειν, ἢ ψεύδεσθαι· ἐμαυτῷ δὲ συνειδὼς, φύσεως μὲν ἕνεκα, διαφέρον οὐδέν, ὅτε ἐξ ἀρχῆς, ὅτε νυνὶ ὑπάρξαν· φιλοσοφίας δὲ ἐραστῇ μόνον. Τὰς γὰρ ἐν μέσῳ συγῶ τύχας, αἳ μοι τὸν ἔρωτα τοῦτον ἀτελῆ τέως ἐφύλαξαν. Οὐκ εἶχον ὅν ὅτι χρὴ περὶ τῶν τοιούτων λόγων συμβαλεῖν, ἕως ἐπὶ νοῦν ἦγεν ὁ θεός· μή ποτε ἆρα προλέγειν ἐθέλεις διὰ τῶν ἐπαίνων, καὶ τῶν ἀγώνων δεῖξαι τὸ μέγεθος, οἷς ἀνάγκη πᾶσα ἢ ἐν πολιτείᾳ ζῶντα παραβεβλῆσθαι τὸν ἅπαντα χρόνον. τοῦτο δὲ ἀποτρέποντός ἐστι πλέον, ἢ πρὸς τὸν βίον παρορμῶντος. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις τὸ πορθμὸν τὸ παρ' ὑμῖν πλέων, καὶ δὴ τοῦτον ῥᾳδίως, δὴ εὐκόλως ὑφισάμενος, ἀκούσῃ παρὰ τοῦ μαντικὴν ἐπαγγελλομένου τέχνην, ὡς χρεὼν αὐτὸν τὸν Αἰγαῖον ἀναμετρῆσαι, καὶ τὸν Ἰόνιον, καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης ἅψασθαι. καὶ νυνὶ μὲν ὁρᾷς, ὁ προφήτης λέγοι, τείχη καὶ λιμένας· ἐκεῖ δὲ γενόμενος, οὐδὲ σκοπιὰν, οὐδὲ πέτραν ὄψῃ· ἀλλ' ἀγαπήσεις καὶ ναῦν πόρρωθεν καλιδῶν προσεισπεῖν τοὺς ἐπιπλέοντας· καὶ τῆς γῆς οὐ πρόσω ἀψάμενος, τῷ θεῷ πολλάκις, πρὸς αὐτῷ γῆν τῷ τέλει τοῦ βίου, τυχεῖν ὁρμᾶς, καὶ τὴν τε ναῦν

Voss. ἐμπλέοντας

Deest, προσιόντας

A illorum temporibus emerserat, improbitate ac nequitia repurgabant. Ad hæc hortatus es, ut otii commoditatisque cogitatione omni remota, consideraremus quomodo pro eo, ac proposito dignum est, certamen obiremus. Post hæc vero legislatorum omnium mentionem attigisti, Solonis, Pittaci, Lycurgi, & id genus aliorum: ac denique subjecisti, jure nunc a nobis homines majora quam ab illis expectare. B His ego perlectis sermonibus propemodum stupore sum defixus. Nam nec adulari, vel mentiri, tibi fas esse arbitrabar; neque mihi, quod ad naturam attinet, excellens quicquam vel ab initio insitum, vel modo concessum animadverteram; hoc unum sentiebam, Philosophiæ me duntaxat amatorem fuisse. Taceo calamitates eas, quæ mihi interea contigerunt, quæque ut imperfectus ille amor maneret, hactenus fecerunt. C Quamobrem quid de istiusmodi sermonibus tuis conjicerem, nihil habebam, donec illud mihi divinitus est injectum: cogitandum esse, ecquid laudibus istis cohortari me cuperes, ac certaminum declarare magnitudinem; quibus eum objici perpetuo necesse est, qui in gubernanda republica versetur. Atqui istud ipsum deterrentis potius est, quam ad hoc vitæ genus excitantis. Ut enim si quis in vestro illo freto navigans, ejusque fluctus ægre sustinens, vatem aliquem sibi denunciantem D audiret: Ægæum ipsi pelagus emetiendum esse, tum Ionium, & externum mare transmittendum; itaque vates ille diceret: Nunc tu quidem mœnia portusque prospicis, at illuc cum veneris, ne speculam quidem intuebere, vel scopulum, sed beatum te putabis, si vel navem e longinquo cernere potueris, ac vectores salutare; tum frequentibus hoc a Deo votis postulabis, ut vel sub ipsum exitum vitæ appulsus ad terram, portum

tum tandem aliquando contingas, atque & incolumem reddere navem, & vectores ipsos salvos ac periculis omnibus ereptos propinquis illorum ac necessariis exhibere possis, ac demum corpus tuum terræ, communi omnium matri, committere; hoc vero ita fortassis eventurum, ut ad extremam illam usque diem incertum sis habiturus. Num igitur, cum ejusmodi ab eo vate ille didicerit, vel in propinquo aliquo mari oppido habitaturum putas? aut non potius spretis omnibus divitiis, ac negotiationis commodis, notis ac familiaribus permultis, peregrinis amicitiis, gentium ac civitatum perlustratione neglecta, illud ab Epicuro Neoclis filio sapienter dictum esse judicaturum, cum *latentem vivere* suadebat? Tu vero istud ipsum videris animadvertens, jactis in Epicurum convitiis animos nostros præoccupare, atque ejusmodi sententiam extorquere voluisse. Sic enim dicis: negotii expers otium, & illas in ambulationibus disputationes laudare, illi esse consentaneum. Ego vero non recte Epicuro ita visum esse, jamdudum habeo penitusque persuasum: utrum autem ad rempublicam capessendam quemvis hortari oporteat, etiam illum, qui minus natura comparatus sit, quique id perfecte nondum præstare possit, de hoc fortasse diligentius quærendum fuerit. Nam & Socratem ferunt multos a foro & suggesto, cui non admodum idonei videbantur, abstraxisse; Glauconem autem illum, & Cliniæ filium avocare quidem inde conatum esse, sed juvenis hujus impetum cohibere ac pervincere non potuisse. Nos invitos, & hoc intelligentes cogemus scilicet, ac bono & audaci esse animo jubebimus iis in rebus capessendis, quarum exitus non virtutis est præstare solius, neque animi quantumlibet recti, sed fortunæ multo magis ubique dominantis, & eo sæpius inclinare cogentis, quo negotiorum cursus incubuit? Chrysippus sane cæteroqui sapiens & esse & ita judicatus fuisse merito videtur: at idem tamen, quod fortunam, atque casum, & id genus alias cau-

A σώαν παραδῦναι, καὶ τὰς " ἐπιπλέουσας ἀπαθεῖς τοῖς οἰκείοις κακῶν παρασῆσαι, καὶ τὸ σῶμα τῇ μητρὶ γῇ δῦναι. τὸ δὲ ἐσόμενον ἴσως, ἄδηλον ἔσαι σοι μέχρι τῆς τελευταίας ἐκείνης ἡμέρας. Ἆρ' οὖν τούτων ἀκούσαντα τῶν λόγων ἐκεῖνον, πόλιν γᾶν οἰκεῖν ἑλέσθαι πλησίον θαλάσσης· ἀχὶ δὲ χαίρειν εἰπόντα πλοῦτῳ, καὶ τοῖς ἐξ ἐμπορείας ἀγαθοῖς παρεγιγνομένοις, γνωρίμων πολλῶν, ξενικῆς φιλίας, ἰσοτείας, ἐθνῶν, καὶ πόλεων ὑπερειδόντα, σοφὸν ἀποφαίνειν τὸ τοῦ Νεοκλέους, ὃς κελεύει λαθεῖν βιώσαντα; καὶ σὺ δὲ ἔοικας τοῦτο καταμαθὼν, παρακαλαμβάνειν ἡμῶν τὰς εἰς τὸν Ἐπίκουρον λοιδορίας, καὶ παρεξαίρειν τὴν τοιαύτην γνώμην. Φῂς γάρ που, σχολὴν ἐπαινεῖν ἀπράγμονα, καὶ διαλέξεις ἐν παρέργοις ἀποδέχεσθαι [ἐν] ἐκείνῳ. ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ὁ καλῶς Ἐπικούρῳ ταῦτα ἐδόκει, πάλαι καὶ σφόδρα πέπεισμαι. Εἰ δὲ πάνθ' ὁντινανοῦν ἐπὶ πολιτείαν παρορμᾶν ἄξιον, καὶ τὸν ἧττον πεφυκότα, καὶ τὸν ἄπω τελέως δυνάμενον, ἐπὶ πλεῖστον ἴσως διαπορῆσαι χρή. Λέγουσι γάρ τοι καὶ τὸν Σωκράτη πολλοὺς μὲν ὁ σφόδρα ἔχοντας, ἀπαγαγεῖν τοῦ βήματος· Γλαύκωνα δὲ ἐκεῖνον, ὡς Ξενοφῶν λέγει, καὶ τὸν τοῦ Κλεινίου παῖδα, πειραθῆναι μὲν ἐπισχεῖν, ὁ δυνηθῆναι δὲ περιγενέσθαι τοῦ νεανίσκου τῆς ὁρμῆς. ἡμεῖς δὲ καὶ ἄκοντας, καὶ ξυνιέντας αὐτῶν, παρασκευάσομεν θαρρεῖν ὑπὲρ τηλικούτων κελεύοντες, ὡς ἂν ὦσι μόνον ἐσθλοὶ, ὁ δὲ προαίρεσις κυρία καὶ ὀρθὴ· πολὺ δὲ πλέον ἡ τύχη κρατοῦσα παντάχοῦ, καὶ βιαζομένη ῥέπειν ἥπερ ἂν ἐθέλῃ τὰ πράγματα. Χρύσιππος δὲ ἴσως τὰ μὲν ἄλλα σοφὸς εἶναι, καὶ νομισθῆναι δίκαιος· ἀγνοήσας δὲ τὴν τύχην καὶ τὸ αὐτόματον, καί τινας ἄλλας αἰτίας τοιαύτας

Vossius ἐμπλεούσας

τοιαύτας ἔξωθεν τοῖς πραχθεῖσι παρεμπίπτουσας, ἃ σφόδρα ὁμολογούμενα λέγειν, οἷς ὁ χρόνος ἡμᾶς διὰ μυρίων ἐναργῶς διδάσκει παραδειγμάτων. Πῶ γὰρ εὐτυχῆ καὶ μακάριον Κάτωνα φήσομεν; πῶ δὲ Δίωνα τὸν Σικελιώτην εὐδαίμονα; οἷς τὸ μὲν ἀποθανεῖν ἔμελεν ἴσως ὀλίγον, τὸ δὲ μὴ λείπειν ἀτελεῖς τὰς πράξεις, ἐφ' ἃς ἐξ ἀρχῆς ὥρμησαν, καὶ σφόδρα ἔμελε, καὶ πάντα ἂν εἵλοντο παθεῖν ὑπὲρ τούτου; σφαλέντες δὲ ἐκείνοις, εἰ μὲν εὐσχημόνως ἔφερον· ὥσπερ ὃν λέγεται· τὴν τύχην, οὐκ ὀδυνώμενοι· παραμυθίαν ἔσχον ἐκ τῆς ἀρετῆς ὀλίγην· εὐδαίμονες δὲ ἂν λέγοιντο, τῶν καλλίστων πράξεων διημαρτηκότες· πλὴν ἴσως διὰ τὴν Στωϊκὴν ἔνστασιν. πρὸς ἣν ῥηθέον, ὡς ἓν ταὐτόν ἐστιν ἐπαινεῖσθαι, καὶ μακαρίζεσθαι· καὶ εἰ φύσει τὸ ζῷον εὐδαιμονίας ὀρέγεται, κρεῖττον εἶναι τὸ κατ' ἐκείνην μακαριστὸν τέλος τοῦ κατ' ἀρετὴν ἐπαινῷ πιστευόμενον. ἧκιστα δὲ φιλεῖ τῆς εὐδαιμονίας ἡ βεβαιότης τῇ τύχῃ πιστεύειν. καὶ τοὺς ἐν πολιτείᾳ ζῶντας οὐκ ἔνεστιν ἄνευ τούτης ἀναπνεῖν, τὸ δὴ λεγόμενον * καὶ πεπτωκάσι καὶ σφαλεῖσιν ἀλλ' ὅμως οἱ τὰς ἰδέας εἴτε ἀληθῶς θεωρῶντες, εἴτε καὶ ψευδῶς συλλαβόντες, ἐν τοῖς ἀσωμάτοις καὶ νοητοῖς ἱδρῦσθαί που τοῦ τυχαίου ὑπεράνω πάντων· ἢ τὸν Διογένους ἐκεῖνον,

Vide Not. & Observat.

Ἄπολιν, ἄοικον, πατρίδος ἐστερημένον,

οὐκ ἔχοντα μὲν εἰς ὅ, τι παρ' αὐτῆς εὖ πάθῃ, καὶ τοὐναντίον ἐπί τινι σφαλῇ· τοῦτον δὲ οὗ ἡ συνήθεια καλεῖν εἴωθε, καὶ Ὅμηρος πρῶτος·

Iliad. B, v. 25.

Ὦ λαοί τ' ἐπιδευὴς φάλαγ, καὶ τόσσα μέμηλεν,

πῶς ἄν τις ἔξω τύχης ἀπαγαγὼν [μὴ] θέσιν φυλάττοι; πάλιν δὲ αὖ-

A fas, quæ inter agendum extrinſecus incidunt, ignoraret, non multum iis conſentanea dixiſſe, quæ nos manifeſtis exemplis longinqui temporis experientia perdocuit. Etenim quo tandem modo beatum felicemque Caronem dicere poſſumus? quomodo item fortunatum Dionem Siculum? qui mortem quidem ipſam fortaſſe minime curabant; illud vero præcipue, ut ne affecta & inchoata illa relinquerent, quæ initio ſuſceperant, pro quibus nihil non libenti animo pertuliſſent? Sed cum ejusmodi in rebus ſpes illos fefelliſſet, ſi quidem id quod acciderat moderate ferrent; quemadmodum tuliſſe dicuntur; non mediocre ſolatium ex virtute ſua capiebant, fortunati vero appellari nullo modo poterant, qui ab tam egregiis conatibus aberraſſent; niſi forte ſecundum Stoicum propoſitum ac decretum. Contra quod illud excipi poteſt: non idem eſſe collaudari, ac beatum prædicari; ac ſi natura felicitatis appetens eſt animal, beatum ex ejus poſſeſſione pronunciari, præſtantiorem eſſe finem, quam ex virtute eſſe laudabilem. Porro felicitatis ſecuritas nequaquam ſolet fortunæ confidere: qui autem ad tractandam rempublicam accedunt, ne reſpirare quidem, quod vulgo dicitur, ſine ipſâ poſſunt, * * & ducem ſermones fecerunt. Ut qui ideas ſeuvere contemplantur, ſeu falſo compoſitas in corporis expertibus & intelligibilibus ſupra fortuita omnia collocant: aut quemadmodum a Diogene prædicatus ille,

urbe, atque tecto penitus, & patria carens,

qui ut nihil habet, in quo fructum aliquem ex illa capiat; ita e contrario nihil in quo detrimentum accipiat. At is, quem conſuetudo ita nominat, & primus omnium Homerus,

cui populi imperium & rerum commiſſa poteſtas;

qui tandem ipſum extra fortunæ aleam conſtituens, iis, quæ in oratione ſua poſuerat, conſentanea loquetur? Rurſus cum eundem

dem illi ſubjecerit, quanto ipſum apparatu, quantaque prudentia opus habere putabit, ut inclinationes vicisſitudinesque fortunæ, quæ in utramque partem accidunt, uti ventorum gubernator, honeſte ac decore ſuſtineat? Nec illud duntaxat eſt admiratione dignum, oppugnantis illius impetus fortiter excipere; ſed longe hoc admirabilius eſt, dignum ſe illius beneficiis oſtendere. His enim maximus rex ille domitor Aſiæ captus ac ſuperatus eſt, qui Dario atque Xerxe aſperiorem ſe inſolentioremque præſtitit, poſtquam illorum imperium eſt adeptus. Iisdem telis expugnati ſunt Perſæ, Macedones, Athenienſes, Syracuſii, Lacedæmoniorum magiſtratus, Romanorum duces, innumeri demum Imperatores. Finis nullus erit ſi ſingulos percenſeam, qui propter divitias, victorias, delitiasque perierunt. At qui calamitatum fluctibus obruti ex liberis ſervi, ex generoſis humiles, & ex ſplendidisſimis viliſſimi abjectiſſimique ſunt facti, quid eos tanquam e tabella deſcriptos commemorare nunc attinet? Utinam hujus generis exemplis humana vita careret! Sed iſtiusmodi rebus neque vacat hodie, neque vacabit unquam, quamdiu hominum in terris genus exiſtet. Ac ne ſolus ipſe fortunæ ſummum in rebus gerendis dominatum aſſignare videar, Platonis tibi verba ex admirabili illo de Legibus opere ſubjiciam: quæ quanquam apud ſcientem, imo apud eum, a quo iſta ipſa ſum edoctus, eloquar; tamen ut hoc argumento palam faciam, nequaquam ex ignavia me ita ſentire, illam Platonis ſententiam hic adſcribam, quæ eſt ejusmodi: *Deum quidem univerſa, & cum Deo fortunam & occaſionem humana o-*

A τὸν ὑποτίθης τάυτῃ, πόσης αὐτῷ δεῖν οἰήσεται τῆς παρασκευῆς, καὶ φρονήσεως πηλίκης, τὰς ἐφ' ἑκάτερα ῥοπὰς, καθάπερ πνευμάτων κυβερνήτην, εὐσχημόνως φέρειν; Οὐκ ἔστι θαυμαστὸν ἀντιτάξασθαι προσπολεμοῦσῃ μόνον αὐτῇ· πολὺ δὲ θαυμασιώτερον τῶν ὑπαρξάντων παρ' αὐτῆς ἀγαθῶν ἄξιον φανῆναι. τοῦτος ὁ μέγας ἑάλω βασιλεὺς ὁ τὴν Ἀσίαν κατασεισάμενος, Δαρείου καὶ Ξέρξου

B χαλεπώτερος, καὶ μᾶλλον ἀλαζὼν φανεὶς, ἐπειδὴ τῆς ἐκείνων ἀρχῆς κατέσχε κύριος. Τούτοις ἁλόντες τοῖς βέλεσι ἁρθην ἀπώλοντο Πέρσαι, Μακεδόνες, ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος, Συρακόσιοι, τὰ Λακεδαιμονίων τέλη, Ῥωμαίων στρατηγοὶ, καὶ ἐπ' αὐτοῖς αὐτοκράτορες μυρίοι. Πολὺ μᾶλλον ἂν γένοιτο πάντας ἀπαριθμεμένῳ τὰς διὰ πλῆθος, καὶ νίκας, καὶ τρυφὴν ἀπολομένους. Ὅσοι δὲ ὑπὸ τῆς δυσπραγιῶν ἐπικλυσθέντες δοῦλοι μὲν ἀντ' ἐλευθέρων, ταπεινοὶ δὲ ἀντὶ γενναίων,

C καὶ σφόδρα εὐτελεῖς ἀντὶ τοῦ πρόσθεν σεμνῶν ἅπασιν ὤφθησαν; τί με χρὴ νῦν ὥσπερ ἐκ δέλτου μεταγράφοντα καταλέγειν; εἰ γὰρ ὤφειλεν ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἀπορεῖν παραδειγμάτων τοιούτων. Ἀλλ' ὅτε ἐστὶν, ὅτ' ἂν γένοιτό ποτε τῶν τοιούτων ἐνδεὴς πραγ-

D μάτων, ἕως ἂν τὸ τοῦ ἀνθρώπων διαμένῃ γένος. Ὅτι δὲ οὐκ ἐγὼ μόνος τὴν τύχην ἐπὶ πλεῖσον ἐν τοῖς παρακλέοις κεῖσθαι νενόμικα, λέγομι' ἂν ἤδη σοι τὰ τοῦ Πλάτωνος ἐκ τῶν θαυμασίων Νόμων, εἰδότι μὲν καὶ διδάξαντί με· ἀπόδειξιν δὲ ὥσπερ τοῦ μὴ ῥαθυμεῖν ποιούμενος, πε ραγεγραφάσοι τὴν ῥῆσιν ὧδέ πως ἔχουσαν· Θεὸς μὲν πάντα, καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς, τὰ ἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξυμπάντα

Voſſ. Συρακόσιοι

Plato lib. IV. de Leg.

Voſſ. τούτοις συγχωρῆσαι τρίτον ἢ ἔπ. τιχ.

παῦλα· ἡμερώτερον μὴν " τρίτον συγχωρῆσαι, τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην. εἶτα ὁποῖον εἶναι χρὴ τ̃ τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τ̃ καλῶν πράξεων, καὶ βασιλέα θεὸν ὑπογράφων· γινώσκων ὁ Κρόν☉ ἄρα καθάπερ ἡμεῖς, φησὶ, διεληλύθαμεν, ὡς ἀνθρωπεία φύσις ἱκανὴ τὰ ἀνθρώπινα διοικῆσα αὐλοχειρότωρ πάντα, μὴ ἐχ ὕβρεώς τε καὶ ἀδικίας μεσ̃θαι. ταῦτ' ἔν διανοήμεν☉, ἐφίση

abeſt a Plat. loco hoc toto

" τότε βασιλέας, καὶ ἄρχοντας τ̃ας πόλεσιν ἡμῶν οὐκ ἀνθρώπους, ἀλλὰ γένος θειότερον καὶ ἀμείνον☉ δαίμονας. οἷον νῦν ἡμεῖς θρῶμεν τοῖς ποιμνίοις, καὶ ὅσων ἥμεροί εἰσιν ἀγέλαι· ἐ βᾶς βοῶν, οὐδ' αἶγας αἰγῶν, ἄρχοντας ποιεῖμεν αὐτοῖς τινας· ἀλλ' ἡμεῖς αὐτῶν δεσπόζομεν, ἄμεινον ἐκείνων γέν☉. ταὐτὸν " δὴ καὶ ὁ θεὸς φιλάνθρωπ☉ ὢν, τὸ γέν☉ ἄμεινον ἡμῶν ἐφίση τὸ τ̃ δαιμόνων· ὃ διὰ πολλῆς μὲν αὐτοῖς ῥᾳστώνης· [διὰ] πολλῆς δ' ἡμῖν, ἐπιμελόμενον ἡμῶν, εἰρήνην τε, καὶ αἰδῶ," καὶ δὴ ἀφθονίαν δίκης παρεχόμενον, ἀσασίασα καὶ εὐδαίμονα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀπεργάζετο γένη. Λέγ☉ δὲ καὶ νῦν ὅτος ὁ λόγ☉ ἀληθείᾳ χρώμεν☉," ὅσων πόλεων μὴ θεὸς, ἀλλά τις ἀρχὴ θνητὸς, οὐκ ἔστι κακῶν αὐτοῖς οὐδὲ πόνων ἀνάψυξις. ἀλλὰ μιμεῖσθαι δεῖν ἡμᾶς οἵᾳ πάσῃ μηχανῇ, τ̃ ἐπὶ τ̃ Κρόνου λεγόμενον βίον: ᾗ ὅσον ἐν ἡμῖν ἀθανασίας ἔνεστι, τούτῳ πειθομένους δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ, τάς τε οἰκήσεις, καὶ τὰς πόλεις διοικεῖν· τ̃ην τ̃οῦ νῦ διανομὴν " ὀνομάζοντας νόμον. εἰ δὲ ἄνθρωπ☉ εἷς, ἢ ὀλιγαρχία τις, ἢ δημοκρατία ψυχὴν " ἔχουσα ἡδονῶν, καὶ ἐπιθυμιῶν " ὀρεγομένην, καὶ πληρ̃οῦσθαι τούτων δεομένην " ἄρξῃ δὴ πόλεως τινὸς ἢ ἰδιώτου, καταπατήσας τοὺς νόμους οὐκ ἔστι σωτηρίας μηχανή. Τούτην ἐγώ σοι τ̃ην ῥῆσιν ἐξεπίτηδες

apud Plat. legitur ἄμεινον.

apud Plat. καὶ ἐλευθερίαν, καὶ ἀφθον.

apud Plat. ὡς ὅσον ἂν πολ. & οἵᾳ χῇ

apud Plat. ἐπινομάζοντας Voſſ. ἔχουσαν Voſſ. ἱεγομένην.

A *mnia gubernare; mitius vero eſſe tertium concedere, artem illis adjungi comitem oportere.* Deinde qualem eſſe præclarorum facinorum effectorem, & opificem, ac regem Deum oporteat, ita declarat: *Cum igitur Saturnus*, inquit, *cognoſceret, id quod antea diximus; naturam hominis nullam ſatis idoneam eſſe, qua ſi ſummo jure auſpiciisque ſuis humana omnia gubernet, non inſolentiæ injuſtitiaque compleatur; hoc, inquam, animo cogitans, reges tunc noſtris civitatibus & magiſtratus non homines præfecit, ſed divinioris cujusdam natura præſtantiorisque*

B *dæmones: quemadmodum nos in gregibus ac manſuetarum pecudum armentis facimus. Non enim boves bubus, neque capras capris præeſſe jubemus; ſed nos ipſi, qui præſtantioris ſumus generis, illis dominamur. Similiter Deus, ut eſt hominum amnas, excellentius quoddam nobis genus præſidere voluit, quod ingenti tum ſua tum noſtra facilitate ac commoditate, noſtri curam ſuſcipiens, nec non pacem ac pudorem &*

C *abundantem juſtitiæ copiam præbens, genus omne mortalium quiete ac felicitate continebat. Atque ea nunc quidem illud veritati conſentaneum profitetur oratio: quibus regendis civitatibus non Deus ipſe, ſed mortalis quiſpiam præſit, nullam iis unquam a laboribus ac moleſtiis reſpirationem futuram. Quamobrem omni ope nobis imitandum vitæ genus illud præcipit, quod ſub Saturno fuiſſe vetere proverbio contritum eſt: ac pro eo, quantum immortalitatis in nobis reliquum*

D *eſt, ex ejus præſcripto, publice privatimque domos ac civitates adminiſtrandas; ut νόμον, id eſt, legem, mentis diſtributionem interpretemur. Sin eſt, ut unus aliquis homo, ſive pauci, ſive populi multitudo, ſummam rerum penes ſe habeant; iidemque voluptatibus, & cupiditatibus deditas animas ſuas, iis ipſis explere geſtiant, & proculcatis legibus civitati alicui, vel privato homini præſint; nulla ratio ſupereſt obtinendæ ſalutis.* Hunc Platonis locum integrum tibi eo conſilio

filio deſcripſi, ne me diſſimulantem & adulterantem crederes veterum dicta proferre; quæ ut eorum fortaſſe ſimilia, ſic non omnino vere contexta videantur. Verum quid iis de rebus verus ſermo profitetur? Audis quemadmodum, licet homo naturæ conditione ſit, animo illum ac propoſito divinum eſſe ac dæmonem oporteat: ut ex anima ſua quicquid mortale ac ferinum eſt ejiciat, niſi quantum de illarum rerum uſu corporis ſalus ac neceſſitas requirit? Hæc ſi quis cum animo ſuo reputans, ad tam arduum vitæ genus trahi ſeſe vereatur, num tu tandem amplectendam illam Epicuri tranquillitatem, hortos, Athenienſium ſuburbana, myrtos, ac Socratis cubiculum exiſtimas? At ego nunquam iſta viſus ſum laboribus anteferre. Et quidem labores illos meos & ærumnas tibi perlibenter exponerem, quique mihi quondam ab amicis & cognatis terrores objecti ſint, cum apud vos primum doctrinis inſtituerer; niſi penitus tibi eſſent illa perſpecta. Sed quæ in Ionia apud genere mihi propinquum, ſed amicitia conjunctiorem, in peregrini, neque mihi multum cogniti hominis, Sophiſtæ videlicet illius, gratiam egi, profecto non ignoras. Quid? non amicorum cauſſa peregre ſum profectus? Nam & de Carterio noſti, quemadmodum ad ſodalem meum Araxium ſponte nec vocatus adierim, ut illum adjuvarem, proque ipſo ſupplicarem. Jam pro egregiæ Aretæ bonis, & injuriis quas a vicinis acceperat, nonne bis intra menſes duos in Phrygiam veni; quamvis ex morbo priori defatigatione contracto plane imbecillum corpus haberem? Poſtremo ante interjectam illam meam profectionem in Græciam, quando in extremum, ut plerique dicerent, diſcrimen adductus in co-

A ὅλην παρεγραψάμην, μή με κλέπλειν ὑπολάβῃς, καὶ κακουργεῖν, μύθους ἀρχαίους προφέρουλα· τυχὸν μὲν, ἐμφερῶς, ἀ μὴν ἀληθῶς πάντη ξυγκειμένους. Ἀλλ' ὅ γε ἀληθὴς ὑπὲρ αὐτῶν λόγ☉ τί φησίν; ἀκούεις ὅτι κἂν ἄνθρωπός τις ᾖ τῇ φύσῃ, θεῖον εἶναι χρὴ τῇ προαιρέσῃ, καὶ δαίμονα, πᾶν ἁπλῶς ἐκβαλόντα τὸ θνητὸν καὶ θηριώδες τῆς ψυχῆς· πλὴν ὅσα
B ἀνάγκη διὰ τὴν τοῦ σώματ☉ παραμένειν σωτηρίαν; Ταῦτα εἴ τις ἐννοῶν δέδοικεν ἐπὶ τηλικοῦτον ἐλκόμεν☉ βίον, ἆρά σοι φαίνεται τὴν Ἐπικούρειον θαυμάζειν ἀπραγμοσύνην, καὶ τοὺς κήπους, καὶ τὸ προάστειον τῶν Ἀθηνῶν, καὶ τὰς μυρρίνας, καὶ τὸ Σωκράτους δωμάτιον; ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅπως γε ἐγὼ ταῦτα προτιμήσας τῶν πόνων ὤφθην. ἥδιστα ἄν σοι τοὺς ἐμαυτοῦ πόνους διεξῆλθον, καὶ τὰ ἐπικρεμασθέντα παρὰ τῶν φίλων, καὶ ξυγγενῶν, ὅτε τὰ παρ' ὑμῶν ἠρχόμην
C παιδεύειν, "δείγματα, εἰ μὴ σφόδρα Leg. διαὐτὸς ἠπίστασο. Τὰ δὲ ἐν Ἰονίᾳ πρὸς ματα τοῦ καὶ γένους προσήκοντα, καὶ φιλίᾳ μᾶλλον οἰκεῖον ὄντα, μοι πραχθέντα πρότερον ὑπὲρ ἀνδρὸς ξένου μικρὰ πανταχοῦ γνωρίμου μοι γενομένου, τοῦ σοφιστοῦ φημι, λέληθεν οὐδέν σε. ἀποδημίας δὲ οὐχ ὑπέστην τῶν φίλων ἕνεκα; καί τοι Καρτερίῳ μὲν οἶσθ' ὅπως σωτηρίαν πρὸς τοῦ ἑταίρου ἡμῖν ἀφικόμεν☉ Ἀράξιον, ἄκλητ☉ ὑπὲρ δὲ
D αὐτοῦ δεησόμεν☉. Ὑπὲρ δὲ τῆς θαυμασίας Ἀρετῆς κλημάτων, καὶ ὧν ἐπεπόνθει παρὰ τῶν γειτόνων, οὐκ εἰς τὴν Φρυγίαν τὸ δεύτερον ἀφικόμην, ἐν οὐδὲ ὅλοις μησὶ δυσὶ, ἀσθενοῦς ἔτι μοι παντελῶς ὄντ☉ τοῦ σώματ☉ διὰ τὴν ἐπιγενομένην ὑπὸ τῆς πρότερον κακοπαθείας ἀῤῥωστίαν; Ἀλλὰ δὴ τὸ τελευταῖον πρὸ τῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα διαγενομένης ἡμῖν ἀφίξεως, ὅτε περὶ τῶν ἐσχάτων, ὡς ἂν εἴποιεν οἱ πολλοὶ,

κινδυνεύων ἐγὼ τῷ στρατοπέδῳ παρέ- A
μενον, ὁποίας ἔγραφον τὰς ἐπιστολὰς
πρὸς σε, νῦν ὑπομνήσθητι, μή ποτε
ὀδυρμῶν πλήρη, μή τι μικρὸν, ἢ τα-
πεινὸν, ἢ λίαν ἀγεννὲς ἐχούσας. Ἀ-
πιὼν δ' ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάλιν, ὅτε
με φεύγειν ἐνόμιζον πάντες, οὐχ ὡς
ἐν ἑορτῇ τῇ μεγίστῃ τὴν τύχην ἐπαι-
νῶν, ἡδίστην ἔφην εἶναι τὴν ἀμοιβὴν ἐ-
μοὶ, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, χρύσεα
χαλκείων ἑκατόμβοι ἐννεαβοίων ἔφην
ἀντηλλάχθαι; ὅτως ἀντὶ τῶν ἐμαυτῷ ἐ-
σίας τὴν Ἑλλάδα λαχὼν, ἐγαννύμην, B
οὐκ ἀγρόν, οὐ, κῆπον οὐ δωμάτιον ἐκεῖ
κεκτημένος. Ἀλλὰ ἴσως ἔοικα ἐγὼ
τὰς μὲν δυσπραγίας οὐκ ἀγεννῶς φέ-
ρειν, πρὸς δὲ τὰς παρὰ τὴν τύχης δω-
ρεὰς ἀγεννής τις εἶναι, καὶ μικρός; ὅς
γε ἀγαπῶν τὰς Ἀθήνας μᾶλλον τοῦ
νῦν περὶ ἡμᾶς ὄγκου, καὶ σχολὴν δή
ποθεν ἐκείνην ἐπαινῶν· διὰ δὲ τὸ πλῆ-
θος τῶν πράξεων, τοῦτον αἰτιώμενος
τὸν βίον. Ἀλλὰ μή ποτε χρὴ περὶ ἡ- C
μῶν ἄμεινον κρίνειν, οὐκ εἰς ἀπραξίαν,
καὶ πρᾶξιν βλέποντας· μᾶλλον δὲ, εἰς
τὸ, γνῶθι σαυτόν· καὶ τὸ,

Ἕρδοι δ' ἕκας ἥν τιν' εἰδείη τέ-
χνην.

Μεῖζον ἔμοιγε φαίνεται τὸ βασιλεύ-
ειν, ἢ κατ' ἄνθρωπον, καὶ φύσεως
δεῖσθαι δαιμονιωτέρας βασιλεύς·
ὥσπερ ἂν καὶ Πλάτων ἔλεγε, καὶ
νυῦ Ἀριστοτέλης εἰς ταυτὸ συντεί- D
νοντα παραγράψω λόγον· οὐ γλαῦ-
κα Ἀθηναίοις ἄγων; ἀλλ' ὅτι μὴ
παντάπασιν ἀμελῶν τῶν ἐκείνου
λόγων, δεικνύμενος. Φησὶ δὲ ὁ
ἀνὴρ ἐν τοῖς πολιτικοῖς συγγράμ-
Aristot. lib. III. Polit. cap. XV. μασιν· εἰ δὲ δή τις ἄμεινον θείη τὸ
βασιλεύεσθαι ταῖς πόλεσι, πῶς ἔξει
τὰ παρὰ τῶν τέκνων; πότερον καὶ

mitatu manebam; recordare cujusmodi ad
te dederim litteras, utrum querelis ac ge-
mitibus refertas, aut pusillum præ se ani-
mum & abjectum ac nimis obnoxium fe-
rentes. Cum autem rursus in Græciam
abiissem; quam quidem relegationem o-
mnes interpretabantur; nonne velut in ce-
leberrimo quodam festo, fortunam collau-
dans, jucundissimam mihi commutationem
illam esse dixi; ac revera id quod vetere pro-
verbio contritum, & aurea me æneis, centum
bobus æstimata septenorum boum pretio
permutasse? Sic pro domo mea Græciam na-
ctus, lætitia gestiebam, cum nec agrum illic,
nec hortum, neque domicilium possiderem.
Atenim fortasse in tolerandis calamitatibus
utcunque strenuus esse videor; advetsus for-
tunæ autem dona pusillo & angusto animo
præditus? utpote qui pompæ illi ac splendori,
in quo modo versor, Athenas idcirco præ-
feram, quod & antiquum illud otium
collaudem, & præ negotiorum multitudi-
ne præsens vitæ genus accusem. Sed vide
num de nobis melius judicari aliquid opor-
teat; si non ad otium aut negotium respe-
ctus habeatur, sed ad vetus illud, *Nosce te
ipsum*: &,

*Quam quisque novit artem, in ea se exer-
ceat.*

Enimvero majus quiddam, quam pro hu-
mano captu, mihi onus imperandi vide-
tur tum Imperatori ipsi diviniore aliqua o-
pus esse natura. Quod Plato dicebat: cu-
jus auctoritati aliud Aristotelis, quod eo-
dem pertinet, testimonium subjungam: non
ut noctuas, quod aiunt, Athenas; sed ut il-
lius mihi libros non omnino neglectui esse
demonstrem. Sic igitur in Politicis ille lo-
quitur: *Si quis igitur optimum civitatibus
esse decernat, regis dominatui subesse; quid
tandem de ipsius liberis statuendum erit? An
& ejus posteris sceptra deferenda sunt? Atqui
si cujus-*

ſi cujusquemodi tandem fuerint, aſciſcendi ſunt, perniciosum id erit. At cum in poteſtatem ſuam regnum acceperit, non id ſiltis relinquet? At difficile eſt credere: arduum eſt enim, & majorem, quam pro hominis natura, virtutem requirit. Poſtea vero de eo rege verba faciens, qui ex lege imperat; cum ejusmodi eſſe definiiſſet, qui legum miniſter ſit & cuſtos; cum ne regem quidem appellaſſet ipſum, neque talem ad formam referendum putaſſet, iſta ſubjecit: *De abſoluto vero regni dominatu, quam παμβασιλείαν vocant; tum eſt autem, cum rex ad voluntatem ſuam omnia moderatur; ſunt qui negent id ſecundum naturam eſſe, ut unus civium omnium dominus exiſtat. Etenim quorum ſimilis eſt natura, idem iis juſtum ſit oportet.* Deinde paucis interjectis: *Quisquis igitur*, inquit, *mentem imperare jubet, hic Deo legibusque ſolis dominatum adſcribit; quisquis autem imperium mandat homini, etiam feram adjungit. Cupiditas enim ejusmodi eſt, & ira vel præſtantiſſimos viros depravare ſolet. Propterea lex eſt mens appetitione vacua.* Animadvertis, ut Philoſophus hic humanæ naturæ diffidere, & eam condemnare videatur. Sic enim totidem verbis fere pronunciat: nullam ad tantum fortunæ ſplendorem ſuſtinendum ſatis idoneam hominis eſſe naturam. Neque enim commune civium omnium bonum anteferre liberis facile eſſe putat homini; ac multis ſimili natura præditis imperare juſtum eſſe non exiſtimat. Denique omnibus ſuperioribus colophonem imponens, legem definit *mentem appetitione carentem*; cui ſoli reipublicæ committenda ſit adminiſtratio, quam virorum nemini tribuendã judicat. Nam quæ in illis mens ineſt, etiamſi ipſi ſint boni, ira & cupiditate, immaniſſimis feris implicata detinetur. Hæc Ariſtotelis decreta nihil a Platonicis abhorrere mihi videntur: primum quidem quod principem ſubjectis ſibi præſtare non animi

A τὸ γένος δεῖ βασιλεύειν; ἀλλὰ γιγνομένων ὁποῖοί τινες ἔτυχον, βλαβερόν. ἀλλὰ ὁ παραδώσει κύριος ὢν τέκνοις; ἀλλ' οὐκ ἔτι ῥᾴδιον τοῦτο πιστεῦσαι· χαλεπὸν γὰρ καὶ μεῖζον ἢ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν. Ἐξῆς δὲ περὶ τοῦ κατὰ νόμον λεγομένου βασιλέως διεξελθών, ὃς ἐστιν ὑπηρέτης καὶ φύλαξ τῶν νόμων· καὶ τοῦτον οὐδὲ βασιλέα καλῶν, οὐδὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος οἰόμενος· προσίθησι· Περὶ δὲ τῆς παμ- Idem cap. xvi.
B βασιλείας καλουμένης· ἄυτη δ' ἐστὶ καθ' ἣν ἀρχὴ πάντων καλὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν ὁ βασιλεύς· δοκεῖ τισιν οὐδὲ [τὸ] κατὰ φύσιν εἶναι τὸ κύριον ἕνα πάντων εἶναι τῶν πολιτῶν· τοῖς γὰρ ὁμοίοις φύσει τὸ αὐτὸ δίκαιον ἀναγκαῖον εἶναι. εἶτα μετ' ὀλίγον φησίν· Ὁ μὲν οὖν τὸν νοῦν κελεύων ἄρχειν, δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους· ὁ δὲ ἄνθρωπον κελεύων, προσίθησι καὶ θηρίον. ἥ τε γὰρ ἐπιθυμία τοιοῦτον, καὶ ὁ θυμὸς διαστρέφει καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας· διόπερ ἄνευ ὀρέξεως ὁ νοῦς νόμος ἐστίν. Ὁρᾷς, ὁ φιλόσοφος ἔοικεν ἐνταῦθα σαφῶς ἀπιστοῦντι, καὶ καταγνωκότι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. φησὶ γὰρ ὅτω ῥήματι τοῦτο λέγων· ἀδημίαν ἀξιόχρεων εἶναι φύσιν ἀνθρωπίνην πρὸς τοσαύτης τύχης ὑπεροχήν· ὅτε γὰρ τῶν παίδων τὸ κοινῇ τοῖς πολίταις συμφέρον προτιμᾷν ἀνθρωπόν γε ὄντα ῥᾴδιον ὑπολαμβάνει· καὶ πολλῶν ὁμοίων ἄρχειν δίκαιον εἶναί φησι· καὶ τέλος ἐπιθεὶς τὸ κολοφῶνα τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις, νόμον μὲν εἶναί φησι τὸν νοῦν χωρὶς ὀρέξεως· ᾧ μόνῳ τὰς πολιτείας ἐπιτρέπειν χρῆναι, ἀνδρῶν δὲ ὀδενί. ὁ γὰρ ἐν αὐτοῖς νοῦς, κἂν ὦσιν ἀγαθοὶ, συμπέπλεκται θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ, θηρίοις χαλεπωτάτοις. Ταῦτα ἐμοὶ δοκεῖ τοῖς τοῦ Πλάτωνος ἄκρως ὁμολογεῖν. πρῶτον μὲν, ὅτι

Voſſ. παντῶν

Voſſ. τὸν νοῦν κελ. ἄρχ. τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους

Voſſ. θηρία

Voſſ. τοῦτον

Voſſ. μοῦ

κρείττονα χρὴ τῶν ἀρχομένων εἶναι τὴν ἄρχοντα, οὐκ ἐπιτηδεύσει μόνον, ἀλλὰ καὶ φύσει διαφέροντα· ὅπερ εὑρεῖν ἐν ἀνθρώποις οὐ ῥᾴδιον. καὶ τρίτον, ὅτι πάσῃ μηχανῇ καὶ πᾶσαν δυνάμιν νόμοις προσεκτέον, οὐκ ἐκ τοῦ παραχρῆμα κειμένοις, οὐδὲ, ὡς ἔοικεν, νυνὶ τεθεῖσιν ὑπ' ἀνδρῶν οὐ πάντη καλῶν οὐδὲ βεβιωκότων ἀλλ' ὅσις μᾶλλον τὴν νῦν καθαρθεὶς καὶ τὴν ψυχὴν, οὐκ εἰς τὰ παρόντα ἀφορῶν ἀδικήματα, οὐδὲ εἰς τὰς παρεστώσας τύχας τίθησι τοὺς νόμους· ἀλλὰ τὴν τῆς πολιτείας φύσιν καταμαθών, καὶ τὸ δίκαιον ὅ ἐστι τῇ φύσει, καὶ πολλαπὸν τὸ δίκημα τεθεαμένος τῇ φύσει, εἴθ' ὅσα δυνατόν ἐστι, ἐκεῖθεν ἐνταῦθα μεταφέρων, καὶ τιθεὶς νόμους τοῖς πολίταις κοινούς· ἔτε εἰς φιλίαν, ἔτε εἰς ἔχθραν ἀφορῶν, ἔτε εἰς γείτονα, καὶ ξυγγενῆ. κρεῖσσον ἦ, εἰ μηδὲ τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τοῖς ὕστερον, ἢ ξένοις γράψας, ἀποπέμποι νόμους, ἔχων γε οὐδὲν, οὐδὲ ἐλπίζων πρὸς αὐτοὺς ἕξειν ἰδιωτικὸν συναλλαγμα. Ἐπεὶ καὶ τὸν Σόλωνα τὸν σοφὸν ἀκούω μετὰ τῶν φίλων συμβουλευσάμενον ὑπὲρ τῶν χρεῶν ἀναιρέσεως, τοῖς μὲν εὐπορίας ἀφορμὴν, αὐτῷ δὲ αἰσχύνης αἰτίαν παρασχεῖν· καὶ ταῦτα τῷ πολιτεύματι τὸν δῆμον ἐλευθερώσαντα. Οὕτως οὐ ῥᾴδιόν ἐστι τὰς τοιαύτας ἐκφυγεῖν κῆρας, κἂν τις αὐτὸν νῦν παράσχῃ τις ἀπαθῆ πρὸς τὴν πολιτείαν.

Ἃ δεδιὼς ἐγὼ πολλάκις, εἰκότως ἐπαινῶ τὸν ἔμπροσθεν βίον. καί σοι πειθόμενος μάλιστα ταῦτα ἐγὼ διανοοῦμαι· οὐχ ὅτι μοι τὸν ζῆλον πρὸς ἐκείνους μόνον ἔφης προκεῖσθαι τοὺς ἄνδρας, Σόλωνα, καὶ Λυκοῦργον, καὶ Πιττακόν· ἀλλὰ καὶ ὅτι μεταβῆναί με φῂς ἐκ τῆς ὑποσκίου φιλοσοφίας, πρὸς τὴν ὑπαίθριον. Ὥσπερ ἂν εἴ τῳ χαλεπῶς, καὶ μόλις ὑγιείας ἕνεκα

A duntaxat ſtudiis oportere, ſed etiam naturæ ipſius conditione, ſentiat; quod inter homines reperire difficile eſt. Tertium item, quod omni ope, proque viribus obtemperandum ſit legibus: quæ non ſubito conſtitutæ, neque nunc primum conditæ ſunt ab iis, quorum vita neqnaquam mente ac ratione gubernaretur; ſed ab eo latæ, qui purgatiori mente animoque præditus, non ad præſentia tantum ſcelera fortunasque reſpiciens, illas edidit; vetum omni prius adminiſtrandæ reipublicæ ratione perſpecta, ac jus ipſum, cujusmodi ſuapte natura ſit, quale item crimen, intuens, & eo quantum poteſt illinc derivans, communia civibus omnibus decreta ſanxit; cum nec ad privatas ſimultates, neque ad vicinitatis aut cognationis neceſſitudinem reſpectum haberet. Et quidem eo meliores decernet, quo ne iis quidem ipſis quibuscum degit, ſed poſteris, aut certe peregrinis ea præſcribet, ad eosque mittet; quibus cum privatum nullum commercium habuerit unquam, neque ſe poſtmodum ſperet habiturum. Nam de Solone illo ſapiente ſic accepimus, cum de novis tabulis inſtituendis cum amicis deliberaſſet, iis quidem opum comparandarum occaſionem dediſſe, ſibi ipſi vero invidiam & infamiam attuliſſe; quamvis ita rempublicam ordinaſſet, uti populum in libertatem aſſereret. Usqueadeo peſtes illas evitare difficile eſt, quantumvis aliquis liberum ab omni perturbatione animum ad rempublicam tractandam afferat.

Quæ cum ſæpe mihi vereri ſubeat in mentem, veterem illum vitæ meæ ſtatum merito collaudare ſoleo, atque hoc tibi præſertim obſequens apud me cogito: non ſolum quod inſignes illos viros mihi ad æmulandum propoſitos eſſe dixiſti, Solonem, Lycurgum, & Pittacum; ſed etiam quod me ab umbratili ac domeſticis ſeptis incluſa Philoſophia, in apertam publiceque propoſitam transferri putaſti. Ut ſi cuipiam homini, qui ſe domi, valetudinis tuendæ gratia,

tua, ægre ac mediocriter exerceret, ita denunciares: Nunc tu ad Olympiam venisti, & a privata ac domestica palæstra, in Jovis stadium prodire cœpisti: in quo spectatores habebis, cum Græcos omnes undique confluentes, ac populares inprimis tuos, pro quibus subeundum est tibi certamen; tum Barbaros nonnullos, quos in stuporem debes adducere, ut, quantum in te situm est, terribiliorem patriam tuam illis efficias. Hæc si tu illi diceres, statim ejus consternares animum, ac vel ante certamen ipsum terrore concuteres. Eodem itaque modo tuis illis me sermonibus affectum putato. Verum tu me istis de rebus, sive in præsentia recte judicem, sive partim ab eo, quod conveniens est, sive penitus aberrem; subinde ipse docebis.

Quæ vero in epistola tua posuisti, de quibus dubitare mihi succurrit, ea tibi, carissime ac cumprimis observande, libet exponere. Volo enim de iis aliquid a te clarius, apertiusque cognoscere. Nam cum vitæ genus illud, quod in actione versatur, philosophico anteferre te dixisses; tum ejus sententiæ testem Aristotelem citasti, qui felicitatem in eo quod recte agatur sitam putavit: quin idem quoque politicæ vitæ, ejusque quæ sita est in actione, discrimen considerans, nonnihil, ut ais, ea de re dubitavit. Quippe contemplationem alias anteponit; ibi vero præclarorum architectos facinorum commendat. Ex eo porro genere Imperatores esse definis ipse. Aristoteles vero nusquam hæc quæ adjungis verba pronunciat: imo contrarium potius ex iis quæ adscribis potest intelligi. Hæc enim: *Inprimis autem agere dicimus, & eorum quæ extrinsecus geruntur auctores appellamus eos, qui id mente animoque velut architecti moliuntur*; in legum latores, ac politicos Philosophos, & omnes adeo, qui mente ac ratione quippiam gerunt, magis quam ad effectores ipsos, ac civilium re-

A τῆς αὐτῆ γυμναζομένῳ μετρίως οἴκαδε πρᾶλεγες· ὅτι νῦν ἥκεις εἰς Ὀλυμπίαν, καὶ μεταβέβηκας ἐκ τῆς ἐν τῷ δωματίῳ παλαίστρας ἐπὶ τὸ στάδιον τοῦ Διὸς· ἃ θεατὰς ἕξεις τάς τε ἀπανταχόθεν Ἕλληνας, καὶ πρώτους γε τοὺς σαυτοῦ πολίτας, ὑπὲρ ὧν ἀγωνίζεσθαι χρή· τινὰς δὲ καὶ τῶν Βαρβάρων, οὓς ἐκπλῆξαι χρεών, φοβερωτέραν αὐτοῖς τὴν πατρίδα, τό γε εἰς σὲ νῦν ἥκον ἐπιδείξαντα· κατέβαλες ἂν εὐθέως, καὶ τρέμειν ἐποίησας πρὸ τῆς ἀγωνίας. Οὕτω κἀμὲ νῦν νόμιζε διατεθῆναι τοῖς τοιούτοις λόγοις. καὶ περὶ μὲν τούτων εἴτε ὀρθῶς ἔγνωκα νῦν· εἴτε ἐν μέρει σφάλλομαι τοῦ προσήκοντος· εἴτε καὶ παντὸς διαμαρτάνω· διδάξεις αὐτός τε καὶ μάλα.

Ὑπὲρ δὲ ὧν ἀποροῦσαί μοι πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν σὴν παρέστη ὦ, φίλη κεφαλὴ καὶ πάσης ἔμοιγε τιμῆς ἀξία, βέλομαι δηλῶσαι. σαφέστερον γάρ πως ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιθυμῶ μαθεῖν· ἔφησθ' ἅπαν τ' ἐν τῇ πράξει πρᾶγμ' τ' φιλόσοφον ἐπαινεῖς βίον. καὶ τ' Ἀριστοτέλη τ' σοφὸν ἐκάλεις μάρτυρα, τὴν εὐδαιμονίαν ἐν τῷ πράττειν ἔν τιθέμενον· καὶ τὴν διαφορὰν σκοπεῖν τά τε πολιτικοῦ βίου, καὶ τ' ἐν τῇ θεωρίᾳ ζωῆς, διαπορεῖν ἄττα περὶ αὐτῶν· καὶ τὴν μὲν θεωρίαν ἐν ἄλλοις προτιμᾶν, ἐπαινεῖν δὲ ἐνταῦθα τοὺς τῶν καλῶν πράξεων ἀρχιτέκτονας. τούτων δὲ αὐτὸς μὲν εἶναι φῂς τοὺς βασιλέας· Ἀριστοτέλης δὲ εἴρηκεν οὐδαμοῦ τὴν ὑπὸ σοῦ προσεθεῖσαν λέξιν· πλέον δὲ θάτερον, ἐξ ὧν παραγέγραφας, ἄν τις νοήσειε. τό γάρ· μᾶλλον δὲ πράττειν λέγομεν κυρίως, καὶ τὸ ἐξωτερικῶν πράξεων τοὺς τ' διανοίας ἀρχιτέκτονας· εἰς τοὺς νομοθέτας, καὶ τοὺς πολιτικοὺς φιλοσόφους, καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς νῷ τε καὶ λόγῳ πράττοντας, οὐχὶ δὲ εἰς τοὺς αὐτουργούς, καὶ τῶν πολι-

πολιτικῶν πράξεων ἐργάτας εἰρῆσθαι νομιστέον. οἷς οὐκ ἀποχρῆ μόνον ἐνθυμηθῆναι, καὶ κατανοῆσαι, καὶ τὸ πρακτέον τοῖς ἄλλοις φράσαι· προσήκει δὲ αὐτοῖς ἕκαστα μεταχειρίζεσθαι, καὶ πράττειν, ὧν οἱ νόμοι διαγορεύουσι, καὶ πολλάκις οἱ καιροὶ προσαναγκάζουσι· Πλὴν εἰ μὴ τὸν ἀρχιτέκτονα καλῶμεν, καθάπερ Ὅμηρος τὸν Ἡρακλέα καλεῖν εἴωθεν ἐν τῇ ποιήσει, μεγάλων ἐπιτροπα ἔργων, αὐτουργότατον ἁπάντων γενόμενον. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς ὑπολαμβάνομεν, ἢ καὶ μόνον τοὺς ἐν τῷ πράττειν τὰ κοινὰ φαμεν εὐδαίμονας, κυρίους ὄντας, καὶ βασιλεύοντας πολλῶν, τί ποτε περὶ Σωκράτους ἐροῦμεν; Πυθαγόραν δὲ καὶ Δημόκριτον, καὶ τὸν Κλαζομένιον Ἀναξαγόραν ἴσως διὰ τὴν θεωρίαν καὶ ἄλλο φήσεις εὐδαίμονας· Σωκράτης δὲ τὴν θεωρίαν παραλησάμενος, καὶ τὸν πρακτικὸν ἀγαπήσας βίον, οὐδὲ τῆς γαμετῆς ἦν τῆς αὐτοῦ κύριος, οὐδὲ τῶν παιδῶν. ἦττε γε δυοῖν ἢ τριῶν πολιτῶν ἐκείνῳ κρατεῖν ὑπῆρχεν. ἆρ' οὖν οὐκ ἦν ἐκεῖνος πρακτικὸς, ἐπεὶ μηδενὸς ἦν ἐκεῖνος κύριος. Ἐγὼ μὲν οὖν Ἀλεξάνδρᾳ φημὶ μείζονα τὴν Σωφρονίσκου καταργάσασθαι τὴν Πλάτωνος αὐτῷ σοφίαν ἀναλιθείς· τὴν Ξενοφῶντος στρατηγίαν· τὴν Ἀντισθένους ἀνδρίαν· τὴν Ἐρετρικὴν φιλοσοφίαν· τὴν Μεγαρικήν· τὴν Κέβητα· τὴν Σιμμίαν· τὸν Φαίδωνα· μυρίους ἄλλους. καὶ ὅπως φημὶ τὰς γενομένας ἡμῖν ἔνθεν ἀποικίας· τὸ Λύκειον· τὴν Στοὰν· τὰς Ἀκαδημίας. Τίς νῦν ἐσώθη διὰ τὴν Ἀλεξάνδρου νίκην; τίς πόλις ἄμεινον ᾠκήθη; τίς αὐτὸς γέγονε βελτίων ἰδιώτης ἀνήρ; πλουσιωτέρους μὲν γὰρ πολλοὺς ἂν εὕροις, σοφώτερον δὲ οὐδένα καὶ σωφρονέστερον· οὐδὲ αὐτὸν αὐτοῦ· εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἀλαζόνα καὶ ὑπερήφανον. ὅσοι δὲ σώζονται νῦν ἐκ φιλοσοφίας, διὰ τὴν Σωκράτη σώζονται. Καὶ τοῦτο οὐκ ἐγὼ

Odyſſ. Φ. v. 26.

A rum velut operarios, convenire videtur: quibus non ſatis eſt cogitare, cumque animo ſuo pertractare, & quod agendum eſt aliis eloqui, ſed aggredienda per ſe ſunt & obeunda ſingula, quæ vel leges præſcribunt, vel tempora ipſa neceſſario flagitant. Niſi forte architectum ita vocamus, ut Homerus Herculem appellare ſolet *magnorum facinorum ſcientem*; quem conſtat operum omnium effectorem inprimis & opificem fuiſſe. Quod ſi verum nos arbitramur, aut illos etiam felices duntaxat putamus, quatenus publicam rem adminiſtrant, tanquam B multorum dominos, ac principes; de Socrate quid tandem dicemus? Nam Pythagoram, ac Democritum, & Clazomenium Anaxagoram, propter rerum contemplationem, cui ſe dediderant, alia ratione felices fortaſſe judicabis. At Socrates repudiata contemplatione, cum actuoſum vitæ genus eſſet amplexus, ne uxori quidem ſuæ, vel filio dominari poterat; nedum duos tresve cives continere potuiſſet. Quocirca ſi vera eſt illa tua ratio, actuoſus Socrates non fuerit, ut qui nullius unquam. dominus fuerit. At ego iſtum ipſum Sophroniſci filium majora quam Alexandrum feciſſe non dubito. Huic enim & Platonis ſapientiam tribuo, & Xenophontis exercitus ducendi peritiam, & Antiſthenis fortitudinem, & Eretricam ac Megaricam ſectam, Cebetem inſuper, & Simmiam, ac Phædonem, cum innumerabilibus aliis. Nondum illas, quæ nobis inde propagatæ ſunt, colonias percenſeo: Lyceum, Porticum, & Academias. Cuinam hodie ſalutem Alexandri victoria peperit? quæ propter illam melius eſt adminiſtrata civitas? quis privatorum ſeipſo factus eſt præſtantior? Nam ditiores qui facti ſint, permultos invenies; qui ſapientior, temperantiorve ſit aliis vel ſeipſo redditus, reperies neminem: imo potius, qui inſolentior & arrogantior evaſerit. At quicunque modo ſalutis compotes ſunt, eam beneficio Socratis aſſequuntur. Hoc vero

vero non ego ſolus, ſed & Ariſtoteles antea in animo videtur habuiſſe, cum ita diceret: non minus ingentes ſe animos ob theologicum, quod lucubrarat, opus, gerere oportere, quam illum qui Perſarum opes everterat. Quod is recte mihi cogitaſſe videtur. Etenim vincere, fortitudinis eſt atque caſus: adde, ſi lubet, & ſolertis cujusdam prudentiæ. Veras autem de Deo opiniones ſuſcipere, non perfectæ ſolum virtutis eſt; ſed ejusmodi, ut dubitari merito poſſit, vir an Deus ille ſit appellandus. Si enim recte illud uſurpatum eſt: unumquodque ita comparatum eſſe, ut ab iis, quæ ſibi cognata ſunt, cognitione capiatur; qui divinam naturam cognorit, is haud immerito mens eſſe cenſeatur. Sed quoniam rurſus ad eam vitam delapſi, quæ eſt in contemplatione ſita, actuoſam cum ipſa comparare videmur; cum tu tamen comparationem illam omittendam initio decreveris; illos ipſos, quorum tu mentionem feciſti, commemorabo Philoſophos, Arium, Nicolaum, Thraſyllum, & Muſonium. Horum enim non modo nullus in patria ſua dominatum habuit; ſed Arius, ut ferunt, oblatam ſibi præfecturam Ægypti ſuſcipere noluit. Thraſyllus vero, qui Tiberii crudelis & immitis tyranni familiaris fuit, niſi monimentis ingenii ſui relictis ſeſe ipſe purgaſſet, & quis eſſet palam feciſſet, ſempiternam nomini ſuo labem ignominiamque conſciſſet; adeo nihil illi civilium rerum tractatio utilitatis attulit. Jam Nicolaus non magnarum ille quidem rerum adminiſtratione floruit; & librorum, quibus illas prodidit, ſcriptione clarior eſt factus. Muſonius porro ex iis, quæ fortiter tulit, cum tyrannnicam immanitatem patientia ſuperavit, non illuſtre modo ſibi nomen peperit; ſed etiam non minori cum felicitate vixit, quam ii qui maxima imperia procurarunt. Nam Arius, cum Ægypti præfecturam re-

A μόνος, Ἀριστέλης δὲ πρότερον ἔοικεν ἐννοήσας εἰπεῖν· ὅτι μὴ μεῖον αὐτῷ πρεσήκει φρονεῖν ἐπὶ τῇ θεολογικῇ συγγραφῇ καθελόντα τὴν Περσῶν δύναμιν. καί μοι δοκεῖ τοῦτ' ἐκεῖνος ὀρθῶς ξυνοῆσαι. Νικᾶν μὲν γὰρ ἀνδρείας ἐστὶ μάλιστα καὶ τῆς τύχης· κείσθω δὲ, εἰ βούλει, καὶ τῆς ἐνίσχυσε ταύτης φρονήσεως· ἀληθεῖς ὅ ὑπὲρ θεοῦ δόξας ἀναλαβεῖν, οὐκ ἀρετῆς μόνον τῆς τελείας ἔργον ἐστίν·
B ἀλλ' ἐπισήσειεν ἄν τις εἰκότως πότερον χρὴ τ' τοιοῦτον ἄνδρα ἢ θεὸν καλεῖν. Εἰ γὰρ ὀρθῶς ἔχει τὸ λεγόμενον, ὅτι πέφυκεν ἕκαστον ὑπὸ τῶν οἰκείων γνωρίζεσθαι· τὴν θείαν οὐσίαν ὁ γνωρίσας, νοῦς τις ἂν εἰκότως νομίζοιτο. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν εἰσήλυθεν εἰς τὸν θεωρημαϊκὸν ὁρμήσαντες βίον τοῦτο παραβάλλειν τ' πρακτικόν· ἐξ ἀρχῆς παραλήψομαι καὶ σε
C τὴν σύγκρισιν· αὐτῶν ἐκείνων, ὧν ἐπεμνήσθης, Ἀρείου, Νικολάου, Θρασύλλου, καὶ Μουσωνίου μνημονεύσω. Τούτων γὰρ οὐχ ὅπως τις ἦν κύριος τῆς αὐτοῦ πόλεως· ἀλλ' ὁ μὲν Ἄρειος, ὡς φασὶ, καὶ διδομένην αὐτῷ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτροπεῦσαι παρῃτήσατο· Θρασύλλος δὲ, Τιβερίῳ πικρῷ καὶ φύσει χαλεπῷ τυράννῳ ξυγγενόμενος, εἰ μὴ διὰ τῶν καλα-
D λειφθέντων ὑπ' αὐτοῦ λόγων ἀπελογίσατο, δείξας ὅσις ἦν, ὤφελεν ἂν εἰς τέλος αἰσχύνην ἀναπάλακτον. ἅτως αὐτὸν οὐδὲν ὤνησεν ἡ πολιτεία. Νικόλαος δὲ πράξεων μὲν ὁ μεγάλων αὐτουργὸς γέγονε· γνώριμος δέ ἐστι μᾶλλον διὰ τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν λόγους. καὶ Μουσώνιος ἐξ ὧν ἔπαθεν ἀνδρείως, καὶ [μὴ] διήνεγκεν ἐγκρατῶς τὴν τῶν τυράννων ὠμότητα, γέγονε γνώριμος, ἴσως οὐκ ἔλαττον εὐδαιμονῶν ἐκείνων τῶν τὰς μεγάλας ἐπιτροπευσάντων βασιλείας. Ἀ-

ρεις δὲ ὁ τὴν ἐπιτροπὴν τ Αἰγύ- A πλ παραλησάμενος, ἐκὼν ἀυλὸν ἀπεσέρ τ κραλίσ τέλος, εἰ τ ὥετ κυριώταλον. σὺ δὲ αὐτὸς ἡμῖν ἄπρακλος εἰ μήτε σραληγῶν, μήτε δημηγορῶν, μήτε ἔθνος ἢ πόλεως ἄρχων· ἀλλ' ὐκ ἂν φαίην νῦν ἔχων ἀνήρ. Ἔξεσι γάρ σοι φιλοσόφος ἀποφήναλι, εἰ δὲ μὴ τρεῖς ἢ τέτλαρας, μείζονα τ βίον ἐυεργεῖσαι τ ἀνθρώπων πολλῶν ὁμ βασιλέων, ὐ μι- B κρᾶς μερίδος, ὁ φιλόσοφος προέσηκεν· ὐδὲ, καθάπερ ἔφης, συμβελῆς ἐσι μόνης τ ὑπὲρ τ κοινῶν ἐκείνος κύριος, ὐδὲ ἡ πρᾶξις εἰς λόγον ἄυθις αὐτῷ περιίσαλαι. ἔργῳ ὄ βεβαιῶν τὰς λόγους, καὶ φαινόμενος τοιῦτος, ὁποίους βέλλαι τὰς ἄλλας εἶναι, πιθανώτερος ἂν εἴη, κ πρὸς τὸ πράτλειν ἀνυσιμώτερος τῶν ἐξ ἐπιλάγμαλος ἐπὶ τὰς καλὰς πράξεις παρορμώνλων. C

Voss. συμπερασ-τέον

Ἀλλ' ἐπανιέον εἰς ἀρχὴν, κ" συμπεραλέον τὴν ἐπισολὴν, μείζονα ἴσως ὄσαν τ δέονλος. ἔσι δὲ ἐν αὐτῇ τὸ κεφάλαιον, ὅτι μήτε τὸν πόνον φεύγων· μήτε τὴν ἡδονὴν θηρεύων· μηδὲ ἀπραγμοσυνίης καὶ ῥαιθύμης ἑρῶν, τὸν ἐν τῇ πολιλείᾳ δυσχεραίνω βίον. ἀλλ', ὅπερ ἔφην ἐξ ἀρχῆς, ὐδὲ παιδείαν ἐμαυτῷ συνειδὼς τοσαύλην, ὅτε φύσεως ὑπεροχήν· καὶ προσέτι δεδιὼς μὴ φιλοσοφίαν, ἧς ἐρῶν ὐκ ἐφικόμην εἰς τὸς νῦν ἀνθρώπους, ὐδὲ ἄλλως ἐυδοκιμοῦσαν διαβάλλω· πάλαι τε ἔγραφον ἐκείνα· καὶ νῦν τὰς παρ' ὑμῶν ἐπιλιμήσεις ἀπελυσάμην εἰς δυνάμιν. Διδοίη ὄ ὁ θεὸς τὴν ἀρίσην τύχην, καὶ φρόνησιν ἀξίαν τῆς τύχης· ὡς ἐγὼ νῦν ἔκ τε τ κρείλλονος τό τε πλέον, καὶ παρ' ὑμῶν ἁπάσῃ μηχανῇ τῶν φιλοσοφόντων D

cusabat, præstantissimum sibi finem sponte detrahebat, si id in omni vita judicabat esse præcipuum. Ac vel tute ipse nobis otiosus es, qui neque belli dux, neque orator es, neque nationi ulli aut civitati præsides. Atqui nequaquam id sapiente viro dignum esse dixerim. Etenim si vel plures, vel tres saltem, quatuorve Philosophos efficeres, majorem posses, quam multi simul Imperatores, vitæ hominum utilitatem conscisceres. Non igitur exigua quædam Philosopho est attributa portio; neque, ut dixisti, consilii publicis in rebus gerendis est solius arbiter, neque tota denique illius administratio in oratione consistit. Sed si cum ejus verbis facta ipsa consentiant, si talem se præstet quales cæteros efficere studet; magis erit ad persuadendum idoneus & in agendo efficax, quam ii qui solo imperio ad actiones hortantur.

Sed ad ipsum orationis principium revertor, & epistolæ finem impono, quam & longius, quam par erat, fortasse produxi. Hujus vero caput est: non me, vel detrectandi laboris, vel consectandæ voluptatis, vel otii commoditatisque procurandæ gratia, vitam hanc publicis tractandis rebus implicatam ferre molestius. Verum quod, ut initio dixi, neque tantam in me doctrinam esse vel indolis excellentiam agnoscerem; & præterea vererer, ne Philosophiæ, cujus ego captus amore nondum compos esse potui, quæque alioquin apud ætatis hujus homines in pretio non habetur, offensionem & invidiam pararem; cum illa scripsisse quondam, tum in præsentia castigationibus vestris pro viribus occurrisse. Utinam vero secundissimam mihi fortunam, & ea fortuna dignam prudentiam Deus indulgeat! Nunc enim mihi videor tum a divino cumprimis numine, tum a vobis Philoso-

phis,

phis, quorum pro dignitate & existimatione meipsum opposui, & in periculum conjeci, omni ope sublevandus. Quod si majus aliquod bonum, quam pro apparatu & facultate nostra, cujus mihi sum ipse conscius, per nos Deus in homines intulerit, nihil est quod sermonibus meis succenseas. Nam ego, cum nullius sim mihi boni conscius, nisi hujus unius, quod cum habeam nihil, maxima quædam habere me non putem, consentanee, ut ipse cernis, vitam meam instituo: & illud obtestor, ne a me magna & singularia requiratis, sed Deo permittatis omnia. Ita enim, si quid peccatum fuerit, extra culpam ero. Sin ad votum omnia respondeant, gratum me ac moderatum præstabo: ut neque rerum ab aliis gestarum titulum mihi ac decus assumam, & universis, ut æquum est, Deo concessis, cum illi habeam ipse gratiam, tum vos ut mecum habeatis admoneam.

A βοηθητέον εἶναί μοι δοκῶ, παρεσκευασμένον ὑμῶν, καὶ προκινδυνεύων. Εἰ δέ τι μεῖζον ἀγαθὸν τῆς ἡμετέρας παρασκευῆς, ἧς ὑπὲρ ἐμαυτοῦ γνώμης ἔχω, τοῖς ἀνθρώποις δι' ἡμῶν ὁ θεὸς παρέσχοι, χαλεπαίνειν οὐ χρὴ πρὸς τὰς ἐμὰς λόγους. Ἐγὼ γὰρ οὐδὲν ἐμαυτῷ συνειδὼς ἀγαθὸν, πλὴν τοῦτο μόνον, ὅτι μηδὲν οἴομαι τὰ μέγιστα ἔχειν, ἔχων γε οὐδὲν, ὡς ὁρᾷς ἄυλος, εἰκότως βιῶ· καὶ μαρτύρομαι, μὴ μεγάλα παρ' ἡμῶν ἀπαιτεῖν, B ἀλλὰ τῷ θεῷ τὸ πᾶν ἐπιτρέπειν. Οὕτω γὰρ ἐγὼ τῶν τε ἐλλειμμάτων εἴην ἂν ἀνεύθυνος, καὶ γενομένων ἁπάντων δεξιῶν, εὐγνώμων ἂν καὶ μέτριος εἴην, οὐκ ἀλλοτρίοις ἐμαυτὸν ἔργοις ἐπιγράφων· τῷ θεῷ δὲ, ὥσπερ ἂν δίκαιον, προανατεθεικὼς ἅπαντα, ἄυλός τε ἔσομαι, καὶ ὑμᾶς προτρέπω τὴν χάριν εἰδέναι.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΗι ΒΟΥΛΗι ΚΑΙ ΤΩι ΔΗΜΩι.

IVLIANI IMP.
AD S. P. Q. ATHENIENSEM.

Etiam hæc Epistola est, sed iisdem, quibus superior, de causis hic edita.

ΠΟΛΛΩΝ εἰργασμένων τοῖς προγόνοις ὑμῶν ἀγαθῶν, ἐφ' οἷς οὐκ ἐκείνοις μόνον τότε ἐξῆν, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν νῦν ἔξεσι φιλοτιμεῖσθαι· καὶ πολλῶν ἐγγεγραμένων τροπαίων ὑπέρ τε ἁπάσης τ' Ἑλλάδος κοινῇ, καὶ κατ' ἰδίαν ὑπὲρ αὐτῆς τ' πόλεως, ἐν οἷς ἠγωνίσατο μόνη πρός τε τὰς ἄλλας Ἕλληνας, καὶ πρὸς τ' Βάρβαρον, οὐδέν ἐστι τηλικοῦτον ἔργον, οὐδὲ ἀνδραγαθία τοσαύτη, πρὸς ἣν οὐκ ἔνεστι καὶ ταῖς ἄλλαις ἀμιλληθῆναι πόλεσι. Τὰ μὲν γὰρ μετ' ὑμῶν καὶ ἄυλα· τὰ δὲ κατ' ἰδίαν εἰργάσαντο. καὶ ἵνα μὴ μεμνημένος ἔπειτα ἀντιπαραβάλλειν, ἢ προτιμᾶν ἑτέρας ἑτέραις, ἐν αἷς ἀμφισβητῶσι νομισθείην· ἢ πρὸς τὸ λυσιτελοῦν, ὥσπερ οἱ ῥήτορες, ἐνδεέστερον ἐπαινεῖν τὰς ἐλαττουμένας· τοῦτο ἐθέλω φράσαι μόνον ὑπὲρ ὑμῶν, ὃ μηδὲ ἀντίπαλον ἔχομεν ἐξευρεῖν παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ἐκ τῆς παλαιᾶς φήμης εἰς ἡμᾶς παραδεδομένον. Ἀρχόντων μὲν Λακεδαιμονίων οὐ βίᾳ τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ δόξῃ δικαιοσύνης παρείλεσθε. καὶ τὸν Ἀριστείδην τὸν δίκαιον οἱ παρ' ὑμῖν ἐθρέψαντο νόμοι. καὶ τοί γε ταῦτα ὄντως ὄντα λαμπρὰ τεκμήρια, διὰ λαμπροτέρων οἶμαι

Voss. ἀντιπαραβάλλων

Voss. ἀμφισβητῆσι

A CUM multa præclare a majoribus vestris gesta sint, propter quæ non illis solum cum viverent, sed etiam vobis gloriari modo liceat; ac cum innumera partim communiter pro totius salute Græciæ, partim pro ipsa civitate tropæa privatim ab illis erecta sint, quando aut adversus Græcos cæteros, aut contra Barbaros in certamen sola descendit; nullum tamen est tantum tamque egregium facinus, quo cum B reliquæ civitates decus suum non possint splendoremque contendere. Nam sunt nonnulla, quorum in communionem vobiscum illæ veniunt, alia per sese ipsæ præstiterunt. Ac ne commemorandis singulis comparare vos invicem, aut alteram in iis rebus, de quibus certamen est, anteferre videar alteri; aut, ut mos est oratorum, parcius laudandis inferioribus causæ meæ institutoque servire; unum illud de vobis a me prædicabitur, cui par & æquale nihil a Græcis reliquis opponi queat, quod quidem vetus ad memoriam nostram fama perduxerit. Et enim Lacedæmoniorum ad vos imperium non vi, sed opinione justitiæ transtuliſtis. Tum Aristides ille justus vestris est legibus institutus. Quæ tam illustria tamque insignia virtutis argumenta splendidioribus, opinor,

opinor, factis ita comprobaſtis. Nam in opinione eſſe juſtitiæ, falſo cuipiam poteſt fortaſſe contingere; neque hoc valde ſingulare eſt, inter malos multos unum aliquem bonum exiſtere. Nonne vel apud Medos ipſos celebris eſt quidam Deioces; apud Hyberboreos Abaris; apud Scythas Anacharſis? quos jure miramur inter efferatiſſimas injuſtiſſimasque gentes juſtitiæ nihilominus cultores fuiſſe. Quod poſteriores duo vere atque ex animo ſuſceperunt, primus utilitatis cauſa ſimulavit. Populum vero, ac civitatem univerſam, cui factorum dictorumque juſtorum amor quidam ſit inſitus, cum a vobis diſceſſerimus, haud facile reperiri judico. Ac mihi quidem ex infinitis, quæ a vobis ejus rei edita monimenta ſunt, unius tantummodo recordari libet. Cum enim Themiſtocles poſt bellum Perſicum de injiciendis clam in navalia Græcorum ignibus conſilium dare apud ſe cogitaret, neque hoc in vulgus auderet efferre, ſed uni alicui, quem deſignaſſet populus, arcanum illud commiſſurum ſe eſſe diceret; Ariſtidem ad id populus elegit. Qui audito conſilio, tacuit quod audierat, & hoc unum publice renunciavit, nihil eo quod ſuadebat Themiſtocles utilius ſimul atque injuſtius eſſe. Quare civitas extemplo reclamavit, ac deſiſtere juſſit. Ingentis haud dubie animi ſpecimen ac magnifici; quodque viris ejusmodi convenit, qui ſub illius prudentiſſimæ Deæ præſidio ac propemodum oculis aluntur.

Quamobrem ſi & apud vos ea quondam inſtituta floruerint; & ex eo tempore ad hodiernum usque diem avitæ in vobis reliquiæ virtutis atque igniculi ſuperſint; æquum eſt vos ipſos non eorum, quæ geruntur, intueri magnitudinem; aut ſi quis terreſtre iter, perinde ac per aërem volans, incredibili celeritate & indefeſſis viribus confecerit, ſed inprimis attendere utrum jure iſta ſuſceperit. Si id ita feciſſe videatur, tum vos illum merito privatim ac publice præ-

τῶν ἔργων ἅτως ἐπισώσασθε. Τὸ μὲν γὰρ δόξαι δίκαιον, ἴσως ἄν τῳ καὶ ψευδῶς συμβαίη· καὶ τυχὸν ἀ παράδοξον ἐν πολλοῖς φαύλοις ἕνα γενέσθαι σπουδαῖον. ἢ γὰρ οὐχὶ καὶ παρὰ Μήδοις ὑμνῆταί τις Δηϊόκης, Ἀβαρίς τε ἐν Ὑπερβορείοις, καὶ Ἀνάχαρσις ἐν Σκύθαις· ὑπὲρ ὧν τὸ μὲν θαυμαστὸν, ὅτι παρὰ τοῖς ἀδικωτάτοις γεγονότες ἔθνεσι, τὴν δίκην ὅμως ἐτίμησαν. τὼ μὲν ἀληθῶς· ὁ δὲ τῆς χρείας χάριν πλατύνει. Δῆμον ὅ ὅλον καὶ πόλιν, ἐραστὰς ἔργων καὶ λόγων δικαίων, ἔξω τῆς παρ ὑμῖν ἀ ῥᾴδιον εἰπεῖν. Βούλομαι δὲ ὑμᾶς ἑνὸς τῶν παρ ὑμῶν πολλῶν γε ὄντων ἔργων ὑπομνῆσαι. Θεμιστοκλέης γὰρ μετὰ τὰ Μηδικὰ γνώμην εἰσηγεῖσθαι διανοούμενος, λάθρα καταφλέξαι τὰ νεώρια τῶν Ἑλλήνων· εἶτα μὴ τολμῶντ εἰς τ δῆμον λέγειν, ἐνὶ δὲ ὁμολογεῖν πιστεύειν τὸ ἀπόῤῥητον, ὅπερ ἂν ὁ δῆμ χειροτονήσας προσέλῃται, προβάλλετ μὲν ὁ δῆμ τ Ἀριστείδην· ὁ δὲ ἀκούσας τ γνώμης, ἔκρυψε μὲν τὸ ῥηθὲν, ἐξήνεγκε δὲ εἰς τ δῆμον, ὡς ἅτε λυσιτελέστερον, ἅτε ἀδικώτερον εἴη τι τῶ βουλεύματ· καὶ ἡ πόλις ἀπεψηφίσατο παραχρῆμα, καὶ παρῄνησάτο· πάνυγε νὴ Δία μεγαλοψύχως· καὶ ὃν ἔχρῆν τρόπον ἄνδρας ὑπὸ μάλιστα τῇ φρονιμωτάτῃ θεῷ τρεφομένους.

Οὐκοῦν εἰ ταῦτα παρ ὑμῖν μὲν ἦν πάλαι· σώζεται δὲ ἐξ ἐκείνου, καὶ εἰς ὑμᾶς ἔτι τ τῶν προγόνων ἀρετῆς ὥσπερ ἐμπύρευμά τι σμικρόν· εἰκὸς ἐστιν ὑμᾶς ἐκ εἰς τὸ μέγεθος τῶν πραττομένων ἀφορᾶν· ἀ δὲ εἴ τις ὥσπερ διὰ ἀέρ ἱπτάμενον, διὰ τῆς γῆς ἐβάδισεν ἀμηχάνῳ τάχ, καὶ ἀτρύτῳ ῥώμῃ· σκοπεῖν δὲ ὅτῳ ταῦτα μεθ᾽ δικαίᾳ καλείργασαι· κατὰ ἂν μὲν φαίνηται ξὺν δίκῃ πράττων, ἰδίᾳ τε αὐ-

Voſſ. Δηϊόκης Voſſ. Τπερβορείοις

τὸν ἴσως· καὶ δημοσίᾳ πάντες ἐπαινεῖτε· τῆς δίκης δὲ ὁλιγωρήσας, ἀτιμάζοιτο ἂν παρ' ὑμῶν εἰκότως. Οὐδὲν γὰρ ἄτως ἐσίν ὡς τὸ δίκαιον ἀδελφὸν ἀγαθὸν φρονήσει. τὰς ἂν ἀτιμάζοντας τοῦτ', δικαίως ἂν καὶ ὡς εἰς τὴν παρ' ὑμῖν θεὸν ἀσεβοῦντας, ἐξελάιωοιτε. Βούλομαι οὖν ὑμῖν τὰ κατ' ἐμαυτὸν ὑκ ἀγνοοῦσι μὲν, ἀπαγγεῖλαι δὲ ὅμως· ὅπως εἴ τι λέληθεν· εἰκὸς δὲ ἔνια, καὶ ὅσα μάλισα τοῖς πᾶσι γνωσθῆναι προσήκει· ὑμῖν τε, καὶ δι' ὑμῶν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι γένοιτ' γνώσιμα. Μηδεὶς οὖν ὑπολάβῃ με ληρεῖν, ἢ φλυαρεῖν, εἰ περὶ τῶν πᾶσιν ὥσπερ ἐν ὀφθαλμοῖς γεγονότων ὰ πάλαι μόνον, ἀλλὰ κ μικρῷ πρότερον, ποιεῖσθαί τινας ἐπιχειρήσαιμι λόγους. ὐδένα γὰρ ὐδὲν ἀγνοεῖν βούλομαι τῶν ἐμαυτοῦ· λανθάνειν δ' ἄλλον ἄλλα εἰκός· ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῶν προγόνων πρῶτον τῶν ἐμαυτοῦ.

Καὶ ὅτι μὲν τὰ πρὸς πατρὸς ἡμῖν ἐνεῦθεν ὅθεν περ καὶ Κωνσαντίῳ τὰ πρὸς πατρὸς ὥρμηται, Φανερόν. τῷ γὰρ ἡμετέρῳ πατρὶ γεγόναιον ἀδελφῷ παλρόθεν. Οὕτω δ' πλησίον ἡμᾶς ὄντας συγγενεῖς ὁ Φιλανθρωπόταλος ὅτ' βασιλεὺς ὰ εἰργάσαρ. ἐξ μὲν ἀνεψιὼς ἐμοῦ τε καὶ ἑαυτοῦ· πατέρα δὲ ἐμὸν, ἑαυτοῦ δὲ θεῖον· καὶ προσέτι κοινὸν ἕτερον τὸν πρὸς πατρὸς θεῖον· ἀδελφόν τε ἐμὸν τ πρεσβύταιον ἀκεῖνας κτείνας· ἐμὲ δ' καὶ ἕτερον ἀδελφὸν ἐμὸν ἐθελήσας μὲν κτεῖναι, τέλος δὲ ἐπιβαλὼν φυγήν· ἀφ' ἧς ἐμὲ μὲν ἀφῆκεν, ἐκεῖνον δ' ὀλίγῳ πρότερον τ σφαγῆς ἐρρύσατο τὸ Καίσαρος ὄνομα· τί με δεῖ νῦν ὥσπερ ἐκ τραγῳδίας τὰ ἄρρητα ἀναμετρεῖσθαι; μετεμέλησε γὰρ αὐτῷ, φασί· καὶ ἐδήχθη δεινῶς· ἀ-

dicabitis; ſin juris atque æqui rationem nullam habuerit, jure a vobis in vituperationem adducetur. Nihil enim perinde, ac quod eſt juſtum, germanum eſt & affine prudentiæ. Quare qui illud contemnunt ac negligunt, æquum eſt a vobis, tanquam in Deam veſtram impios & ſacrilegos, extrudi. Volo igitur meis de rebus apud vos, etſi minime eas ignoratis, nihilominus verba facere, ut ſi quæ fortaſſe vos lateant, (nam nonnulla par eſt ignota vobis eſſe, etiam illa, quæ ſciri ab omnibus interſit) tam vobis, quam Græcis per vos cæteris manifeſta reddantur. Quapropter nemo me nugari & inepte loquacem eſſe judicet, quod ea, quæ non olim duntaxat, ſed & nuperrime in omnium oculis geſta ſunt, oratione complectar. Neminem enim eorum, quæ ad me pertinent, partem ullam præterire cupio. Atqui latere alios alia veriſimile eſt. Ego vero a majoribus meis initium dicendi faciam.

Igitur paternum mihi & Conſtantio genus eadem ab origine proficiſci, notum omnibus eſſe confido. Utriusque enim parentes germani fratres, atque eodem patre ſunt editi. Quænam vero humaniſſimus iſte Imperator in nos tanta propinquitate ac neceſſitate conjunctos ediderit; utque ſex inprimis tam ipſius quam meos conſobrinos, tum patrem meum, & illius patruum, una cum altero communi patruo, & cum fratre meo natu maximo indicta cauſa necaverit; atque ut me cum altero fratre meo interficere volens, tandem relegarit; qua quidem me pœna poſtea liberavit, fratrem vero paulo ante quam jugularetur Cæſaris nomen exemit; hæc tam acerba & infanda; illam, inquam, omnem funeſtam ac luctuoſam tragœdiam commemorare quid attinet? Nam & illum ſcelerum tantorum pœnituiſſe valdeque doluiſſe dicitur; atque ex

hac

hac culpa cum liberos ſe nullos habuiſſe, tum infeliciter bellum ſibi Perſicum ceſſiſſe credidit. Hæc tum enim vulgo jactabantur ab aulicis, coram beatæ memoriæ Gallo fratre. Hoc enim nomine nunc primum appellari cœpit. Quem contra jura omnia cum interfeciſſet, ne paterno quidem inferi ſepulcro, & honeſta piaque memoria celebrari paſſus eſt. Ejusmodi tum igitur, uti dixi, nobis occinebant, & vero perſuadebant: omnibus ex illis ſceleribus, quædam deceptum ac circumventum egiſſe; in aliis ſeditioſorum ac turbulentorum militum vi & violentiæ ceſſiſſe. Hæc nobis frequenter commemorare ſolebant in agro quodam Cappadociæ concluſis, ubi nemini ad nos conceſſus erat aditus. Eo quippe fratrem meum revocatum ab exilio; me autem pene puerum a ſcholis abſtractum conjecerant. Quid hic dicam de ſex illis annis, quibus in alieno fundo educati ſumus; cum perinde atque apud Perſas caſtellis ac cuſtodiis ſepti incluſique viveremus; neque quisquam ad nos hoſpes, aut veteri familiaritate notus introduceretur; tum honeſtis artibus ac ſtudiis intercluſi, adeoque libero omni congreſſu prohibiti, inter ſplendidas familias alebamur, & cum ſervis noſtris quaſi cum ſociis exercebamur? Nam nulli ad nos æqualium noſtrorum accedere aut adire omnino fas erat. Hinc ego tandem Deorum auxilio feliciter ſum ereptus: frater vero meus, ſi quis unquam alius, infeliciter in aulam implicatus eſt. Etenim ſi quid in ejus indole ac moribus agreſte inerat & aſperum, id ex montana illa educatione ac ruſtica coaluerat. Quamobrem ejus immanitatis culpam omnem is mihi merito ſuſtinere videtur, qui ea nos educatione per vim ac tyrannice damna-

A παιδίαν τε ἐντεῦθεν νομίζῃ δυσυχεῖν· τά τε ἐς τὰς πολεμίας τὰς Πέρσας ἀκ εὐτυχῶς πράξειν ἐκ τούτων ὑπολαμβάνῃ. ταῦτα ἐθρύλλων οἱ περὶ τὴν αὐλὴν τότε, καὶ τὸν μακαρίτην ἀδελφὸν ἐμὸν Γάλλον· τῶν νυῦ πρῶτον ἀκούοντα τὸ ὄνομα· κτείνας γὰρ αὐτὸν παρὰ τὰς νόμους, οὐδὲ τῶν πατρώων μεταλαχεῖν εἴασε τάφων, οὐδὲ τ εὐαγὰς ἠξίωσε μνήμης. ὅπερ ἂν ἔφην, ἔλεγον τοσαῦτα, καὶ δὴ καὶ ἔπειθον ὑμᾶς, ὅτι τὰ μὲν ἀπατηθεὶς εἰργάσατο, τὰ δὲ βία καὶ ταραχαῖς ἔξας ἀτάκτοις καὶ ταραχώδεσι στρατεύμασι. Τοσαῦτα ἡμῖν ἐπῇδον ἐν ἀγρῷ τινι τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ κατακεκλεισμένοις, οὐδένα ἐῶντες προσελθεῖν· τὸν μὲν ἀπὸ * Φυγῆς ἀνακαλεσάμενοι· ἐμὲ δὲ κομιδῇ μειράκιον ἔτι τῶν διδασκαλείων ἀπαγαγόντες. Πῶς ἂν ἐνταῦθα φράσαιμι περὶ τῶν ἓξ ἐνιαυτῶν, ὡς ἐν ἀλλοτρίῳ κτήματι διαγαγόντες, ὥσπερ ὃν παρὰ τοῖς Πέρσαις, ἐν τοῖς Φρ· ε ὐρ εἴοις τηρούμενοι, μηθενὸς ἡμῖν προσιόντος ξένου, μηδὲ τ πάλαι γνωρίμων ἐπιβεπομένου τινος ὡς ἡμᾶς Φοιτᾶν, διεζῶμεν ἀποκεκλεισμένοι παντὸς μὲν μαθήματος σπουδαίου, πάσης δὲ ἐλευθέρας ἐντεύξεως ἐν ταῖς λαμπραῖς οἰκείαις τρεφόμενοι, καὶ τοῖς ἡμῶν αὐτῶν δούλοις ὥσπερ ἑταίροις συγγυμναζόμενοι; προσῆκ γὰρ οὐθεὶς οὐδὲ ἐπετρέπετο τῶν ἡλικιωτῶν. Ἐντεῦθεν ἐγὼ μὲν μόγις ἀφείθην διὰ τὰς θεὰς εὐτυχῶς· ὁ δὲ ἀδελφὸς ὁ ἐμὸς εἰς τὴν αὐλὴν καθείρχθη δυσυχῶς, εἴπέρ τις ἄλλος τ πώποτε. καὶ γὰρ εἴ τι περὶ τ τρόπον ἄγριον, καὶ τραχὺ τ ἐκεῖνο καὶ ἀφάνη, τοῦτο ἐκ τ ὀρείας τροφῆς συνηυξήθη. δικαίως ἂν οἶμαι καὶ τοῦτον ἔχειν τὴν αἰτίαν ὁ τούτου ἡμῖν πρὸς βίαν μεταδὰς τῆς τροφῆς·

τροφῆς· ἧς ἐμὲ μὲν οἱ θεοὶ διὰ τ᾽ φι- A tos esse voluit. A quo me institutionis ge-
λοσοφίας καθαρὸν ἀπέφηναν, καὶ ἑ-
ξαντι τῷδε οὐδεὶς ἐνέδωκεν· εὐθὺς γὰρ
ἀπὸ τῶν ἀγρῶν ἐς τὰ βασίλεια παρ-
ελθόντι, ἐπειδὰν πρῶτον αὐτῷ περι-
έθηκεν ἀλουργὲς ἱμάτιον, αὐλίκα φθο-
νεῖν ἀρξάμενος, ὃ πρότερον ἐπαύ-
σατο, πρὶν καθελεῖν αὐλόν· οὐδὲ τῷ
περιελεῖν τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον ἀρ-
κεσθείς. Καί τοι τῶ ζῆν γὰν ἄξιος,
εἰ μὴ βασιλεύειν ἐφαίνετο ἐπιτήδει-
ος. ἀλλ᾽ ἐχρῆν αὐτὸν, καὶ τοῦτο γέ-
ρεσθαι. ξυγχωρῶ· λόγον γε πάντως
B conceditur, ut causam diceret. Neque e-
ὑποσχόντα πρότερον, ὥσπερ τοὺς κα-
κούργους. Οὐ γὰρ δὴ τοὺς μὲν λῃσὰς
ὁ νόμος ἀπαγορεύῃ τῷ δήσαντι κλέι-
ειν· τοὺς ἀφαιρεθέντας δὲ τιμὰς, ἃς
εἶχον, καὶ γενομένους ἐξ ἀρχόντων ἰδι-
ώτας, ἀκρίτως φησὶ δεῖν ἀναιρεῖσθαι.
Τί γὰρ εἰ τῶν ἁμαρτημάτων εἶχεν ἀ-
ποφῆναι τοὺς αἰτίους, ἐδέδουλο γὰρ αὐ-
τῷ τινων ἐπιστολαὶ, Ἡράκλεις, ὅσας ἔ-
χουσαι καθ᾽ αὑτοῦ κατηγορίας. ἐφ᾽ οἷς
C ἐκεῖνος ἀγανακτήσας, ἀκριβέστερον
μὲν, ἤκισα βασιλικῶς ἐφῆκε τῷ θυ-
μῷ· τοῦ μέν τοι μηδὲ ζῆν ἄξιον οὐδὲν
ἐπεπράχει. Πῶς γὰρ οὐχ ὅτος ἐστὶν
ἀνθρώποις ἅπασι κοινὸς Ἕλλησιν ἅ-
μα καὶ Βαρβάροις ὁ νόμος, ἀμυνέ-
σθαι τοὺς ἀδικίας ὑπάρχοντας; ἀλλ᾽
ἴσως μὲν ἠμύνατο πικρότερον. ὁ μὴν
ἔξω πάντη τοῦ εἰκότος. τὸν γὰρ ἐ-
χθρὸν ὑπ᾽ ὀργῆς εἰκός τι καὶ ποιεῖν,
εἴρηται καὶ πρόσθεν. Ἀλλ᾽ εἰς χά-
D ira consentaneum est. Verum Constan-
ριν ἑνὸς ἀνδρογυνίου τοῦ καλακοιμισοῦ,
καὶ προσέτι τοῦ τῶν μαγείρων ἐπι-
τρόπου, τὸν ἀνεψιὸν, τὸν Καίσαρα, τὸν
τῆς ἀδελφῆς ἄνδρα γενόμενον, τὸν τῆ
ἀδελφιδοῦς πατέρα, ὃν καὶ αὐτὸς πρό-
τερον ἦν ἀγαγόμενος τὴν ἀδελφήν,
πρὸς ὃν αὐτῷ τοσαῦτα θεῶν ὁμογνί-
ων ὑπῆρχε δίκαια, κτεῖναι παρέδωκε
τοῖς ἐχθίστοις· ἐμὲ δ᾽ ἀφῆκε μόγις, ἑ-
πτὰ μηνῶν ὅλων ἑλκύσας τῆδε κἀκεῖ-

nere Dii immortales Philosophiæ ope vindicarunt, illi vero; ut hoc assequi posset, nemo permisit. Huic enim posteaquam ab agris in palatium compulso purpuram induit, statim invidere cœpit; nec ante destitit, quam illum dejecisset; neque purpuram ei detrahere satis habuit. Quanquam vita certe dignus erat; si minus ad imperium idoneus habebatur. Atenim etiam vita ipsa privari illum oportuit. Esto. Saltem hoc ei licere debuit, quod maleficis
nim eum, qui latrones in vincula conjecerit, hos ipsos occidere lex prohibet; honoribus omnibus exutos, & ab imperio in ordinem redactos, indicta causa mactari præcipit. Quid si enim eorum, quæ admiserat, auctores ille nominare poterat? Nam nonnullorum oblatæ ipsi erant literæ, proh, quantis in eum criminationibus refertæ! Quibus exulceratus impotentius quidem
C sese gesit, & vehementius, quam decebat Principem, iræ est obsecutus; nihil tamen egit ejusmodi, vita ut propterea privandus esset. Etenim nonne mortalium generi omni, Græcis perinde ac Barbaris, lex est illa communis, ut qui injuriam acceperint, eam ulciscantur? At enim atrocius vindicavit. Fecerit sane. Nihil tamen, præterquam quod consentaneum erat, admisit. Inimicum enim, ait ille, facere aliquid ex
D ira consentaneum est. Verum Constantius in unius spadonis & cubicularii gratiam, atque etiam coquorum magistri, patruelem suum, Cæsarem, sororis suæ virum, ac neptis ex eadem sorore sua patrem, cujus ipse sororem antea duxerat, quo cum ipsi tam sancta necessitudinis jura ac germanitatis intercesserant, inimicissimis hominibus ad necem tradidit. Me autem ægre dimisit, postquam mensibus septem huc illucque raptasset, atque in custodiam egis-

set.

ſet. Quod niſi Deorum aliquis ſervare me cupiens, pulchræ ipſius ac præclaræ conjugis Euſebiæ mihi tum adjunxiſſet animum, ne ipſe quidem illius manus effugiſſem. Quanquam Deos immortales teſtor, ne per ſomnium quidem viſum mihi, cum illa faceret, eſſe fratrem. Nam neque cum eo verſabar, neque frequentabam, aut ad ipſum accedebam; ſed raro, idque parvis de rebus, ad eum ſcribebam. Poſteaquam igitur ægre illinc evadens matemam me in domum libenter recepi. Paternorum enim bonorum nihil mihi admodum ſuppetebat; neque quicquam ex tantis opibus, quantas patrem meum habuiſſe par eſt, poſſidebam; non glebam ullam, non mancipium, non domum. Quippe egregius ille Conſtantius patemam omnem meam hæreditatem, me excluſo, ad ſe transtulit, ex eaque mihi ne hilum quidem conceſſit; fratrem vero meum bonis omnibus maternis ſpolians, pauca in illum de patemis contulit.

Sed quæ in me commiſit, antequam honorificentiſſimum mihi nomen illud impertiret, reipſa vero in acerbiſſimam ac moleſtiſſimam ſervitutem conjiceret, vos pleraque ſaltem (neque enim omnia commemorari poſſunt) auditote. Cum igitur maternam in domum ægre ac præter ſpem ex iis periculis ereptus abiiſſem, ſycophanta quidam circa Simium extitit, qui novas res illic agitari calumniatus eſt. Credo vos Africanum illum, & Marinum audiiſſe, itemque Felicem, & quæ iſtis acciderint. Ut autem rei hujus ad illum pervenit indicium; ac Dynamius repente delator alius e Galliis, *qualis haud alius e Nilo ſeu Ægyptius* nunciavit, propediem bellum *ibi quoque* exarſurum; tum is vehementi terrore perculſus ad me miſit: ac paululum in Græciam ſecedere juſſum, inde

σε, καὶ ποιησάμενος ἐμφρόνιον. ὥσε εἰ μὴ θεῶν τις ἐθελήσας με σωθῆναι, τὴν καλὴν καὶ ἀγαθὴν γυναικῦτά μοι παρέσχεν εὐμενῆ τὴν τότε γαμετὴν Εὐσεβίαν, οὐδὲ ἂν ἐγὼ τὰς χεῖρας αὐτῦ τότε διέφυγον. Καί τοι μὰ τὰς θεὰς οὐδέ ὄναρ μοι φανεὶς ἀδελφὸς ἐπεπράχει. καὶ γὰρ οὐδὲ συνῆν αὐτῷ, οὐδὲ ἐφοίτων, οὐδὲ ἐδαδίζον παρ' αὐτόν. ὀλιγάκις δὲ ἔγραφον, καὶ ὑπὲρ ὀλίγων. Ὡς ἂν ἀποφυγὼν ἐκεῖθεν ἄσμενος ἐπορευόμην ἐπὶ τὴν τῆς μητρὸς ἑστίαν· παλαιὸν γὰρ οὐδὲν ὑπῆρχέ μοι, οὐδὲ ἐκεκλήμην ἐκ τοσούτων [θεῶν] εἰκὸς ἦν παλαιὰ κεκλῆσθαι τ' ἐμοῦ· οὐκ ἐλαχίστην βῶλον οὐκ ἀνδραπόδων· οὐκ οἰκίαν. ὁ γάρ τοι καλὸς Κωνσάντιος ἐκληρονόμησεν αὐτ' ἐμοῦ τὴν παλαιὰν ἑστίαν ἅπασαν ἐμοί τε, ὅπερ ἔφην, ὅτε γε μετέδωκεν αὐτῆς. ἀλλὰ καὶ τῷ ἀδελφῷ τῶμῷ τῶν παλαιῶν ἔδωκεν ὀλίγα, πάντων αὐτὸν ἀφελόμενος τῶν μητρώων.

Ὅσα μὲν οὖν ἔπραξε πρός με, πρὶν ὀνόμαζος μεταδῦναί μοι τὸ σεμνότατον, ἔργῳ δὲ εἰς πικρότατον καὶ χαλεπώτατον ἐμβαλὼν δουλείαν· εἰ καὶ μὴ πάντα, τὰ πλεῖστα γοῦν ὅμως ἀκήκοατε. Πορευομένου δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἑστίαν, ἀγαπητῶς τε καὶ μόγις ἀποσωζομένου; συκοφάντης τις ἀνεφάνη περὶ τὸ Σίρμιον· ὃς τοῖς ἐκεῖ πράγμασιν ἔρραψεν ὡς νεώτερα διανοούμενος. ἵξε δήπουθεν ἀκοὴ τ' Ἀφρικανὸν, καὶ τ' Μαρῖνον. ἀκοὴν ὑμᾶς οὐδὲ ὁ Φῆλιξ ἔλαθεν· οὐδὲ ὅσα ἐπράχθη περὶ τοὺς ἀνθρώπους. ἀλλ' ὡς τάχ' αὐτῷ καλεμηνύθη τὸ πρᾶγμα, καὶ Δυνάμιος ἐξαίφνης ἄλλος συκοφάντης ἐκ Κελτῶν ἤγγειλεν ὅσον οὔπω ἔσεσθαι Νείλου, κἂν ἐν αὐλῷ πόλεμον ἀναφανεισθαι· δείσας παντάπασι, καὶ φοβηθείς, αὐτίκα ἐπ' ἐμὲ πέμπει· καὶ μικρὸν εἰς τὴν Ἑλλάδα κελεύσας ὑποχωρῆσαι, πάλιν ἐκεῖθεν ἐκάλει παρ'

Mendoſa iſta ſunt.

παρ' ἑαυτὸν, ἀπρέπτερον τεθεαμένῳ, πλὴν ἅπαξ μὲν ἐν Καππαδοκίᾳ, ἅπαξ δὲ ἐν Ἰταλίᾳ, ἀγωνισαμένης Εὐσεβίας, ὡς ἂν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἐμαυτῷ θαῤῥήσαιμι. Καί τοι τὴν αὐτὴν αὐλῷ πόλιν ἐξ ὧκησα μῆνας· καὶ μέν τοι καὶ ὑπέσχετό με θεάσασθαι πάλιν. ἀλλ' ὁ θεοῖς ἐχθρὸς ἀνδρόγυνος ὁ πιστὸς αὐλῷ καλακοιμιστὴς ἔλαθέ μ' ἀκων εὐεργέτης γενόμενος. ἀ γὰρ ἔιασεν ἐνλυχεῖν με πολλάκις αὐλῷ· τυχὸν μὲν ἀδὲ ἐθέλουσι πλὴν ἀλλὰ τὸ κεφάλαιον ἐκεῖνος ἦν. ὥκνει γὰρ ὡς ἂν μή τινος συνηθείας ἐγγενομένης ἡμῖν ὡς ἀλλήλως, ἔπειτα ἀγαπηθείην· καὶ πιστὸς ἀναφανεὶς ἐπιτραπείην τι. Παραγενόμενον δή με τότε πρῶτον ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, αὐτίκα διὰ τῶν περὶ τὴν θεραπείαν εὐνούχων ἡ μακαρίτις Εὐσεβία καὶ λίαν ἐφιλοφρονεῖτο. μικρὸν ὕστερον ἐπελθόντος τότε· καὶ γάρ τοι, καὶ τὰ περὶ Σιλβανὸν ἐπέπρακτο· τὸ λοιπὸν εἴσοδός τε εἰς τὴν αὐλὴν δίδοται, καὶ τὸ λεγόμενον, ἡ Θετταλικὴ περιβάλλεται περιβαναγκη. Ἀρνεμένῳ γάρ μοι τὴν συνουσίαν τερατῶς ἐν τοῖς βασιλείοις· οἱ μὲν ὥσπερ ἐν κερείῳ συνελθόντες ἀποκείρουσι τὸν πώγωνα, χλανίδα δ' ἀμφιεννύουσι, καὶ σχηματίζουσιν, ὡς τότε ὑπελάμβανον πάνυ γελοῖον τερατιώτην. ἀδὲ γάρ μοι τῷ καλλωπισμῷ τῶν καθαρμάτων ἤρμοζεν· ἐβάδιζον δὲ οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνοι περιβλέποντες, καὶ σοβοῦντες· ἀλλ' εἰς γῆν βλέπων· ὥσπερ εἰθίσμην ὑπὸ τοῦ θρέψαντός με παιδαγωγοῦ. τότε μὲν αὐτοῖς παρέσχον γέλωτα· μικρὸν δὲ ὕστερον ὑποψίαν· εἶτα ἀνέλαμψεν ὁ τοσοῦτος φθόνος. Ἀλλ' ἐνταῦθα χρὴ μὴ παραλείπειν ἐκεῖνα, πῶς ἐγὼ συνεχώρησα· πῶς δὲ εἰλόμην ὁμορόφιος ἐκείνοις γενέσθαι, ὃς ἠπισάμην παντὶ μέν με λυμηναμένους τῷ γένει· ὑπώπτευον δὲ οὐκ εἰς μα-

A rursum ad se revocavit: cum me hactenus ad conspectum non admississet, præterquam in Cappadocia semel, ac semel in Italia, agente id non sine magna contentione Eusebia, ut salutis meæ certam fiduciam haberem. Quanquam ego sex totos menses eadem in civitate mansi; atque is ipse visurum me denuo se esse promiserat. Verum detestandus ille spado, ac fidus ipsius cubicularius, magno me beneficio imprudens & invitus affecit. Nam B ne illum sæpius adirem obstitit. Ac fieri potest, ut & ipse quoque conveniri se a me minus vellet; sed fuit iste nihilominus malorum omnium caput. Verebatur enim ne si aliqua inter nos consuetudo & familiaritas intercederet, paulatim ad ejus amicitiam pervenirem, isque mea fide perspecta functionem mihi aliquam committeret. Tum autem, cum primum e Græcia C sum reversus, piæ memoriæ Eusebia me statim per eunuchos suos officiosissime suscepit. Deinde paulo post, adveniente illo, cum adversus Silvanum bellum finisset, ingressus mihi in aulam permittitur, & Thessalica cum necessitate persuasio, quam vocant, inducitur. Nam cum ego aulicam illam consuetudinem constanter repudiarem; isti quasi in tonsoris officina coeuntes barbam mihi tondent, & injecto amiculo in militem me valde, ut tum putabant, ridiculum D subornant. Nullus enim sceleratorum istorum cultus mihi congruebat. Ibam ergo non ut illi circumspicientes, & cum fastu procedentes, sed dejectis in terram oculis, ut a pædagogo, qui me educaverat, consuefactus eram. Itaque risum tunc illis attuli; paulo post vero suspicionem; ac demum vehemens illa prorupit invidia. Verum minime hoc loco prætermittendum est, quemadmodum communi cum illis tecto ac contubernio uti non abnuerim, quos & generis mei pestes fuisse scirem, & ab iisdem mihi quoque paratum iri periculum propediem

Voss. ἐκεῖνο

diem ſuſpicarer. Quantam igitur tunc, cum in aulam evocarer, lacrymarum vim profuderim, quantumque lamentatus ſim; cum ſublatis in arcem veſtram manibus Minervam precarer, ut me famulum ſervaret ſuum, nec illorum furori dederet; teſtes e vobis eſſe multi poſſunt, qui id viderunt: atque ipſa præ cæteris Dea novit, mortem me præ itinere illo Athenis a ſe petiiſſe. Quod vero ſervum illa ſuum neque dereliquerit, nec in manus inimicorum dediderit, reipſa monſtravit. Nam ubique ducem mihi ſeſe præbuit, ac præſens affuit, cuſtodes undique a Sole Lunaque angelos aſſumens.

Qua in re ad memoriam inſigne illud accidit. Cum ego Mediolanum veniſſem, & in ſuburbio quodam habitarem, eoque frequenter ad me Euſebia mitteret, qui me ſuo nomine ſalutarent, hortarenturque, ut quæ vellem ad ſe cum fiducia ſcriberem; hanc ad eam epiſtolam, ſive ſupplicem potius libellum, cum adjuratione ſcripſi: *Sic hæredes tibi contingant liberi; ſic tibi hæc & illa Deus annuat; obſecro te, domum me quamprimum remitte.* Cum hæc ſcripſiſſem, ſtatim vereri cœpi, ut ad Imperatoris conjugem in palatium tuto literas dare poſſem. Quare Deos rogavi, ut noctu ſignificarent, ecquid libellum iſtum ad Imperatricem mittere oporteret? Illi mortem, & quidem turpiſſimam, ſi mitterem comminati ſunt. Quæ quidem vere a me dici, teſtes ipſos Deos appello. Quamobrem literas iccirco mittere velle deſii. At ex illa nocte mihi quædam injecta cogitatio eſt, quam a vobis audiri fortaſſe convenit. Ego vero nunc, inquam, repugnare Diis inſtituo, ac de me prudentius, quam illi ipſi qui norunt omnia, ſtatuere me poſſe confido. Atqui humana prudentia id unum quod præſens eſt contuens, bene ſecum

κρὰν ἐπιβουλεύσοντας καὶ ἐμοί. Πηγὰς μὲν ἂν ὁπόσας ἀφῆκα δακρύων, καὶ θρήνους οἵους, ἀνατείνων εἰς τὴν ἀκρόπολιν τὴν παρ' ὑμῖν τὰς χεῖρας, ὅτε ἐκαλούμην, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἱκέλευον σώζειν τ' οἰκέτην, καὶ μὴ ἐκδιδόναι· πολλοὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἑωρακότες εἰσί μοι μάρτυρες· αὐτὴ δὲ ἡ Θεὸς πρὸ τῶν ἄλλων, ὅτι καὶ θάνατον ἠτησάμην παρ' αὐτῆς Ἀθήνησι πρὸ τῆς τότε ὁδοῦ. ὡς μὲν οὖν ἐδώκει ἡ Θεὸς τ' οἰκέτην, οὐδὲ ἐξέδωκεν, ἔργοις ἐπέδειξεν· ἡγήσατο γὰρ ἁπανταχῇ μοι, καὶ παρέσχηκεν ἁπανταχόθεν τοὺς Φύλακας ἐξ Ἡλίου καὶ Σελήνης ἀγγέλους λαβοῦσα.

Συμβῆναι δέ τι καὶ τοιοῦτον. ἐλθὼν εἰς τὸ Μεδιόλανον ᾤκουν ἔν τινι προαστείῳ. ἐνταῦθα ἔπεμπεν Εὐσεβία πολλάκις πρός με φιλοφρονουμένη, καὶ γράφειν κελεύουσα, καὶ θαρρεῖν ὑπὲρ ὅτου ἂν δέωμαι· γράψας ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἐπιστολήν, μᾶλλον δὲ ἱκετηρίαν ὅρκους ἔχουσαν τοιούτους· Οὕτω παισὶ χρήσαιο κληρονόμοις· ὕτω τὰ καὶ τά σοι ὁ θεὸς δοίη· πέμπε με οἴκαδε τὴν ταχίστην. Ἐκεῖνο ὑπειδόμην ὡς οὐκ ἀσφαλὲς εἰς τὰ βασίλεια πρὸς αὐτοκράτορος γυναῖκα γράμματα εἰσπέμπειν· ἱκέτευσα δὴ τοὺς θεοὺς νύκτωρ δηλῶσαί μοι εἰ, χρὴ πέμπειν πρὸς τὴν βασιλίδα τὸ γραμμάτιον· οἱ δὲ ἐπηπείλησαν εἰ πέμψαιμι θάνατον αἴσχιστον. ὡς δὴ ἀληθῆ ταῦτα γράφω, καλῶ τοὺς θεοὺς ἅπαντας μάρτυρας. Τὰ μὲν δὴ γράμματα διὰ τοῦτ' ἐπέσχον εἰσπέμψαι. Ἐξ ἐκείνης δέ μοι τῆς νυκτὸς λογισμὸς εἰσῆλθεν, ὃ καὶ ὑμᾶς ἴσως ἄξιον ἀκοῦσαι. νυνί, ἔφην, ἐγὼ τοῖς θεοῖς ἀντιπάλοις διανοοῦμαι, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ βουλεύεσθαι πρεῖττον νενόμικα τῶν πάντα εἰδότων. Καί τοι φρονήσεις ἀνθρωπίνη πρὸς τὸ

πρὸν ἀφορῶσα μόνον ἀγαπηῶς ἂν τύχοι, καὶ μόγις τῶ πρὸς ὀλίγοις ἀναμαρτήτω. Διόπερ ὑθεὶς ὕθ' ὑπὲρ τῶν εἰς τριακοσιοστὸν ἔτ@ βυλέυεται, ὅτε ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγονότων. τὸ μὲν γὰρ περιτὸν· τὸ δὲ ἀδυ'ατον. ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἐν χερσὶ, καὶ ὧν ἀρχαί τινές εἰσιν ἤδη καὶ σπέρματα. Φρόνησις δὲ ἡ παρὰ τοῖς θεοῖς ἐπὶ τὸ μήκιστον, μᾶλλον δὲ ἐπὶ πᾶν βλέπουσα, μηνύσ τε ὀρθῶς καὶ πράτ|σ τὸ λωϊον. αἴτιοι γὰρ εἰσιν αὐτοὶ καθάπερ τῶν ὄντων, ὅτω δὴ καὶ τῶν ἐσομένων. ὠκῦν εἰκὸς αὐτὸς ὑπὲρ τῶν παρόντων ἐπίσασθαι. Τέως μὲν ὖν ἐδόκ μοι καλὰ τῦτ συμβωλέρα τῆς ἔμπροσθεν ἡ δευτέρα γνώμη. σκοπῶν δὲ εἰς τὸ δίκαιον εὐθέως ἔφην· εἶτα σὺ μὲν ἀγανακτεῖς, εἴ τι τῶν σῶν κτημάτων ἀποσερεῖ σε τῆς ἑαυτῦ χρήσεως, ἢ καὶ ἀποδιδράσκ καλέμενον· κἂν ἵππος τύχοι· κἂν πρόβαλον· κἂν βοίδιον· ἄνθρωπ@ δὲ εἶναι βυλόμεν@, ὐδὲ τῶν ἀγελαίων, ὐδὲ τῶν συρφετῶν, ἀλλὰ τῶν ἐπιεικῶν καὶ μετρίων ἀποσερεῖς ἑαυτῦ τὸς θεύς· καὶ ὐκ ἐπιτρέπεις ἐφ' ὅ, τι ἂν ἐθέλωσι χρήσασθαί σοι; ὅρα μὴ πρὸς τῶ λίαν ἀφρόνως, καὶ τῶν δικαίων τῶν πρὸς τὸς θεὺς ὀλιγώρως πράτ|ς. ἡ δὲ ἀνδρεία, πῦ καί τις, γελοῖον· ἕτοιμ@ ὖν εἰ καὶ θωπεῦσαι καὶ κολακεῦσαι δεῖ τῦ θανάτυ· ἐχὸν ἅπαντα καταβαλεῖν, καὶ τοῖς θεοῖς ἐπιτρέψαι πράτειν ὡς βέλονται, διελόμενον πρὸς αὐτὸς τὴν ἐπιμέλειαν τὴν ἑαυτῦ· καθάπερ καὶ ὁ Σωκράτης ἠξίυ. καὶ τὰ μὲν ἐπί σοι, πράτειν ὡς ἂν ἐνδέχηται· τὸ δὲ ὅλον ἐπ' ἐκείνοις ποιεῖσθαι· κεκτῆσθαι δὲ μηδὲν, μὴ δὲ ἁρπάζειν· τὰ διδόμενα δὲ παρ' αὐτῶν, ἀσφαλῶς δέχεσθαι; Ταύτην ἐγὼ νομίσας ὐκ ἀσφαλῆ μόνον, ἀλλὰ πρέπυσαν ἀνδρὶ μετρίῳ

A agi putet, si, quod vix assequi potest, in paucis recte, ac sine errore versetur. Quocirca nemo de iis, quæ aut trecentesimo post anno futura sunt, aut quæ jam præterita sunt, deliberat: horum enim alterum supervacaneum, alterum ne possibile est quidem; sed de iis solum, quæ in manibus sita sunt, & quorum primordia jam ac velut semina quædam existunt. At Deorum prudentia etiam longinquissima, vel potius universa, prospectans, recte admo-
B net quod melius, est, idque perficit. Sunt enim illi non minus futurorum auctores ac causa, quam præsentium. Par est igitur eosdem hæc ipsa præsentia cognoscere. Et hactenus quidem ob eam causam sapientius mihi priore consilio posterius videbatur. Deinde cum justitiæ quoque rationem habuissem, sic apud me ratiocinari cœpi: Itane vero? si quid, quod in tuo mancipio sit, sui tibi usum eripiat, aut a te vocarum au-
C fugiat, indigneris ac succenseas; velut si equus ille sit, aut ovis, aut bucula: tu, qui te hominem esse velis, nec ipsum quidem e plebeiorum ac gregariorum numero, sed frugi atque probum, Deos temetipso fraudare non dubites; nec illis ut te, quam in rem velint, utantur integrum facias? Vide ne non solum insipienter egisse; sed ea quoque, quæ cum Diis intercedunt, jura neglexisse videare? Jam
D fortitudini quis, aut ubi demum, locus est? Ridicula res omnino. Tu igitur ad assentandum adulandumque tete compones, quo mortem effugias; cum abjicere universa liceat, ac Diis curam eorum moderationemque permittere; adeo ut omnem de te solicitudinem cum illis ex æquo partiare; quod olim cupiebat Socrates: cum liceat insuper nihil neque possidere, neque rapere; quæ autem ab illis offeruntur, tuto percipere? Hoc ego consilium non magis securum, quam moderato viro dignum arbitratus,

bitratus, quod & eodem Deorum voluntas inclinabat; (nam futuri periculi devitandi gratia in præſens ac turpiſſimum me diſcrimen injicere, nimis præceps ac temerarium viſum eſt) ceſſi tandem & obtemperavi. Quamobrem ſubinde mihi Cæſaris & nomen & veſtis imponitur. Tum ex eo conſecuta ſervitus, & quotidianus ille mortis quantus, o Dii, quamque vehemens terror! Januarum clauſtra; janitores; domeſticorum manus exploratæ, ne quid ad me literarum ab amicis ferrent; peregrina familia. Vix ego ſervulos quatuor, quorum duo erant parvuli, cæteri grandiores, ad interiora obſequia mecum in aulam adduxi: quorum unus duntaxat ſuſceptæ ergaDeos a me pietatis conſcius, & clam, quoad licebat, adjutor extitit. Eratis librorum meorum cuſtos, idemque ſolus e multis meis ſodalibus & amicis fidelis. Alter medicus fuit; qui quod pro amico meo minus erat cognitus, mecum profectus eſt. Ego vero adeo iſta metuebam, adeoque ſuſpecta mihi erant omnia, ut amicorum plerosque, qui adire me vellent, ſponte prohiberem: quorum etſi conſpectu frui cuperem, nolebam tamen illis ac mihi ipſi quoque calamitatem conſciſcere. Sed hæc aliena ſunt; hæc cum rebus ipſis implicata. Cum trecentis & ſexaginta militibus proficiſci me in Gallias, quæ tum erant perturbatæ, media hieme juſſit; non ut provinciæ illius exercitibus imperarem magis, quam ut illorum ducibus ſubeſſem. Scriptum enim ad illos fuerat, ac plane aperteque mandatum, ut non a me minus quam ab hoſte ipſo caverent, ne quid novarum rerum aggrederer. His ad eum, quem dixi, modum perfectis circa ſolſtitium hibernum profi-

A γνώμην· ἐπεὶ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἐσημαινε ταύτῃ· τὸ γὰρ ἐπιβλαὲς εὐλαβέμενον τὰς μελλούσας εἰς αἰσχρὸν, καὶ πρόπλον ἐμβαλεῖν ἑαυτὸν κίνδυνον, δεινῶς ἐφαίνετό μοι θορυβεῶδες. εἶξα, καὶ ὑπήκουσα. Καὶ τὸ μὲν ὄνομά μοι ταχέως, καὶ τὸ χλανίδιον περιεβλήθη Καίσαρος· ἡ δὲ ἐπὶ τούτῳ δουλεία, καὶ τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἐπικρεμάμενον δέος, Ἡράκλεις, ὅσον, καὶ οἷον. κλεῖθρα θυρῶν· θυρωροί· τῶν οἰκείων αἱ χεῖρες ἐρευνώμεναι μή τις μοι παρὰ τῶν φίλων γραμματίδιον κομίζῃ· θεραπεία ξένη· Μόλις ἠδυνήθην οἰκέτας ἐμαυτῷ τέτταρας, παιδάρια μὲν δύο κομιδῇ μικρὰ, δύο δὲ μείζονας εἰς τὴν αὐλὴν οἰκειότερόν με θεραπεύσοντας εἰσαγαγεῖν· ὧν εἷς μοι μόνος καὶ τὰ πρὸς θεὸς σωτειδὼς, καὶ ὡς ἐνεδέχετο λάθρα συμπράττων· πεπίστευτο δὲ τῶν βιβλίων μου τὴν φυλακήν· ὧν μόνος τῶν ἐμοὶ πολλῶν ἑταίρων καὶ φίλων πιστῶν, εἷς ἰατρός· ὃς καὶ ὅτι φίλος ὢν ἐλελήθει, σωαπεδήμησεν. Οὕτω δὲ ἐδεδίειν ἐγὼ ταῦτα, καὶ ψοφοδεῶς εἶχον πρὸς αὐτὰ, ὥστε καὶ βουλομένους εἰσιέναι τῶν φίλων πολλοὺς παρ' ἐμὲ, καὶ μάλα ἑκὼν ἐκώλυον. ἰδεῖν μὲν αὐτοὺς ἐπιθυμῶν· ὀκνῶν δὲ ἐκείνοις τε, καὶ ἐμαυτῷ γενέσθαι συμφορῶν αἴτιος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔξωθέν ἐστι· τὰ δὲ ἐν αὐ-

D τοῖς τοῖς πράγμασι· τριακοσίους ἑξήκοντά μοι δὸς στρατιώτας εἰς τὸ τῶν Κελτῶν ἔθνος ἀναπεφραμμένον ἔστειλε, μεσοῦντος ἤδη τοῦ χειμῶνος· οὐκ ἄρχοντα μᾶλλον τῶν ἐκεῖσε στρατοπέδων, ἢ τοῖς ἐκεῖσε στρατηγοῖς ὑπακούσοντα. Γέγραπτο γὰρ αὐτοῖς καὶ ἐνετέταλτο διαῤῥήδην, ὅτως πολεμίους μᾶλλον, ἢ ἐμὲ παραφυλάττειν· ὡς ἂν μὴ νεώτερόν τι πράξαιμι. Τούτων δ' οὖν ἔφην τρόπον γενομένων, περὶ τὰς

Quorum numerus oppidorum ad quinque & quadraginta pervenerat; burgis & caſtellis minoribus omiſſis: agri vero, quem cis Rhenum obtinebant Barbari, tantum erat ſpatium, quantum a fontibus illius ad Oceanum usque porrigitur: poſtremi autem illorum, ac finibus noſtris citimi, trecentis a Rheni ripa ſtadiis diſtabant: ſed triplo adhuc amplior regio populationibus illorum & excurſionibus vaſta erat & inculta; ubi ne paſcendi quidem poteſtas Gallis fieret. Erant & urbes aliquot oppidanis vacuæ, etſi nondum vicinos harent Barbaros. His ego calamitatibus vexatam & afflictam nactus Galliam, primum Agrippinam recuperavi, urbem ad Rhenum ſitam, quæ ante menſes circiter decem in poteſtatem hoſtium venerat; nec non Argentoratum vicinum caſtellum ad Voſegi radices: deinde conflixi *haud inglorie*; cujus pugnæ *procul dubio* ad vos fama pervenit. In qua cum captivum hoſtium regem Dii in manus meas dediſſent, tanti facinoris gloriam Conſtantio non invidi. Quanquam etſi triumphare mihi non licebat, hoſtem tamen jugulare fas erat: neque tota Gallia traducere, ac per urbes oſtentare, & Chnodomarii calamitatibus inſultare prohibebat quiſpiam. Verum nihil horum committendum putavi; ſed ipſum ſtatim ad Conſtantium miſi, cum is commodum e Quadis ac Sarmatis rediret. Ita contigit, ut cum ego dimicaſſem, ille ſolum iter feciſſet, & cum Iſtri accolis pacifice collocutus eſſet, non ego, ſed ille triumpharit. Alter poſt hæc annus ſucceſſit, ac tertius; cum e Galliis pulſi omnes fugatique Barbari, pleræque urbes recreatæ, multæ ex Britannia naves appulſæ. Cum ſexcentarum itaque navium claſſe ſolvens, e quibus

δεῶς καλοικιάντων. Τὸ μὲν ἔν πλήθ῾ τῶν πόλεων, πέντε πε καὶ τεσσαράκοντά ἐϛι, τείχη τὰ διηρπασμένα, δίχα τῶν πύργων καὶ τ̃ ἐλασσόνων φρουρίων. ἧς ἐνέμοντο γῆς ἐπὶ τάδε δὲ ϗ Ῥήνε πάσης οἱ Βάρβαροι τὸ μέγεθ῾, ὁπόσον ἀπὸ τ̃ πηγῶν αὐτῶν ἀρχόμενος ἄχρι τ̃ Ὠκεανῦ περιλαμβάνῃ· τριακόσια δὲ ἀπεῖχον ϗ ἡϊόν῾ ϗ Ῥήνε ϛάδια οἱ πρὸς ἡμᾶς οἰκοῦντες ἔσχατοι· τριπλάσιον δὲ ἦν ἔτι τότε πλάτ῾ τὸ καλαλειφθὲν ἔρημον ὑπὸ ϛ λεηλασίας, ἔνθα οὐδὲ νέμειν ἐξῆν τοῖς Κελτοῖς τὰ βοσκήματα· καὶ πόλεις τινὲς ἔρημοι τ̃ ἐναικούντων, αἷς ὅπω παρῴκηκεν οἱ Βάρβαροι. Ἐν τούτοις ὅσαν καλαλαιῶν ἐγὼ τὴν Γαλατίαν, πόλιν τε ἀνέλαβον τὴν Ἀγριππίναν ἐπὶ τ῀ Ῥήνῳ, πρὸ μηνῶν ἑαλωκυῖάν πε δέκα· καὶ τεῖχ῾ Ἀγένθορες πλησίον πρὸς ταῖς ὑπωρείαις αὐτ̃ τ̃ Βοσσέγε· καὶ ἐμαχεσάμην οὐκ ἀπλεῶς· ἴσως καὶ εἰς ὑμᾶς ἀφίκετο ἡ τοιαύτη μάχη. Ἔνθα τῶν θεῶν δόντων μοι τ̃ βασιλέα τ̃ πολεμίων αἰχμάλωτον, οὐκ ἐφθόνησα τ̃ καλοῦθωμαί῾ Κωνϛαντίῳ. καὶ τοι εἰ μὴ θριαμβεύειν ἐξῆν, ἀποϕαίνειν τ̃ πολέμιον νύει῾ ἦν· ϗ μέν τοι διὰ πάσης αὐλὸν ἄγων τῆς Κελτικ῾, ταῖς πόλεσιν ἐπιδεικνύειν, καὶ ὥσπερ ἐνρυφᾶν τ῀ Χνοδομαείε ταῖς συμφοραῖς, οὐδεὶς ἐκώλυε. Τούτων οὐδὲν ὠήθην δεῖν πρᾶτειν, ἀλλὰ πρὸς τ̃ Κωνϛάντιον αὐλὸν εὐθέως ἀπέπεμψα, τότε ἀπὸ τῶν Κουάδων καὶ Σαυροματῶν ἐπανιόντα. Συμβὰν τοίνυν ἐμὲ μὲν ἀγωνισαμένε, ἐκεῖνε δὲ ὁδεύσαν῾ μόνον, καὶ Φιλίως ἐντυχόντ῾ τοῖς πάροικοῦσι τ̃ Ἴστρον ἔθνεσιν, οὐχ ἡμᾶς ἀλλ' ἐκεῖνον θριαμβεῦσαι. Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο, δεύτερ῾ ἐνιαυτὸς καὶ τρίτος· ϗ πάντες μὲν ἀπελήλανε τ῀ Γαλατίας οἱ Βάρβαροι· πλεῖσαι δὲ ἀνελήφθησαν τῶν πόλεων· παμπληθεῖς ϑ ἀπὸ γῆς Βρεττανικ῾ ναῦς ἀνήχθησαν. ἑξακοσίων νηῶν ἀνήγαγον στόλον. Βρεττανικ῾ ϑ

vulg.

σόλον· ὧν τὰς τετρακοσίας ἐν ὑδὲ ὅ- A
λοις μησὶ δέκα ναυπηγησάμενος, πά-
σας εἰσήγαγον εἰς τ̔ Ῥῆνον, ἔργον ὐ
μικρὸν διὰ τὰς ἐπικειμένας ϗ παροι-
κὰς πλησίον Βαρβάρους. Ὁ γὰρ
Φλωρέντιος ὅτως ᾤετο τὸτ̣ ἀδύνα-
τον, ὥστε ἀργύρου δισχιλίας λίτρας
ὑπέσχετ̣ μισθὸν ἀποδίσειν τοῖς Βαρ-
βάροις ὑπὲρ τῆς παρόδου· ϗ ὁ Κωνσάν-
τιος ὑπὲρ τότου μαθὼν· ἐκοινώσατ̣ γὰρ
αὐτῷ περὶ τῆς δόσεως· ἐπέστειλεν αὖ-
τὸ πρός με, πρᾶτειν κελεύσας, εἰ μὴ B
παντάπασιν αἰσχρὸν μοι φανείη. Πῶς
γὰρ οὐκ ἦν αἰσχρὸν, ὅπου Κωνσαντίῳ τοι-
ὅτον ἐφάνη, λίαν εἰωθότι θεραπεύειν
τὺς Βαρβάρους; ἐδόθη μὲν αὐτοῖς ὐδέν.
ἀλλ̓ ἐπὶ αὐτὺς στρατεύσας, ἀμυνόντων
μοι ϗ παρεστώτων θεῶν, ὑπεδεξάμην
μὲν μοῖραν ⸀ Σαλίων ἔθνους, Χαμάβους
δὲ ἐξήλασα· πολλὰς ⸀ς, ϗ γύναια
μ̓ παιδαρίων συλλαβών. ὅτω δὲ πάν-
τας ἐφόβησα, ϗ παρεσκεύασα κατα-
πῆξαι τὴν ἐμὴν ἔφοδον, ὥστε πα- C
ραχρῆμα λαβεῖν ὑμᾶς, ϗ τῇ σιτο-
πομπίᾳ παρασχεῖν ἀσφαλῆ κομιδήν.
Μακρὸν ἐστι πάντα ἀπαριθμεῖσθαι, ϗ
τὰ καθ̓ ἕκαστον γράφειν, ὅσα ἐνιαυ-
τοῖς ἔπραξα τέτταρσι· τὰ κεφάλαια
δὲ τεκτὸν ἐπεραιώθην Καῖσαρ ἔτι τὸν
Ῥῆνον· δισμυρίους ἀπήτησα παρὰ τῶν
Βαρβάρων ὑπὲρ τ̔ Ῥῆνον ὄντας ἀχμα-
λώτους. ἐκ δυοῖν ἀγώνοιν, ϗ μιᾶς πο-
λιορκίας χιλίους ἑξελὼν ἐζώγρησα· ὐ
τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν, ἄνδρας δὲ ἡβῶν- D
τας· ἔπεμψα τῷ Κωνσαντίῳ τέτταρας
ἀριθμὺς τῶν κραλίστων πεζῶν. τρεῖς
ἄλλυς τ̓ ὧν ἐλατόνων ἱππέων ἀγμα- f. οἰκ
τα δύο τὰ ἐντιμότατα. πόλεις ἀνέλα-
βον νῦν μὲν δὴ τ̔ θεῶν ἐθελόντων πάσας·
τότε ⸀ ἀνειλήφειν ἐλάτυς ὀλίγω τῶν
τασσαράκοντα. Μάρτυρα καλῶ τ̔ Δία,
ϗ πάντας θεὺς, πολιούχυς τε ϗ ὁμο-
γνίους, ὑπὲρ τ̔ ἐμῆς προαιρέσεως εἰς
αὐτὸν ϗ πίστεως, ὅτι τοιοῦτος γέγονα πε-
ρὶ αὐτὸν, οἷον ἂν εἰλόμην ἐγὼ υἱὸν περὶ
ἐμὲ γενέσθαι. Τελίμηκα μὲν ὖν αὐτὸν

quadringentas vix totis decem menſibus fabricaveram, omnibus ſum in Rhenum invectus: quod propter ingruentes & vicinos Barbaros inprimis difficile videbatur. Sane Florentius adeo fieri iſtud poſſe deſperaverat, ut de tranſitu cum Barbaris duobus argenti librarum millibus paciſceretur. Qua de re certior factus Conſtantius, (nam cum eo ille communicaverat) mandavit mihi id ut agerem, niſi omnino turpe eſſe judicarem. Hoc vero quidni turpe foret, cum ejusmodi eſſe vel Conſtantio ipſi videretur; qui Barbaros obſequiis omnibus fovere, ac retinere conſueverat? Verum nihil in illos a nobis eſt impenſum. Quin adverſus eos exercitum movens, aſpirantibus Diis, Saliorum partem excepi: Chamavos expuli: infinita boum armenta cum mulieribus ac parvulis in poteſtatem redegi: ita vero omnes exterrui, ac tantus illis excurſionis meæ injectus eſt metus, ut ſtatim obſides acceperim, & annonæ ſubvectionem tutam rediderim. Longum eſt omnia complecti, ac ſingula percenſere, quæ quatuor annis a me geſta ſunt. Hotum vero ſumma iſta ſunt capita. Ter, cum adhuc Cæſar eſſem, Rhenum trajeci: viginti captivorum millia a tranſ-rhenanis Barbaris repetii: ex duobus præliis & una obſidione, mille homines in poteſtatem accepi, nec eos ætate confectos, ſed juvenes: quatuor lectiſſimorum peditum numeros; tres nihilo inferiorum equitum; ſcholas duas honoratiſſimas ad Conſtantium miſi: oppida cepi nunc quidem omnia, tum vero paulo minus quadraginta potitus fueram. Teſtis eſt meæ in illum voluntatis & fidei Juppiter, Diique cuſtodes urbium, & gentilitii omnes, me talem erga illum fuiſſe, quales erga me velim eſſe liberos meos. Arque ipſum quidem ita colui, ut ſuperiores Imperatores

peratores Cæſarum nemo. Itaque nihil ad hanc diem objicere mihi ſuper ea re potuit; licet ipſum confidenter ego provocarem; & ridiculas, cur mihi eſſet iratus, cauſas commentus eſt. Lupicinum, inquit, cum tribus aliis detinuit. Nempe inſidiatores meos: quos ut interfeciſſem, illum tamen oportebat, quam ob iſtorum calamitatem in me concepiſſet iram, concordiæ ac pacis amore remittere. Verum ego ipſos nulla re læſos, tanquam turbulentos ac ſeditionum faces, retinui: ac cum multa de publico in eos impendi, tum nulla bonorum parte ſpoliavi. Animadvertite cujusmodi in illos ſupplicium Conſtantius præſcripſerit. Nam qui ob alienos minimeque propinquos homines mihi ſuccenſet, nonne exprobrare mihi videtur ac ſtultitiam accuſare meam, quod parentis, fratrum, conſobrinorum interfectorem, & communis noſtræ domus ac cognationis carnificem, tam vehementer obſervarim? Conſiderate præterea quantis illum obſequiis, ex quo ſum factus Imperator, demereri ſtuduerim; quod ex datis ad eum literis intelligere poteſtis. Quin & ante hoc tempus qualis adverſus ipſum fuerim inde cognoſcite. Cum enim non ignorarem, ſi quid peccatum foret, ejus in me invidiam ac periculum omne redundaturum, pleraque vero aliis ab auctoribus eſſe gerenda; primum rogavi, ut ſi hæc illi facienda viderentur, meque prorſus Cæſarem appellare decreviſſet, viros mihi bonos & egregios adminiſtros daret. At ille primum nequiſſimos attribuit. Quorum cum unus, omnium perditiſſimus, & quidem libenter auſcultaſſet, tandem optimum mihi virum vel invitus dedit, Saluſtium: qui ſtatim illi ſuſpectus ob virtutem eſſe cœpit. Qui cum mihi non ſufficeret, *animadverterem autem morum diverſitatem; ac viderem illum quidem ei, a quo regeretur, fidentem, al-*

A ὡς ὐδεὶς Καισάρων ὐδένα τ ἔμπροσθεν Αὐτοκρατόρων. Οὐδὲν γὰρ εἰς τὴν τήμερον ὑπὲρ ἐκείνων ἐγκαλεῖν μοι, ϗ ταῦτα παῤῥησιασαμένῳ πρὸς αὐτὸν· ἀλλὰ γελοίας αἰτίας ὀργῆς ἀναπλάττειν. Λεπτικῖνον, φησὶ, καὶ τρεῖς ἄλλους ἀνθρώπους κατέσχεν. ὃς εἰ καὶ κτείνας ἥμην ἐπιβουλεύσαντας ἔμοιγε φανερῶς, ἐχρῆν τὴν ὑπὲρ τ παθόντων ὀργὴν ἀφεῖναι τ ὁμοίας ἕνεκα· τούτους δὲ ὐδὲν ἄχαρι διαθεὶς, ὡς ταραχώδεις φύσει, καὶ πολεμοποιοὺς κατέσχον, πολλὰ πάνυ δαπανῶν

B εἰς αὐτοὺς ἐκ τῶν δημοσίων, ἀφελόμενος ὐδὲν τ ὑπαρχόντων ἐκείνοις. Ὁρᾶτε πῶς ἐπεξιέναι τούτοις ὁ Κωνσάντιος νομοθετεῖ. ὁ γὰρ χαλεπαίνων ὑπὲρ τῶν προσηκόντων μηδὲν, ἆρ ὐκ ὀνειδεῖζέ μοι καὶ καταγελᾷ τῆς μωρίας, ὅτι τὸν φονέα πατρὸς, ἀδελφῶν, ἀνεψιῶν, ἁπάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς κοινῆς ὑμῶν ἑστίας καὶ συγγενείας τ δήμιον, εἰς τοῦτ ἐθεράπευ-

C σα; σκοπεῖτε δὲ ὅπως καὶ γενόμενον Αὐλοκράτωρ ἔτι θεραπευτικῶς αὐτῷ προσηνέχθην ἐξ ὧν ἐπέστειλα. Καὶ τὰ πρὸ τούτου δὲ ὁποῖός τις γέγονα περὶ αὐτὸν, ἐντεῦθεν εἴσεσθε. Ἀισθόμενον ὅτι τῶν ἁμαρτανομένων κληρονομήσω μὲν αὐτὸς τὴν ἀδοξίαν, καὶ τ κίνδυνον, ἑξεργασθήσεται δὲ ἑτέροις τὰ πλεῖστα· πρῶτον μὲν ἐκέτευον εἰ ταῦτα πράττειν αὐτῷ Φαίνοιτο, καὶ πάντως ἐμὲ προσαγορεύῃ

D Καίσαρα δεδογμένον εἶη, ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ σπουδαίους δοῦναί μοι τοὺς ὑπαργοῦντας, ὁ δὲ πρότερον ἔδωκε τοὺς μοχθηροτάτους. Ὡς δ ὁ μὲν εἷς ὁ πονηρότατος καὶ μάλα ἀσμένως ὑπήκουσεν, ἄνδρα δίδωσιν ἄκων ἐμοὶ ϗ μάλα ἀγαθὸν Σαλούστιον· ὃς διὰ τὴν ἀρετὴν εὐθέως αὐτῷ γέγονεν ὕποπτος. Οὐκ ἀρκεθεὶς ἐγὼ τ τοιούτῳ· καταγνοὺς δ πρὸς τὸ διάφορον τ τρόπου καὶ βλέπων τ μὲν ἄγειν αὐτὸν

πισεύονλα, τῷ δὲ ἀδ' ὅλως προσέχοντα. τῆς δεξιᾶς αὐλῦ καὶ τῶν γονάτων ἁψάμενος, τούτων ἔφην ἀδεὶς ἐσίμοι συνήθης, ἀδὲ γέγονεν ἔμπροσθεν· ἐπισάμενός δὲ αὐτὰς ἐκ φήμης, σῦ κελεύσανλός, ἑταίρας ἐμαυλῦ καὶ φίλας νομίζω, τοῖς πάλαι γνωρίμοις ἐπίσης τιμῶν. ἀ μὴν δίκαιον ἐν τούτοις ἐπιτραφθαι τὰ ἐμὰ, ἢ τὰ τούτων ἡμῖν συγκινδωνεῦσαι· τί ἂν ἐκέλευω; γραπτὰς ἡμῖν δὸς ὥσπερ νόμους, τίνων ἀπέχεσθαι χρὴ, καὶ ὅσα πράττειν ἐπιτρέπεις· δῆλον γὰρ ὅτι ἢ μὲν πειθόμενον ἐπαινέσεις, ἢ δὲ ἀπειθοῦντα κολάσεις· εἰ καὶ, ὅτι μάλιστα νομίζω, μηδὲν ἀπειθήσειν.

Ὅσα μὲν οὖν ἐπεχείρησεν ὁ Πενταδίος αὐτίκα καινοτομεῖν, ἀδὲν χρὴ λέγειν· ἀντιπέρατον δὲ ἐγὼ πρὸς πάντα. καὶ γίνεταί μοι δυσμενὴς ἐκεῖθεν. εἶτ' ἄλλον λαβὼν, καὶ παρασκευάσας δεύτερον, καὶ τρίτον, Παῦλον, Γαυδέντιον, τὰς ὀνομασὰς ἐπ' ἐμὲ μισθωσάμενος συκοφάντας, Σαλούστιον μὲν ὡς ἐμοὶ φίλον ἀποσῆναι παρασκευάζῃ· Λουκιανὸν δὲ δοθῆναι διάδοχον αὐτίκα. καὶ μικρὸν ὕστερον καὶ Φλωρέντιος ἦν ἐχθρὸς ἐμοὶ διὰ τὰς πλεονεξίας, ἃς ἐναντιούμην. Πείθουσιν οὖν οἱ τὴν Κωνσάντιον ἀφελέσθαι με τῶν στρατοπέδων ἁπάντων, ἴσως τι καὶ ὑπὸ τῆς ζηλοτυπίας τῶν κατορθωμάτων κινούμενον. καὶ γράφῃ γράμματα πολλῆς μὲν ἀτιμίας εἰς ἐμὲ πλήρη, Κελτοῖς δὲ ἀνάσασιν ἀπειλοῦντα. Μικρῷ γὰρ δέω φάναι τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν ἀδιακρίτως τὸ μαχιμώτατον ἀπαγαγεῖν τῆς Γαλατίας ἐκέλευσεν· ἐπιτάξας τοῦτο ἔργον Λουπικίνῳ τε καὶ Γιντονίῳ· ἐμοὶ δ' ὡς ἂν πρὸς μηδὲν ἐναντιωθείην αὐτοῖς ἐπέστειλεν. Ἐνταῦθα μέν τοι τίνα τρόπον τὰ τῶν θεῶν εἵπομι ἂν

A *alteri vero haud omnino adhærentem*, dextram illius amplexus ac genua: Horum, inquam, nemo mihi neque familiaris eſt, neque fuit antea; ſed cum eos ex fama cognoverim, juſſu tuo ſodales & amicos exiſtimo, & eodem loco ac veteri mihi familiaritate conjunctos habeo. Non eſt tamen æquum meas res illis committi, aut eorum res cum meis in periculum adduci. Quid igitur poſtulo? Ut tu ſcilicet veluti leges quasdam mihi deſcribas; quibus abſti-
B nere me, quæque gerere permittas. Tum enim me, ſi quidem obtemperavero, utique laudabis; ſin parere noluero, pœnam exiges. Quanquam ſpero me nihil contra quam jufſeris, eſſe facturum.

Cæterum quid Pentadius novarum rerum ſubinde molitus ſit, nihil attinet dicere. Atq; iis ego conatibus omnibus reſtiti. Unde ille mihi inimicus eſt factus. Moxque alterũ ſibi & ſecundum adjungens, ac tertium, atque inſignes calumniatores, Paulum & Gau-
C dentium, contra me conducens obtinuit, ut Saluſtio, quod amicus mihi eſſet, a me remoto, confeſtim Lucianus ſucceſſor daretur. Deinde haud multo poſt Florentius inimicus eſſe cœpit, quod ejus cupiditatibus obſiſterem. Ergo iſti Conſtantio perſuadent, ut me ab exercituum præfectura revocaret; cum & ipſum fortaſſe rerum a me geſtarum æmulatio pupugiſſet. Ita-
D que literas ſcripſit non modo plenas infamia nominis mei, ſed quæ Gallis extremam cladem ac vaſtationem indicerent. Etenim propemodum milites omnes, ac quicquid roboris erat, e Galliis ſine ullo diſcrimine deportari juſſit, idque Lupicino ac Gintonio commiſit; mihi vero, ne qua re illis obſiſterem, per literas mandavit. Hic ego quæ tum a Diis geſta ſunt, qua tandem

dem oratione apud vos explicem? Teſtes iidem illi ſunt, me per id tempus de omni imperatorio apparatu & inſignibus deponendis ſedulo cogitaſſe, uti deinceps quiete degerem, neque Reipublicæ partem ullam attingerem. Quare Florentii & Lupicini adventum expectabam. Nam alter Viennæ tum erat, alter in Britanniis. Sub hæc tumultus ingens a paganis ac militibus exoritur, & a neſcio quo libellus ſine nomine ſpargitur per propinquum oppidum in Petulantes & Celtas. (ea legionum nomina ſunt.) In quo multa adverſus illum jactata, multæ de proditis Galliis querelæ continebantur. Nec minus ignominiam meam auctor illius libelli deplorabat. Quo allato, qui Conſtantio erant addictiſſimi, valde commoti ſunt, mihi ut quantis poſſent conatibus inſtarent, uti citius milites emitterem, priusquam in alios ordines ſimiles libelli ſpargerentur. Neque enim alius quiſpiam aderat eorum, qui benevolo in me animo eſſe viderentur. Erant ii Nebridius, Pentadius, ac Decentius, quem ad id negotii Conſtantius ipſe miſerat. Quibus cum ego reſponderem, Lupicinum & Florentium expectandos eſſe, nemo ad aures admittebat; imo vero contraria omnia facienda dicebant, niſi mallem ad priores ſuſpiciones hoc velut evidens argumentum & indicium adjungere. Præterea nunc quidem, ajebant, emiſſis illis, tuum hoc factum eſſe judicabitur; ſin illi reverſi fuerint, iis ipſis, non tibi, Conſtantius attribuet, tu vero in crimen vocaberis. His rationibus ut ad illum ſcriberem perſuaſerunt, vel coëgerunt potius. Perſuaſus enim facit aliquid, cui ſit integrum non facere; cogere autem quibus licet, hos impetrare aliquid perſuadendo nihil neceſſe eſt. Quare qui coguntur, non iis perſuaderi, ſed neceſſitas afferri dicitur. Igitur cum ſe duplex iter offerret, deliberan cœ-

A ἔργα πρὸς ὑμᾶς; διενοήμην, μάρτυρες δὲ αὐτοί, πᾶσαν ἀπορρίψας τὴν βασιλικὴν πολυτέλειαν καὶ παρασκευὴν, ἡσυχάζειν· πράττειν ὃ ἀδὲν ὅλως. ἀνέμενον ὃ Φλωρέντιον παραγενέσθαι, καὶ τ Λυπικῖνον· ἦν γὰρ ὁ μὲν περὶ τὴν Βίενναν, ὁ δὲ ἐν ταῖς Βρετανίαις. Ἐν τούτῳ θόρυβος πολὺς ἦν περὶ πάντας τοὺς ἰδιώτας, καὶ τοὺς στρατιώτας· καὶ γράφ τις ἀνώνυ-

B μον εἰς τὴν ἀσυγκίτονά μοι πόλιν, πρὸς τοὺς Πετυλάντας τοῖσι, ἢ Κέλτας· ὀνομάζεται δὲ ὅτω τὰ τάγματα. ἐν ᾧ πολλὰ μὲν γέγραπτο κατ' ἐκείνυ· πολλοὶ δὲ ὑπὲρ τῆς Γαλλῶν προδοσίας ὀδυρμοί. καὶ μέν τοι καὶ τὴν ἐμὴν ἀτιμίαν ὁ τὸ γραμμάτιον ξυγγράψας ἀπωδύρετο. Τοῦτο κομισθὲν ἐκίνησε πάντας, οἳ τὰ Κωνσαντίυ μάλιστα ἐφρόνυν, ἐπιθέσθαί

C μοι καλὰ τὸ καρτερώτατον, ὅπως ἤδη τοὺς στρατιώτας ἐκπέμψαιμι, πρὶν ἢ εἰς τὰς ἄλλας ἀριθμοὺς ὅμοια ῥιφῆναι. καὶ γὰρ ὠδὲ ἄλλ τις παρῆν τ δοκούντων ἔυνους ἔχειν ἐμοί· Νεβριδί, Πενταδί, Δεκεντί, ὁ παρ' αὐτὸ πεμφθεὶς ἐπ' αὐτὸ τοῦτο Κωνσαντίυ· λέγοντ δέ μυ χρῆναι περιμένειν ἔτι Λυπικῖνον, καὶ Φλωρέντιον, ἀθεὶς ἤκουσεν· ἀλλ' ἔλεγον πάντες τἀναντίον ὃ δεῖ ποιεῖν, εἰ μὴ βάλομαι

D ταῖς προλαβούσαις ὑποψίαις ὥσπερ ἀπόδειξιν καὶ τεκμήριον τοῦτο προσθεῖναι. εἶτα πρεσθέσαν ὡς νυῖ μὲν ἐκπεμφθέντων αὐτῶν, σόν ἐσι τὸ ἔργον· ἀφικομένων δὲ τούτων, ἅ σοι τοῦτο, ἀλλ' ἐκείνοις λογιεῖται Κωνσάντιος· σὺ δὲ ἐν αἰτίᾳ γενήσῃ· γράψαι με ἔπεισαν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ ἐβιάσαντο. πειθέλαι μὲν γὰρ ἐκεῖνος, ὥπερ ἔξεσι μὴ πειθῆναι· βιάζεσθαι δὲ οἷς ἂν ἐξῇ, ἅ πείθειν ὠδὲν προσδέονται· ἀκῶν ὠδὲ οἱ βιασθέντες τῶν πεπεισμένων εἰσὶν, ἀλλὰ τ ἀναγκασθέντων. ἐσκόπυν μὲν ἐνταῦθα ποίαν ὁδὸν αὐτὸς χρὴ

βαδίζειν, διτῆς ὄσης. ἐγὼ μὲν ἠξίουν ἑτέραν τραπῆναι· οἱ δὲ ἄνθις ἀναγκάζουσιν ἐκείνην ἰέναι. μὴ τότε αὐλὸ γενόμενον ὥσπερ ἀφορμήν τινα σάσεως τοῖς στρατιώταις παράσχῃ, καὶ ταραχῆς τινος αἴτιον γένηται· εἶτα σασιάζειν ἅπαξ ἀρξάμενοι πάντα ἀθρόως ταράξουσιν. Ἐδόκει τὸ δέος ἐπὶ πάντας ἄλογον εἶναι τῶν ἀνθρώπων. ἦλθε τὰ τοιαῦτα· ὑπῆλθόν σφας καὶ τὸ νενομισμένον αὐτοῖς· ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ παρέτρεψα· μίαν ἡμέραν ἐπέμεινεν, ἄχρις ἧς ἐθὲν ἤδειν ἐγὼ τῶν βεβουλευμένων αὐτοῖς· ἴστω Ζεύς, Ἥλιος, Ἄρης, Ἀθηνᾶ, καὶ πάντες θεοί, ὡς ἐδὲ ἐγγὺς ἀφίκετό μου τις τοιαύτη ὑπόνοια ἄχρι δείλης αὐτῆς. ὀψίας ἤδη περὶ ἡλίου δυσμὰς ἐμηνύθη μοι· καὶ αὐλίκα βασίλεια περιείληπτο. καὶ ἐδόων πάντες, ἔτι φρονηζόντος μου τί χρὴ ποιεῖν, καὶ ὅπως σφόδρα πιστευόντως· ἔτυχον γὰρ ἐπὶ τῆς γαμετῆς ζώσης μοι ἀναπαυόμενος, ἰδίᾳ πρὸς τὸ πλησίον ὑπερῷον ἀνελθών· εἶτα ἐκεῖθεν· ἀνεπέπταται γὰρ ὁ τοῖχος· προσεκύνησα τὸν Δία. Γενομένης δ' ἔτι μείζονος τῆς βοῆς, καὶ θορυβουμένων πάντων ἐν τοῖς βασιλείοις, ἠτεόμην τὸν θεὸν δῆναι τέρας. αὐλὰρ ὅ, γε ἡμῖν ἔδειξε, καὶ ἡνώγει πειθῆναι, καὶ μὴ προσεναντιοῦσθαι τῇ στρατοπέδου τῇ προθυμίᾳ. Γενομένων ὅμως ἐμοὶ καὶ τούτων τῶν σημείων, οὐκ εἶξα ἑτοίμως, ἀλλ' ἀντέσχον εἰς ὅσον ἠδυνάμην· καὶ ὅτε τὴν πρόσρησιν, ὅτε τὸν στέφανον παρεσιέμην. ἐπεὶ δὲ ἐδὲ εἷς τῶν πολλῶν ἠδυνάμην κρατεῖν· οἵ τε τότε βουλόμενοι γενέσθαι θεοὶ, τοὺς μὲν παρώξυνον, ἐμοὶ δὲ ἔθελγον τὴν γνώμην· ὥρα πως τρίτη σχεδὸν οὐκ οἶδα ἔ τινός μοι στρατιώτου δόντος μανιάκην, περιεθέμην· καὶ ἦλθον εἰς τὰ βασίλεια, ἔνδοθεν ἀπ' αὐλῆς, ὡς ἴσασιν οἱ θεοὶ, στένων τὸν καρ-

A ptum est, quodnam tenendum esset. Ego vero altero abeundum arbitrabar; isti contrarium ut sequerer invitum me perpulerunt: ne si alterum insisterem, seditionis ac tumultus id occasionem militibus afferret; tum ubi semel turbare cœpissent, repente omnia permiscerent. Nec sine causa visus est ejusmodi illis timor injectus. Inde militares ordines adveniunt. Ego ex istorum sententia illis occurro, hortorque ut se ad

B iter parent. Uno postea die substiterunt: cum eorum, quæ milites ipsi deliberaverant, ignarus hactenus fuissem. Testor ego Jovem, Solem, Martem, Minervam, ac Deos omnes, ne minimam quidem hujus ad me rei suspicionem ante vesperam illius diei venisse. Vespere demum sub occasum solis res mihi tota significatur. Atque ecce repente palatium undique a militibus obsidetur, vociferantibus omnibus;

C cum ego quid facto esset opus cogitarem adhuc, neque admodum confiderem. Ac tum forte vivente adhuc conjuge, cum in vicinum cœnaculum ascendissem, ibi secubabam. Inde, qua murus erat apertus, Jovem adoravi. Increbescente vero clamore, omnibusque per palatium tumultu perstrepentibus, omen aliquod a Deo postulavi. Quod ipse mihi statim ostendit; & ut ei confiderem, neque militum voluntati refragarer, admonuit. His portentis & indiciis acceptis, non sponte tamen accessi,

D sed, quoad licuit, obstiti, ac neque appellationem ipsam, neque coronam admisi. Cum autem neque multos unus ego superare possem; &, quibus id placuerat, Dii acrius illos incitarent, animum vero meum mulcerent; tandem circa tertiam horam ab nescio quo militum oblatum mihi torquem imposui, & palatium ingressus sum gemebundus, atque ex imo corde suspirans: cujus rei testes Deos ipsos invoco. Quanquam erat profecto

quod

quod prodigio illo præeunti confisus Deo
A fecurus eſſem. Sed pudebat me non ad
finem usque videri Conſtantio fideliter ob-
ſecutum. Inter hæc cum tacitus quidem
in palatio mœror obverſaretur, ut hanc i-
pſam temporis opportunitatem raperent a-
mici Conſtantii, ſtatim inſidias adverſum
me comparant, & in milites pecunias lar-
giuntur: rati ſe horum alterum conſecutu-
ros; ut vel nos ab invicem divellerent; vel
ur illi aperte impetum in me facerent. Quod
ubi clam ab illis agi quidam eorum ani-
B madvertit, qui prodeunti uxori ab officiis
erant, primum ad me detulit. Sed cum
rem a me negligi videret, velut ſubito
furore correptus ac fanaticus, publice
per forum volitans exclamat: Adeſte
milites, peregrini ac cives; Imperatorem
nolire prodere. Quam ad vocem repenti-
nus militum animis ardor injectus eſt. Fit
ad palatium cum armis concurſus omni-
um. Ibi cum me ſalvum & incolumem
C offendiſſent, vehementer gaviſi, ut qui a-
micos ſuos ex inſperato vident, aliunde ali-
us accurrens amplecti me, circumſtringere
arctius, & in humeros portare. Erat digna
ſpectaculo res, & divini cujusdem afflatus
ac furoris ſimilis. Cum me autem undi-
que circumdediſſent, Conſtantii amicos o-
mnes ad necem quærebant. Hic ego quan-
tum, ut eos ſervarem, laboris ac certaminis
ſuſceperim, Deos omnes conſcios habeo.
D Tum vero poſtea qua me tandem erga
Conſtantium ratione geſſi? Nondum ad
hodiernum usque diem iis in literis, quas
ad illum ſcripſi, ea ſum uſus appellatione,
quam mihi Dii immortales tribuerunt; ſed
Cæſarem me duntaxat nominavi. Præterea
militibus perſuaſi, mihi ut jurarent, ſe nihil
affectaturos, ſi nos tuto in Galliis habitare
permitteret, & rata quæ geſta erant haberet.
Data eſt & communi militum meorum no-

δίας. Καί τα χρῆν δήπωθεν πιστεύσαντα τῷ Φήναντι θεῷ τὸ τέρας θαῤῥεῖν. ἀλλ' ἠσχυνόμην δεινῶς, καὶ κατεδυόμην, εἰ δόξαιμι μὴ πιστῶς ἄχρι τέλους ὑπακοῦσαι Κωνσαντίῳ. Πολλῆς ὕσης περὶ τὰ βασίλεια καὶ ηΦείας, τοῦτον εὐθὺς οἱ Κωνσαντίου Φίλοι τὸν καιρὸν ἁρπάσαι διανοηθέντες, ἐπιβελήν μοι ῥάπισιν αὐτίκα, καὶ διένειμαν τοῖς στρατιώταις χρήματα, δυοῖν θάτερον προσδοκῶντες, ἢ διαστήσειν ἀλλήλους, ἢ καὶ πανλάπασιν ἐπιθέσθαί μοι Φανερῶς. Αἰσθόμενός τις τῶν ἐπιλελαγμένων τῇ προόδῳ τῆς ἐμῆς γαμετῆς λάθρᾳ πρατλόμενον αὐτὸ, ἐμοὶ μὲν πρῶτον ἐμήνυσεν. ὡς δὲ ἑώρα με μηθὲν προσέχοντα, παραΦρονήσας, ὥσπερ οἱ θεόληπτοι, δημοσίᾳ βοᾷν ἤρξατο καλὰ τὴν ἀγορὰν· ἄνδρες στρατιῶται, καὶ ξένοι, καὶ πολῖται, μὴ προδότε τὸν Αὐτοκράτορα. Εἶτα ἐμπίπλει θυμὸς εἰς τοὺς στρατιώτας· καὶ πάντες εἰς τὰ βασίλεια μετὰ τῶν ὅπλων ἔθεον. καὶ λαβόντες δέ με ζῶντα, καὶ χαίροντες, ὥσπερ οἱ τοὺς ἐξ ἀνελπίστων ὀΦθέντας Φίλους, ἄλλοθεν περιέβαλον, καὶ περιέπλεκον, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἔΦερον. καὶ ἦν ἴσως τὸ πρᾶγμα θέας ἄξιον, ἐνθουσιασμῷ γὰρ ἐώκει. Ὡς δέ με ἀπανλαχόθεν περιέσχον, ἐζήτουν ἅπαντας τοὺς Κωνσαντίου Φίλους ἐπὶ τιμωρίᾳ. πηλίκον ἠγωνισάμην ἀγῶνα σῶσαι βουλόμενος αὐτούς, ἴσασιν οἱ θεοὶ πάντες. Ἀλλὰ δὴ τὰ μετὰ τοῦτ' πῶς πρὸς τὸν Κωνσάντιον διεπραξάμην; ἵνα καὶ τήμερον ταῖς πρὸς αὐτὸν ἐπιστολαῖς τῇ δοθείσῃ μοι παρὰ τῶν θεῶν ἐπωνυμίᾳ κέχρημαι. Καίσαρα δὲ ἐμαυτὸν ἔγραψα· καὶ πέπεικα τοὺς στρατιώτας ὀμόσαι μοι μηδενὸς ἐπιθυμήσειν, ἅπερ ἡμῖν ἐπιτρέψειεν ἀδεῶς οἰκεῖν τὰς Γαλλίας, τοῖς πεπραγμένοις συναινέσαι· ἅ-

πανῖα τὰ παρ' ἐμοὶ τάγμαῖα πρὸς αὐτὸν ἔπεμψεν ἐπιστολὰς, ἱκετεύοντα περὶ τ πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν ὁμονοίας. Ὁ δὲ ἀντὶ τούτων ἐπέβαλεν ἡμῖν τὰς Βαρβάρους· ἐχθρὸν ὄ ἀνηγόρευσέ με παρ' ἐκείνοις· καὶ μισθὰς ἐτέλεσεν, ὅπως τὸ Γαλλιῶν ἔθνος πορθηθείη· γράφων τε τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ παραφυλάττειν τὰς ἐκ τῶν Γαλλιῶν παρεκελεύετο. καὶ περὶ τὰς Γαλλικὰς ὄρας ἐν ταῖς πλησίον πόλεσιν εἰς τριακοσίας μυριάδας μεδίμνων πυρῦ κατειργασμένας ἐν τῇ Βριγαντίᾳ· τοσοῦτον ἕτερον ἐπὶ τὰς Σκοτίας Ἄλπεις ὡς ἐπ' ἐμὲ στρατεύσων ἐκέλευσε παρασκευασθῆναι. Καὶ ταῦτα μὲ λόγοι· σαφῆ ὄ ἔργα. καὶ γὰρ ἃς γέγραφεν ἐπιστολὰς ὑπὲρ τ Βαρβάρων κομισθείσας ἐδεξάμην· καὶ τὰς τροφὰς τὰς παρεσκευασμένας καὶ ἐλαβον· καὶ τὰς ἐπιστολὰς Ταύρῳ. Πρὸς τούτοις ἔτι νῦν μοι Καίσαρι γράφῃ· καὶ οὐδὲ σωθήσεσθαι πώποτε πρός με ὑπέσχη· Ἀλλ' Ἐπίκητόν τινα τῶν Γαλλιῶν ἐπίσκοπον ἔπεμψεν, ὡς πιστά μοι περὶ τ ἀσφαλείας τῆς ἐμαυτοῦ παρέξοντα. καὶ τοῦτ' θρυλλεῖ δι' ὅλων αὐτοῦ τῶν ἐπιστολῶν, ὡς οὐκ ἀφαιρησόμενος τὸ ζῆν, ὑπὲρ ὄ τ τιμῆς ὀφὲν μνημονεύῃ. Ἐγὼ δὲ τοὺς μὲν ὅρκους αὐτοῦ, τὸ τῆς παροιμίας, οἶμαι δεῖν εἰς τέφραν γράφειν· ὅτως εἰσὶ πιστοί. τ τιμῆς δὲ ὀ τοῦ καλοῦ καὶ πρέποντος μόνον, ἀλλὰ καὶ τ τῶν Φίλων ἕνεκα σωτηρίας ἀντέχομαι. καὶ ὅπως φημὶ τὴν παντάχοῦ γῆς γυμναζομένην πικρίαν. Ταῦτα ἔπεισέ με· ταῦτα ἐφάνη μοι δίκαια· καὶ πρῶτον μὲν αὐτὰ τοῖς πάντα ὁρῶσι καὶ ἀκούουσιν ἀνεθέμην θεοῖς. Εἶτα θυσάμενος περὶ τ ἐξόδου, καὶ γενομένων καλῶν τῶν ἱερῶν, καθ' αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τοῖς στρατιώταις περὶ τ ἐπὶ τάδε πορείας ἔμελλον διαλέγεσθαι, ὑπέρ τε τ ἐμαυτοῦ σωτηρίας, καὶ πολὺ

Cor. Κοττίας

A mine ad illum epiſtola, qua pro mutua inter nos concordia ſupplicabant. At ille pro his omnibus officiis in nos Barbaros commovit, & me apud eos hoſtem denunciavit; imo ad vaſtandas Gallias mercede illos auctoravit: ſcripſitinſuper ad eos qui erant in Italia, & ut eos caverent qui e Galliis venirēt hortatus eſt. Tum circa Galliarum limitem, vicinis in oppidis, Brigantiæ elaborati frumenti tricies B millies centena medimnorum millia; totidem ad Alpes Cottias condita ſervari juſſit; ut adverſum me copias moveret. Quæ quidem non verbo tenus jactata, ſed reipſa ſcitote eſſe perfecta. Nam & literas, quæ ad concitandos Barbaros ſcriptæ erant, accepi; & annonam omnem, quam parari juſſerat, reperi; nec non literas Tauri. Præter hæc mihi ſic adhuc tanquam Cæſari ſcribit, nec ullam unquam mecum ſe compoſitionem eſſe facturum plane recepit. Quinetiam C Epictetum quendam Galliarum Epiſcopum ad me miſit, qui mihi de ſalute mea fidem daret: atque hoc in omnibus ſuis epiſtolis commemorat, vitam ſe mihi conceſſurum; de honore meo verbum nullum. Ego vero juramenta quidem illius in cinere ſcribenda, ut in proverbio eſt, arbitror; adeo fide digna ſunt: honorem vero ſemel a me ſuſceptum non modo quia id honeſtum eſt D ac decorum; ſed etiam quia ad amicorum ſalutem pertinet, tueri ac retinere cupio: ut interim de acerbitate illa & atrocitate taceam, qua ubique terrarum utitur. His ego rebus perſuaſus ſum; hæc mihi juſtiſſima viſa ſunt. Ac primum videntibus & audientibus omnia Diis iſta commiſi. Tum quoniam ſacris pro exitu celebratis eo die perlitavi, quo de noſtra huc profectione milites eram allocuturus; non ſolum pro mea ſalute, verum

etiam

etiam pro utilitate Reipublicæ, & communi omnium libertate, ac præſertim Gallicanæ gentis, quam ille bis hoſtium poteſtati dedidit; neque majorum ſepulcris pepercit, cum aliena enixe colat ac veneretur: Iis de cauſis potentiſſimas nationes in poteſtatem redigere, ac rei pecuniariæ rationes æquiſſimas ex auri argentique metallis comparare ſtatui: ac ſi nunc ſaltem pacem inter nos & concordiam amplecti voluerit, in iis acquieſcere, quæ hactenus ſum adeptus; ſin bellum gerere contra me maluerit, neque quicquam de priore ſententia remittat, id omne *agere vel* præſtare, quod Diis libitum fuerit. Turpius eſt enim imbecillitate animi & mentis imperitia vinci ab illo, quam militaribus copiis. Etenim ut me militum multitudine modo ſuperet, non hoc ei facinus, ſed copioſis illis exercitibus tribuendum erit. Quod ſi me adhuc in Galliis hærentem, & vitæ cupidum, ac periculum detrectantem, circumfuſis undique copiis intercluſiſſet; ſi mihi a tergo & a lateribus Barbaros, a fronte caſtra ſua objeciſſet; non ſolum extrema quæque toleranda, ſed, quod probis & modeſtis hominibus nullo detrimento levius eſt, perpetua ignominiæ nota ſuſtinenda fuit. Hæc, Athenienſes, apud me cogitata commilitonibus meis expoſui, eademque ad commune Græcorum omnium ſcripſi. Poſtremo Deos immortales precor, quorum in poteſtate cuncta ſunt poſita, ut, quod mihi præſidium polliciti ſunt, in finem usque tribuant; & Athenis ipſis concedant, ut & bene de iis, quoad licet, mereri poſſimus, & ejusmodi perpetuo Imperatores habeant, qui cum illa maxime atque inſigniter norint, tum ſtudio & amore proſequantur.

A πλέον ὑπὲρ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραγίας, καὶ τῆς ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων ἐλευθερίας· αὐτῷ τε τῷ Κελτῶν ἔθνους, ὃ δὴς ἤδη τοῖς πολεμίοις ἐξέδωκεν· ὅτε τῶν προγονικῶν φεισάμενος τάφων, ὃς τὰς ἀλλοτρίας πάνυ θεραπεύων, ὠήθην δεῖν ἔθνη τε προσλαβεῖν τὰ δυναίωτατα, καὶ χρημάτων πόρους δισμυρίων ἐξ ἀργυρίων καὶ χρυσίων· καὶ εἰ μὲν ἀγαπήσειεν ἔτι νῦν γε τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμόνοιαν, εἴσω τῶν νῦν
B ἐχομένων μένειν. εἰ δὲ πολεμεῖν διανοοῖτο, καὶ μηδὲν ἀπὸ τῆς προτέρας γνώμης χαλάσειεν, ὅ, τι ἂν ᾖ τοῖς θεοῖς φίλον παρασχεῖν ἢ πράττειν. ὡς αἰσχρὸν ἀνανδρίᾳ ψυχῆς, καὶ διανοίας ἀμαθίᾳ, ἢ πλήθει δυνάμεως ἀθενέστερον αὐτὸν φανῆναι. Νυῦ μὲν γὰρ εἰ τῷ πλήθει πραλήσειεν, οὐκ ἐκείνου τὸ ἔργον, ἀλλὰ τῆς πολυχειρίας ἐσίν. εἰ δὲ ἐν ταῖς Γαλλίαις περιμένοντά με, καὶ τὸ ζῆν ἀγαπῶντα, καὶ
C διακυλίοντα τὸ κίνδυνον, ἀπαντιαχόθεν περικόψας παλέλαβε, κύκλῳ μὲν ὑπὸ τῶν Βαρβάρων· καλὰ στόμα δὲ ὑπὸ τῶν αὐτῷ στρατοπέδων· τὸ παθεῖν τε οἶμαι τὰ ἔσχατα πρόσθεν· καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη ὀδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσι. Ταῦτα διανοηθεὶς, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς τε συστρατιώταις τοῖς ἐμῷ δήλθον, καὶ πρὸς κοινὰς τῶν πάντων Ἑλλήνων πολίτας γράφω. Θεοὶ δὲ οἱ πάν-
D των κύριοι, συμμαχίαν ἡμῖν, ὥσπερ τὴν ἑαυτῶν ὑπέσησαν, εἰς τέλος δοῖεν, καὶ παράσχοιεν ταῖς Ἀθήναις, ὑφ' ἡμῶν τε εἰς ὅσον δυνάμεις ἦν παθεῖν, καὶ τοιούτους ἔχειν εἰσαεὶ τοὺς αὐτοκράτορας, οἳ μάλιστα καὶ διαφερόντως αὐτὰ εἴσονται, καὶ ἀγαπήσουσιν.

ΑΠΟΣ-

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ
ΛΟΓΟΥ ΤΙΝΟΣ Η ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ
ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ.

FRAGMENTVM
ORATIONIS
EPISTOLÆVE CVIVSDAM
IVLIANI IMPERATORIS.

* * * A * * *
* * * *
* *
* * * *

* * * * πλὴν εἴ τις τὸν βασιλέα ἐπιδώσει ἀτακτοῦντάς τινας, αὐτίκα μάλα κολάζουσιν· ἐπὶ δὲ τοὺς ἀπροσωπολήπτους τοῖς θεοῖς, ἐς τὸ τῶν πονηρῶν δαιμόνων τέλαγμένον φῦλον· ὑφ' ὧν οἱ πολλοὶ παροιστρούμενοι τῶν ἀθέων, ἀναπείθονται θάνατον. ὡς ἀναπηδῶμενοι πρὸς τὸν ἀέρα, ὅταν ἀποῤῥήξωσι τὴν ψυχὴν βιαίως. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὰς ἐρημίας ἀντὶ τῶν πόλεων διώκασιν· ὄντως ἀνθρώπῳ φύσει πολιτικῷ ζώῳ καὶ ἡμέρᾳ, δαίμοσιν ἐκδεδομένοι πονηροῖς· ὑφ' ὧν εἰς ταύτην ἄγονται τὴν μισανθρωπίαν. ἤδη δὲ καὶ δεσμὰ, καὶ κλοιοὺς ἐξεῦρον οἱ πολλοὶ τούτων. Οὕτω πανταχόθεν αὐτὸν ὁ κακὸς συνελαύνει δαίμων, ᾧ δεδώκασιν ἑκόντες ἑαυτοὺς ἀποσπάντες τῶν ἀϊδίων καὶ σωτήρων θεῶν. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων ἀπόχρη τοσαῦτα εἰπεῖν. ὅθεν ἐξέβην, εἰς τοῦτο ἐπανήξω.

* Verum si quos in Principem tumultuantes viderint, statim puniunt; iis vero, qui ad Deos accedere nolunt, puniendis malorum dæmonum natio præficitur: quorum intemperiis atheorum plerique perciti, mortem appetendam esse persuadent sibi, tanquam in cœlum evolaturi, ubi per vim animam ex iis vinculis extorserint. Alii solitudines urbibus anteponunt: cum sit homo natura civile ac mansuetum animal. Sed isti in pravorum dæmonum potestate sunt, a quibus ad ejusmodi communis odium humanitatis incitantur. Jam vero compedes etiam & collaria multi ex illis excogitarunt. Ita pessimus illos undique dæmon impellit, cui se ab æternis & servatoribus Diis segregati suapte sponte tradiderunt. Sed de iis hactenus. Nunc eo revertor, unde sum digressus.

Δικαιοπραγίας δὲν τῆς μὲν κατὰ τοὺς πολιτικοὺς νόμους, ἔυδηλον ὅτι μελήσει τοῖς ἐπιτρόποις τῶν πόλεων. πρέποι δ' ἂν καὶ ὑμῖν εἰς παραίνεσιν, τὸ μὴ παραβαίνειν ἱερὰς ὄντας τῶν

Igitur ut secundum civiles leges juste vivatur, manifestum est id civitatum moderatoribus curæ esse debere. Vobis autem ad cohortandos alios convenit ipsas quoque Deorum, quæ sacratæ sunt, leges noqua-

quam

quam transgredi. Cum autem eorum, qui Deo conſecrati ſunt, vivendi genus & inſtitutum majori, quam civile, dignitate par ſit eſſe præditum; ad hoc inducere, &, quale ſit, edocere debemus. Quod quidem meliores, uti veriſimile eſt, quique pervidebunt. Vellem omnes poſſem dicere. Sed ſaltem de illis ita ſpero, qui natura ſua frugi probique ſunt; qui ſermones iſtos, utpote ſibi conſentaneos, agnoſcent. Quamobrem excolenda ante omnia videtur humanitas: hanc enim cum alia multa bona conſequuntur, tum, quod omnium præſtantiſſimum eſt & maximum, Deorum in nos benevolentia. Quemadmodum enim qui iisdem, quibus heri ſui, rebus afficiuntur, velut amicitiis, ſtudiis, & amoribus, plus conſervis cæteris ab illis amantur; ſic divinum numen, quod natura ſua humani generis amans eſt, eadem virtute putandum eſt præditos homines diligere. Humanitatis porro virtus varia eſt ac multiplex: cujusmodi eſt, moderatum eſſe in pœnis irrogandis, idque ad eorum, qui puniuntur, utilitatem referre; perinde ut præceptores in pueros animadvertunt. Tum eorum ſublevare neceſſitates, uti noſtras Dii ſublevant. Reſpicite quantas e terra in nos opportunitates contulerint: alimentorum inprimis genus omne, quantum ne cæteris quidem ſimul omnibus indulſerunt. Quoniam autem nudi in hanc lucem producimur, pecudum nos pilis texerunt; nec non iis, quæ e terra naſcuntur, & arboribus. Neque vero rudem ac ſimplicem ex iis cultum corpori providit: quomodo Moyſes pelliceas veſtes induiſſe refert; ſed animadvertite quot opificis Minervæ in nos derivata ſint munera. Quod enim vino aliud utitur animal? quodnam oleo? niſi ſi cui nos iſta communicemus, qui hominibus ea denegamus? Ecquod autem ex maritimis animantium genus fruge veſcitur? aut terreſtrium iis quæ in mari reperiuntur? Nec de auro, ære, ferrove dico, quibus nos omnibus a Diis locupletati ſumus: non ut ad ipſorum invidiam oberrantes pauperes negligamus: præſertim cum ex iis aliqui pro-

A θεῶν τὰς νόμους. Ἐπεὶ δὲ τ' ἱερατικὸν βίον εἶναι χρὴ τῆ πολιτικῆ σεμνότερον, ἀπλέον ἐπὶ τοῦτον καὶ διδακτέον. ὄψονται δὲ, ὡς εἰκὸς, οἱ βελτίους. ἐγὼ μὲν γὰρ εὔχομαι καὶ πάντας· ἐλπίζω δὲ τὰς ἐπιεικεῖς φύσεις καὶ σπουδαίους. ἐπιγνώσονται γὰρ οἰκείους ὄντας ἑαυτοῖς τοὺς λόγους. Ἀσκητέα τοίνυν πρὸ πάντων ἡ φιλανθρωπία. ταύτη γὰρ ἕπεται πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα

B τῶν ἀγαθῶν· ἐξαίρετον δὲ δὴ καὶ μέγιστον, ἡ παρὰ τῶν θεῶν εὐμένεια. Καθάπερ γὰρ οἱ τοῖς ἑαυτῶν δεσπόταις συνδιαθέμενοι περί τε φιλίας, καὶ σπουδὰς, καὶ ἔρωτας, ἀγαπῶνται πλέον τῶν ὁμοδούλων· οὕτω νομιστέον φύσει φιλάνθρωπον ὂν τὸ θεῖον, ἀγαπᾶν τοὺς φιλανθρώπους τῶν ἀνδρῶν. Ἡ δ' φιλανθρωπία, πολλὴ μὲν παιδοία· καὶ τὸ περφυσμένους κολάζειν τοὺς ἀνθρώπους ἐπὶ τῷ βελτίονι

C τῶν κολαζομένων, ὥσπερ οἱ διδάσκαλοι τὰ παιδία· καὶ τὸ τὰς " χεῖ- f. χρείας αὐτῶν ἐπανορθοῦν, ὥσπερ οἱ θεοὶ τὰς ἡμελέας. Ὁρᾶτε ὅσα ἡμῖν δεδώκασι ἐκ τῆς γῆς ἀγαθά· τροφὰς πανταχοῦ· καὶ ὁπόσας ὑδὲ ὁμῶ πᾶσι τοῖς ζώοις. Ἐπεὶ δὲ ἐτέχθημεν γυμνοὶ ταῖς τε τ' ζώων ἡμᾶς θριξὶν ἐσκέπασαν· καὶ τοῖς ἐκ τ' γῆς φυομένοις, καὶ τοῖς ἐκ δένδρων. καὶ ἐκ ἤρκεσεν ἁπλῶς ὑδὲ

D αὐτοσχεδίως· καθάπερ ὁ Μωϋσῆς ἔφη, τὰς χιτῶνας λαβεῖν δερμαΐνους. ἀλλ' ὁρᾶτε ὅσα ἐγένετο τῆς Ἐργάνης Ἀθηνᾶς τὰ δῶρα. ποῖον οἴνῳ χρῆται ζῶον; ποῖον ἐλαίῳ; πλὴν εἴ τισιν ἡμεῖς καὶ τούτων μεταδίδομεν, οἱ τοῖς ἀνθρώποις ὐ μεταδιδόντες. τί δὲ τῶν θαλαττίων σίτῳ; τί δὲ τῶν χερσαίων τοῖς ἐν τῇ θαλάττῃ χρῆται; Χρυσὸν ὅπω λέγω, καὶ χαλκὸν, καὶ σίδηρον, οἷς πᾶσιν οἱ θεοὶ ζαπλούτους ἡμᾶς ἐποίησαν· ὐχ ἵνα ὄνειδος αὐτῶν

περιορῶμεν πενομοσθένας τὰς πένη- A bis moribus præditi esse videntur: qui cum
τας. ἄλλως τε ὅταν καὶ ἐπιεικεῖς τι- nullum a parentibus patrimonium acceperunt; tum præ animi magnitudine minime
νες τύχωσι τὸν τρόπον· οἷς παλῷ μὲν κλῆρος ὁ γέγονεν· ὑπὸ δὲ μεγαλοψυχίας ἥκιστα ἐπιθυμοῦντες χρημάτων, πένονται. τούτους ὁρῶντες οἱ πολλοὶ τοὺς θεοὺς ὀνειδίζουσιν. Αἴτιοι δὲ θεοὶ μὲν οὐκ εἰσὶ τῆς τούτων πενίας· ἡ δὲ ἡμῶν τῶν κεκτημένων ἀπληστία, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑπὲρ τῶν θεῶν οὐκ ἀληθὴς ὑπολήψεως αἰτία γίνεται, οὐ προσέτι τοῖς θεοῖς ὀνείδους ἀδίκου. B Τί γὰρ αἰτησόμεθα, ἵνα χρυσὸν ὥσπερ τοῖς Ῥοδίοις ὁ θεὸς ὕσῃ τοῖς πένησιν; ἀλλὰ εἰ καὶ τοῦτο γένοιτο, ταχέως ἡμεῖς ὑποσαλλόμενοι τοὺς οἰκέτας, καὶ προθέντες παντάχοῦ τὰ ἀγγεῖα, πάντας ἀπελάσομεν, ἵνα μόνοι τὰ κοινὰ τῶν θεῶν ἁρπάσωμεν δῶρα. Θαυμάσειε δ' ἄν τις εἰκότως εἰ τοῦτο μὲν ἀξιοῦμεν ὅτε πλουσίους γίνεσθαι, καὶ ἀλυσιτελὲς πάντη· τὰ δυνατὰ δὲ μὴ πράττωμεν. Τίς γὰρ ἐκ τοῦ μεταδιδόναι τοῖς πένησι γέγονε πένης, ἐγώ τοι πολλάκις τοῖς δεομένοις προέμενος, ἐκτησάμην αὐτὰ παρ' αὐτῶν πολλαπλάσια· καίπερ ὢν φαύλως χρηματιστής· καὶ οὐδέ ποτέ μοι μετεμέλησε προεμένῳ. Καὶ τὰ μὲν νῦν οὐκ ἂν εἴποιμι. καὶ γὰρ ἂν εἴη παντελῶς ἄλογον εἰ τὰς ἰδιώτας ἀξιώσαιμι βασιλικῆς παραβαλέσθαι χορηγίας. ἀλλ' ὅτε ἔτι ἐτύγχανον ἰ- D διώτης, σύνοιδα ἐμαυτῷ τοῦτο ἀποδὰν πολλάκις. Ἀπεσώθη μοι τέλεως ὁ κλῆρος τῆς τίτθης, ἐχόμενος ὑπ' ἄλλων βιαίως ἐκ βραχέων, ὧν εἶχον, ἀναλίσκοντι τοῖς δεομένοις, καὶ μεταδιδόντι. Κοινωνητέον οὖν τῶν χρημάτων ἅπασιν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐπιεικέσιν ἐλευθεριώτερον· τοῖς δὲ ἀπόροις καὶ πένησιν, ὅσον ἐπαρκέσαι τῇ χρείᾳ. Φαίην δ' ἂν εἰ καὶ παράδοξον εἰπεῖν, ὅτι καὶ τοῖς πολεμίοις ἐσθητος καὶ τροφῆς ὅσιον ἂν

nullum a parentibus patrimonium acceperunt; tum præ animi magnitudine minime pecuniarum appetentes in egestate versantur. Hos cum vulgus intuetur, Deos accusat. Quanquam istorum inopia Diis nequaquam imputanda venit; sed illa potius omnium nostrum, qui opes habemus, insatiabilis cupiditas, uti falsam de Diis opinionem hominibus ipsis; ita Diis iniquam calumniam invidiamque conscivit. Nam quid tandem petimus, ut aurum pauperibus Deus, ut olim Rhodiis, pluat? Verum ut istud accidat, statim nos immissa familia, ac dispositis ubique vasis, cæteros omnes abigemus, uti soli communia Deorum dona rapiamus. Atqui jure miretur aliquis, optari illud a nobis, quod neque fieri potest, estque prorsus inutile; cum interim quæ in nostra sunt potestate posita minime præstemus. Nam quis ex eo, quod in alios homines C largitus sit, pauper est factus? Equidem cum in egentes sæpius erogassem, cum ingenti fœnore a Diis immortalibus recepi; tametsi minus sim ad augendam pecuniam attentus; neque me liberalitatis unquam meæ pœnituit. Ac præsentia quidem omitto; (neque enim rationi consentaneum est, privatorum largitatem cum Imperatoria munificentia conferre,) sed cum privatus adhuc essem, memini id mihi sæpenumero contigisse. Velut cum integra aviæ meæ hæreditas ad me pervenit; quæ ab aliis pervim occupata, salva mihi restituta est, cum ex tenui re, quam tum habebam, prolixe in egenos insumerem. Quamobrem benigne mortalibus omnibus facere nos oportet; sed in probos videlicet liberaliores esse debemus: egentibus autem & pauperibus eatenus tribuere, ut illorum necessitas sublevetur. Dicam amplius, etsi præter communem opinionem id esse videatur; etiam hostibus ipsis

ipſis veſtes & alimenta largiri fas ſanctumque eſſe. Non enim *moribus*, ſed hominibus ipſis tribuimus. Quare vel iis ipſis qui in carcere clauſi ſunt, cura hæc adhibebitur. Neque vero juſtitiæ partes ſuas humanitas iſta præripiet. Etenim nimis illud aſperum eſt, cum ad judicium plures in carceribus aſſerventur, ex quibus aliqui damnandi, alii abſolvendi ſunt, nolle propter innocentes malis ipſis miſericordiam tribuere potius, quam propter malos in eos, qui extra crimen ſunt, inhumanitatem ac crudelitatem ſuſcipere. Præterea cum illud attentius cogito, omnino videtur injuſtum. Jovem enim hoſpitalem vocamus, & iidem Scythis ipſis inhoſpitaliores ſumus. Quanam ergo fronte hoſpitali Jovi ſacrificaturus templum ejus frequentat? qua conſcientia fretus, cum illud obliviſcitur:

Nam ab Jove ſunt omnes,
Mendicique, peregrinique: donatio vero
parvaque, & amica?

Quomodo vero cum ſocialem Jovem venerans, alios homines pecuniarum egentes aſpicit; neque interim vel drachmæ particulam iis adſpergit, rite ſe Jovem adorare confidit? Ad hæc intuens ego hiſcere vix poſſum: cum iſtiusmodi quidem Deorum cognomina, ex quo mundus cœpit uſurpari, ſic tanquam depictas imagines video; at reipſa factiſque tale a nobis adſciſci nihil animadverto. Gentilitii nominantur apud nos Dii, Juppiterque gentilis; ſed nos erga cognatos ipſos tanquam alienos afficimur. Homo enim quilibet homini, velit nolit, cognatione conjunctus eſt. Nam ſive, ut nonnullorum fert opinio, ab uno patre unaque nos omnes matre procreati ſumus: ſive alia quacunque ratione hanc in lucem editi; uti nimirum repente ac ſimul univerſos Dii nos immortales cum mundo ipſo produxerint; adeoque non unum & unam, ſed multos ac multas. Qui enim unum & unam pro-

A εἴη μεταδιδόναι· τῷ γὰρ ἀνθρωπίνῳ, καὶ ὃ τῷ τρόπῳ δίδομεν. Διόπερ οἶμαι καὶ τὰς ἐν δεσμωτηρίῳ καθειργμένας ἀξιωτέον τῆς τοιαύτης ἐπιμελείας. ὅθεν γὰρ κωλύσει τὴν δίκην ἡ τοιαύτη φιλανθρωπία. χαλεπὸν γὰρ ἂν εἴη πολλῶν ἀποκεκλεισμένων ἐπὶ κρίσει, καὶ τῶν μὲν ὀφλησόντων, τῶν δὲ ἀθῴων ἀποφανθησομένων, μὴ διὰ τὰς ἀναγκαίως οἰκτίσαι τινα νέμειν [ἐν] τοῖς πονηροῖς· ἀλλὰ τῶν πονηρῶν ἕνεκα καὶ περὶ τὰς
B ὅλως ἠδικηκότας ἀνηλεῶς καὶ ἀπανθρώπως διακεῖσθαι. Ἐκεῖνο δὲ ἐντεῦθέν μοι παντάπασιν ἄδικον καὶ ἀφανὲς εἶναι. Ξένιον ὀνομάζομεν Δία, καὶ γιγνόμεθα τῶν Σκυθῶν κακοξενώτεροι. Πῶς ἄν ὁ βουλόμενος τῷ ξενίῳ θῦσαι Διΐ, φοιτᾷ πρὸς τὸν νεών; μετὰ ποίας συνειδότος, ἐπιλαθόμενός τε,

Πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες,
Πτωχοί τε, ξεῖνοί τε. δόσις δ' ὀλίγη τε, φίλη τε;

C Πῶς δὲ ὅταν ἑταίρειον θεραπεύων Δία, ὁρῶν τὰς πέλας ἐνδεεῖς χρημάτων, εἶτα μηδ' ὅσον δραχμῆς μεταδιδοὺς, οἴεται τ' Δία καλῶς θεραπεύειν; Ὅταν εἰς ταῦτα ἀπίδω, παντελῶς ἀχανὴς γίνομαι, τὰς ἐπωνυμίας τῶν θεῶν ἅμα τῷ κόσμῳ τῷ ἐξαρχῆς, ὥσπερ εἰκόνας γραπτὰς ὁρῶν· ἔργῳ δὲ ὑφ' ἡμῶν
D οὐδὲν τοιοῦτον ἐπιηδευόμενον. Ὁμόγνιοι λέγονται παρ' ἡμῖν θεοὶ, καὶ Ζεὺς ὁμόγνιος. ἔχομεν δ' ὥσπερ πρὸς ἀλλοτρίους τοὺς συγγενεῖς. ἄνθρωπος γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ ἑκὼν καὶ ἄκων πᾶς ἐστι συγγενής. Εἴτε γὰρ, καθάπερ λέγεταί παρά τινων, ἐξ ἑνός τε καὶ μιᾶς γεγόναμεν πάντες· εἴθ' ὁπωσδὴν ἄλλως, ἀθρόως ὑποστησάντων ἡμᾶς τῶν θεῶν, ἅμα τῷ κόσμῳ τῷ ἐξαρχῆς οὐχ ἕνα καὶ μίαν, ἀλλὰ πολλοὺς ἅμα καὶ πολλάς. οἱ

γὰρ ἕνα καὶ μίαν δυνηθέντες, οἷοί τε ἦσαν ἅμα καὶ πολλὰς, καὶ πολλάς. καὶ γὰρ ὃν τρόπον τότε ἕνα καὶ τὴν μίαν, τὸν αὐτὸν τρόπον τὰς πολλὰς, καὶ τὰς πολλάς. εἰς τε τὸ διάφορον ἀποβλέψαντα τῶν ἠθῶν καὶ τῶν νόμων. ἢ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅπερ ἐστὶ μεῖζον, καὶ τιμιώτερον, καὶ κυριώτερον, εἰς τὴν τῶν θεῶν φήμην, ἣ παραδέδοται διὰ τῶν ἀρχαίων ἡμῖν θεραπόντων. ὡς ὅτε Ζεὺς ἐκόσμει τὰ πάντα, σταγόνων αἵματος ἱερᾶς πεσουσῶν· ἐξ ὧν ὥσπερ τὸ τῶν ἀνθρώπων βλαστήσειε γένος. καὶ ὅτως ἂν συγγενεῖς γινόμεθα πάντες. εἰ μὲν ἐξ ἑνὸς καὶ μιᾶς, ἐκ δυοῖν ἀνθρώποιν ὄντες οἱ πολλοὶ καὶ πολλαί· καθάπερ οἱ θεοί φασι, καὶ χρὴ πιστεύειν ἐπιμαρτυρόντων τῶν ἔργων, ἐκ τῶν θεῶν πάντες γεγονότες. ὅτι δὲ πολλὰς ἅμα ἀνθρώπους γενέσθαι μαρτυρεῖ τὰ ἔργα, ῥηθήσεται μὲν ἀλλαχοῦ δὲ ἀκριβείας· ἐνταῦθα δὲ ἀρκέσει τοσοῦτον εἰπεῖν, ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ μιᾶς ὄσων, ὅτε τὰς νόμους εἰκὸς ἐπὶ τοσοῦτον παραλλάξαι· ὅτε ἄλλως τὴν γῆν ὑφ' ἑνὸς ἐμπλησθῆναι πᾶσαν. νῦν δὲ εἰ ἅμα πολλὰ, καθάπερ αἱ σύες, ἔτικτον αὐτοῖς αἱ γυναῖκες. Παντάχοῦ δὲ ἀθρόως νευσάντων θεῶν, ὅπερ τρόπον ὁ εἷς, ὅτω δ' καὶ οἱ πλείους παρῆλθον ἄνθρωποι, τοῖς γενεάρχαις θεοῖς ἀποπληρωθέντες. οἳ δ' παρήγαγον αὐτὸς, ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ τὰς ψυχὰς παραλαμβάνοντες ἐξ αἰῶνος.

Καὶκεῖνο δεξιὸν ἐννοεῖν, ὅσοι παρὰ τῶν ἔμπροσθεν ἀνάλωται λόγοι περὶ τοῦ φύσει κοινωνικὸν εἶναι τὸ ζῶον τὸν ἄνθρωπον. Ἡμεῖς δὲ οἱ ταῦτα εἰπόντες καὶ διαλάξαντες, ἀκοινωνήτως πρὸς τοὺς πλησίον ἔχομεν; ἐκ δὴ τῶν τοιούτων ἠθῶν τε, καὶ ἐπιτηδευμάτων ἕκαστος ἡμῶν ὁρμώ-

A pagare poterant, iidem multos multasque poterant; & qua ratione illos, eadem & iſtos ſi vellent procreaſſent. Quod poſterius facile ſibi perſuadebit, qui *morum* varietatem ac legum conſiderare voluerit: tum vero ſi, quod majus ac præſtantius & inter alia præcipuum eſt, ad illam de Diis famam opinionemque reſpexerit, quam ab antiquis ſacrorum adminiſtris accepimus. Nimirum quo tempore Juppiter ordinabat omnia, ſacri ſanguinis guttas excidiſſe: e quibus humanum genus pullulauit. Ita ergo propinqui ſumus omnes invicem, *ſi quidem ex uno & una, atque ita e duobus hominibus multi & multæ profluxerint*; quemadmodum Dii immortales affirmant, & ex rerum ipſarum teſtificatione perſuaderi neceſſe eſt; cum a Diis univerſi originem traxerimus. Quod autem plures ſimul homines extitiſſe rebus ipſis & factis approbetur, accuratius id alias oſtendetur. Hoc vero loco ſatis erit breviter iſtud animadvertere: ſi quidem a duobus tantummodo geniti eſſent omnes; neque leges adeo varias ac diſcrepantes futuras fuiſſe, neque totum alioqui terrarum orbem ab uno duntaxat impleri potuiſſe, tametſi plures una fœtura mulieres ipſis parerent, ut in ſuillo genere cernimus. Enimvero paſſim per omnes terras, annuentibus Diis, eodem modo, quo unum volunt aliqui, plures in lucem homines extiterunt, auctoribus generis Diis attributi; qui & ipſos produxerunt, cum videlicet ex æterno ab conditore animas accepiſſent.

Præterea nec illud conſideratione minus eſt dignum, quam multi hactenus ab iis, qui nos anteceſſerunt, ſermones de eo ſint habiti, quod homo natura ſua proclive ad communicationem ſit animal. Nos vero ſcilicet, a quibus hæc uſurpata & decretis conſtitura ſunt, erga alios homines inhumani erimus & communionis expertes? Ab

iis

iis igitur moribus & ſtudiis excitatus quilibet noſtrum religionis adverſus Deos, benignitatis in homines, caſtimoniæ erga corpus, ac pietatis officia præſtet: enitatur deinde pium aliquid de Diis ſemper in animo verſare; & cum honore quodam ac reverentia Deorum templa & ſimulacra contuens, religioſum iis cultum exhibeat, perinde ac ſi præſentes ipſos coram adſpiceret. Nam ſimulacra ipſa, & altaria, nec non æterni cuſtodiam ignis, &, ut uno verbo dicam, cætera id genus omnia, Deorum præſentiæ ſigna majores noſtri conſtituerunt: non ut iſta Deos eſſe credamus, ſed ut ipſos per illa veneremur. Etenim quoniam nos in corpore degentes conſentaneum corpori cultum adhibere Diis oportebat; iidem porro corporis ſunt expertes; primum nobis illi ſimulacrorum genus oſtenderunt: nempe ſecundum a primo Deorum ordinem, qui circum cœleſtes orbes aſſidue volvitur. Sed cum ne iſtis quidem corporeus cultus attribui poſſit; nam ſuapte natura nullius rei indigent; tertium in terris ſimulacrorum genus eſt inventum, ad quod cultum noſtrum accommodantes, Deos nobis propitios reddemus. Quemadmodum enim qui Imperatorum venerantur imagines, etſi nihil iſtis opus ea veneratione ſit, eorundem tamen benevolentiam in ſeſe provocant; ſic qui Deorum ſimulacris honorem habent, quo illi ipſi non egent, eorum ſibi auxilium favoremque conciliant. Nam eſt veræ ac ſinceræ ſanctimoniæ ſpecimen, iis promte & alacriter illa præſtare, quæ in noſtra facultate verſantur: quæ qui gnaviter implere ſtudet, palam eſt, multo ipſum magis illud tribuere. Quisquis autem ea negligens quæ in ſua poteſtate ſita ſunt, quæ fieri nequeunt ficte ac ſimulate concupiſcit, apparet eum non illa perſequi, ſed iſta contemnere. Neque enim, tametſi Deus rei nullius indiget, ideo

A μὲν ἐυλαβείας τῆς εἰς τὸς θεὸς, χρηςότητ τῆς εἰς ἀνθρώπες, ἁγνείας τῆς περὶ τὸ σῶμα, τὰ τῆς ἐυσεβείας ἔργα πληρέτω. πειρώμεν δὲ ἀεί τι περὶ τῶν θεῶν ἐυσεβὲς διανοεῖσθαι, καὶ μελά τιν ἀποβλέπων εἰς τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν, καὶ τὰ ἀγάλματα τιμῆς καὶ ὁσιότητ, σεβόμεν ὥσπερ ἂν εἰ παρόντας ἐώρα τὸς θεός. Ἀγάλματα γὰρ καὶ βωμὸς, καὶ πυρὸς ἀσβές φυλακὴν, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα σύμβολα, οἱ παλαῖοι ἔθεντο τῆς παρεσίας τῶν θεῶν. οὐχ ἵνα ἐκεῖνα θεὸς νομίσωμεν· ἀλλ' ἵνα δι' αὐτῶν τὸς θεὸς θεραπεύσωμεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡμᾶς ὄντας ἐν σώματι σωματικὰς ἔδε παῖσθαι τοῖς θεοῖς καὶ τὰς λατρείας· ἀσώματοι δ εἰσιν αὐτοί· πρῶτα μὲν ἔδειξαν ἡμῖν ἀγάλματα· τὸ δεύτερον ἀπὸ τ πρώτ τῶν θεῶν γέν, περὶ πάντα τὸν ὁρατὸν κύκλω περιφερόμενον. δυναμένης δὲ ἀδὲ τούτοις ἀποδίδοσθαι τῆς θεραπείας σωματικῶς· ἀπροσδεῆ γάρ ἐσι φύσ· τρίτον ἐπὶ γῆς ἐξευρέθη γέν ἀγαλμάτων. εἰς ὃ τὰς θεραπείας ἐκτελοῦντες, ἑαυτοῖς ἐυμενεῖς τὸς θεὸς καθασήσομεν. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν βασιλέων θεραπεύοντες εἰκόνας ἀθὲν δεομένων, ὅμως ἐφέλκονται τὴν ἔυνοιαν εἰς ἑαυτός· οὕτω καὶ οἱ θεῶν θεραπεύοντες τὰ ἀγάλματα, δεομένων ἀθὲν τῶν θεῶν, " ὅμως πείθουσιν αὐτὸς ἐπαμύνειν σφίσι καὶ κήδεσθαι. δεῖγμα γάρ ἐσιν ὡς ἀληθῶς ὁσιότητ ἡ περὶ τὰ δυνατὰ προθυμία· καὶ ὁ ταύτην πληρῶν, ἔυδηλον ὅτι μειζόνως ἐκείνην ἀποδίδωσιν. ὁ δὲ τῶν δυνατῶν ὀλιγωρῶν, εἶτα προσποιούμεν τῶν ἀδυνάτων ὀρέγεσθαι, δῆλός ἐσιν οὐκ ἐκεῖνα μεταδιώκων, ἀλλὰ ταῦτα παροῶν. Οὐδὲ γὰρ εἰ μηδενὸς ὁ θεὸς

Vofſ. ὅπως

δεῖται, διὰ τοῦτο οὐδὲν αὐτῷ προσοι- A nihil ei eſt offerendum. Nam ne verborum
σέον. οὐδὲ γὰρ τῆς διὰ λόγων εὐφη- quidem prædicatione collaudationeque o-
μίας δεῖται. τί οὖν; ἔυλογον αὐτὸν pus habet. Quid igitur? an & ea res illi
ἀποστερῆσαι καὶ ταύτης; οὐδαμῶς. οὐκ ſubtrahenda videtur? Non opinor. Quare
ἄρα οὐδὲ τῆς διὰ τῶν ἔργων εἰς αὐ- ne is quidem denegandus eſt honor, qui re-
τὸν γεγνομένης τιμῆς· ἧς ἐνομοθέτη- ipſa illis præſtatur: qui non tribus quidem
σαν οὐκ ἐνιαυτοὶ τρεῖς, οὐδὲ τετρακό- abhinc annis, ac ne tribus quidem abhinc
σιαι· πᾶσι δὲ ὁ προλαβὼν αἰὼν ἐν annorum millibus, ſed omnibus anteactis
πᾶσι τοῖς τῆς γῆς ἔθνεσιν. ſæculis per univerſas nationes communi le-
ge ſancitus eſt.

Chriſtianorum objecta refellit impius Apoſtata. Ἀλλ' οὐκ ἐχρῆν· ὦ πᾶσαν δαιμό- B At non oportebat; o qui Dæmonum mul-
νων πληθὺν ἀνασηλώσας τῇ σῇ ψυ- titudinem omnem in anima tua, quaſi in in-
χῇ· τὸς καλά σε ἀνειδέας καὶ ἀ- ſigni loco, ac propatulo conſtituiſti! quos
σχημάτιστος σωματοπλαστεῖσθαι. πῶς tu ſpecie omni ac figura carere cenſes, cor-
δὲ οὐ ξύλα καὶ λίθος νομίσωμεν, ἃ poreis imaginibus adumbrare. Quomodo
χεῖρες ἀνθρώπων ἐμόρφωσαν; ὦ καὶ vero non ligna & lapides eſſe putabimus,
τῶν λίθων αὐτῶν ἀφρονέστερε· ἔτως quæ humanis ſunt manibus efficta? O vel
οἴῃ πάντας ἐκ τῶν ἴσων ἕλκεσθαι, ὥ- C ipſis lapidibus inſipientior! Itane cæteros
σπερ σὺ παρὰ τῶν ἀληθεστάτων δαι- omnes attrahi naribus exiſtimas, ut ab exe-
Voſſ. μόνων· ὥστε θεὸς ἡγεῖσθαι τὰ ἑαυ- crandis Dæmonibus tu ipſe traheris: ut opi-
αὐτῶν τῶν τεχνουργήματα; ἀφορῶντες ἂν ficia ſua eſſe Deos arbitrentur? Quæ cum
εἰς τὰ τῶν θεῶν ἀγάλματα, μή τοι ita ſint, nos Deorum ſimulacra contuentes,
νομίζωμεν αὐτὰ λίθος εἶναι, μήτε ξύ- neque lapides neque ligna nobis eſſe per-
λα· μηδὲ μέν τοι τὸς θεὸς αὐτὸς εἶ- ſuadeamus; ſed neque Deos ipſos hæc ea-
ναι ταῦτα. καὶ γὰρ οὐδὲ τὰς βα- dem eſſe credamus. Nam nec Imperato-
σιλικὰς εἰκόνας ξύλα, καὶ λίθον, καὶ rum imagines lignum, aut lapidem, aut æs
χαλκὸν λέγομεν· οὐ μὴν οὐδὲ αὐτὸς τὸς appellamus; neque vero Imperatores ipſos,
βασιλέας, ἀλλὰ εἰκόνας βασιλέων. ſ. Φιλο- ſed Imperatorum effigies. Porro quisquis
βασιλεὺς "Οσις οὖν ἐστὶ " βασιλεὺς, ἡδέως ὁρᾷ D regis amans eſt, regis imaginem libenter a-
τὴν τοῦ βασιλέως εἰκόνα· καὶ ὅσις ἐ- ſpicit: veluti qui filium amat, imaginem filii,
στὶ φιλόπαις, ἡδέως ὁρᾷ τὴν τοῦ παι- & qui patrem amat, patris effigiem libenter
δὸς· καὶ ὅσις φιλοπάτωρ, τὴν τοῦ intuetur. Eadem ergo ratione qui Deos a-
πατρός. ἀκοῦν καὶ ὅσις φιλόθεος, ἡ- mat, libenter ſimulacra Deorum & imagines
δέως εἰς τὰ τῶν θεῶν ἀγάλματα καὶ conſpicit; unaque ſe contuentes ex occulto
τὰς εἰκόνας ἀποβλέπει, σεβόμενος Deos colit ac perhorreſcit. Quare ſi quis iſti-
ἅμα καὶ φείδων ἐξ ἀφανοῦς ὁρῶν- usmodi ſimulacra, quod ſemel Deorum effi-
τας εἰς αὐτὸν τὸς θεούς. Εἴ τις οὖν gies appellatæ ſunt, nullo unquam tempore
οἴεται δεῖν αὐτὰ μηδὲ φθείρεσθαι διὰ putat oportere corrumpi, proſus inſanire mi-
τὸ θεῶν ἅπαξ εἰκόνας κληθῆναι, hi videtur. Nam alioqui ne hominum qui-
παντελῶς ἄφρων εἶναί μοι φαίνε- dem iſta manibus oporteret effingi. Quod
ται. χρὴν γὰρ δήπουθεν αὐτὰ μηδὲ autem a ſapiente bonoque viro perfectum
ὑπὸ ἀνθρώπων γενέσθαι. τὸ δὲ ὑπ' eſt,
ἀνδρὸς σοφοῦ καὶ ἀγαθοῦ γενόμε-

eſt, id ab homine nequam & imperito corrumpi poteſt. At quæ ab ipſis Diis elaboratæ ſunt occultioris ipſorum naturæ vivæ ac ſpirantes imagines, Dii nimirum illi, qui circum cœleſtia corpora in orbem verſantur, perpetuæ ſunt ac ſempiternæ. Nemo itaque Diis diffidat ipſis, cum viderit audieritve, nonnullos in Deorum ſimulacra atque templa contumelioſos fuiſſe. An non plerique viros bonos interfecerunt: velut Socratem, & Dionem, & magnum illum Empedotimum? quorum majorem Deos ipſos curam habuiſſe, non dubito. Sed videte quemadmodum illi, quorum corruptioni obnoxia ſcirent eſſe corpora, eos naturæ ſubjici ac concedere voluerint; poſtea vero ab eorum interfectoribus pœnas reperierint: quod ætate noſtra ſacrilegis omnibus accidiſſe meminimus.

Quamobrem nemo nos verbis illudat, neque de providentia nos perterrefaciat. Nam qui iſta nobis objiciunt Judæorum Prophetæ, quid de templo ſuo dicent, quod cum tertio ſit everſum, nondum ad hodiernum usque diem inſtauratur? Hæc ego non ut illis exprobrarem in medium adduxi: utpote qui templum illud tanto intervallo a ruinis excitare voluerim in ejus honorem numinis, quod ibidem invocatum eſt; ſed ideo commemoravi, ut oſtenderem, nihil humanis in rebus immortale eſſe poſſe: tum vero deliraſſe, qui ejusmodi ſcriberent, Prophetas iſtos, quibus cum ſtolidis aniculis negotium erat. Nihil enim opinor, prohibet, magnum quidem ipſum eſſe Deum, ſed bonos Prophetas atque interpretes non habere. Hoc autem inde accidit, quod animum ſuum politioribus diſciplinis repurgandum minime tradiderunt: ut & clauſos nimium oculos aperirent, & inſidentem iis caliginem abſtergerent. Atque ut homines ingens per

A νον, ὑπὸ ἀνθρώπου πονηροῦ καὶ ἀμαθοῦς φθαρῆναι δύναται. Τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν θεῶν ζῶντα ἀγάλματα καὶ κατασκευασθέντα τῆς ἀφανοῦς αὐτῶν οὐσίας, οἱ περὶ τὸν οὐρανὸν κύκλῳ φερόμενοι θεοὶ, μένει τὸν ἀεὶ χρόνον ἄϊδια. Μηδεὶς οὖν ἀπιστείτω θεοῖς, ὁρῶν καὶ ἀκούων, ὡς ἐνύβρισάν τινες εἰς τὰ ἀγάλματα καὶ τοὺς ναούς. ἆρ' οὐκ ἀνθρώπους χρηστοὺς ἀπέκτειναν πολλοὶ,
B καθάπερ Σωκράτη, καὶ Δίωνα, καὶ τὸν μέγαν Ἐμπεδότιμον; ὧν ἔγωγ' οἶδ' ὅτι μᾶλλον ἐμέλησε τοῖς θεοῖς. Ἀλλ' ὁρᾶτε ὅτι καὶ τούτων φθαρτὸν εἰδότες τὸ σῶμα, συνεχώρησαν ἐξαι τῇ Φύσει, καὶ ὑποχωρῆσαι· δίκην δὲ ἀπήτησαν ὕστερον παρὰ τῶν κτεινάντων. ὃ δὴ συνέβη φανερῶς ἐφ' ἡμῶν ἐπὶ πάντων τῶν ἱεροσύλων.

Μηδεὶς οὖν ἀπαλάτω λόγοις· μηδὲ ταρατλέτω περὶ τῆς προνοίας ἡμᾶς. οἱ γὰρ ἡμῖν ὀνειδίζοντες τοιαῦτα τῶν Ἰουδαίων οἱ προφῆται, τί περὶ τοῦ νεὼ φήσουσι, τοῦ παρ' αὐτοῖς τείτον ἀναῤῥαπέντος, ἐγειρομένου δὲ ὀδὲ νῦν; Ἐγὼ γὰρ εἶπον οὐκ ὀνειδίζων ἐκείνοις· ὅς γε τοσούτοις ὕστερον χρόνοις ἀνασήσασθαι διενοήθην αὐτὸν εἰς τιμὴν οὗ κληθέντος ἐπ' αὐτῷ θεοῦ. νυνὶ γὰρ ἐχρησάμην αὐτῷ, δεῖξαι βουλόμενος,
D ὅτι τῶν ἀνθρωπίνων οὐδὲν ἄφθαρτον εἶναι δυνατὸν· καὶ οἱ τὰ τοιαῦτα γράφοντες ἐλήρουν προφῆται, γραϊδίοις ψυχροῖς ὁμιλοῦντες. Οὐθὲν δὲ, οἶμαι, κωλύει μὲν θεὸν εἶναι μέγαν, οὐ μὴν σπουδαίων προφητῶν οὐδὲ ἐξηγητῶν τυχεῖν. αἴτιον δὲ ὅτι τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν, οὐ παρέσχον ἀποκαθᾶραι τοῖς ἐγκυκλίοις μαθήμασιν· ὅτε ἀνοῖξαι μεμυκότα λίαν τὰ ὄμματα· οὐδὲ ἀνακαθᾶραι τὴν ἐπικειμένην αὐτοῖς ἀχλύν. Ἀλλ' ὅσον φῶς μέγα

Contra Judæos & ſanctos Prophetas Apoſtata declamat.

Blaſphema vox.

δι'

δι' ὁμίχλης οἱ ἄνθρωποι βλέπουσιν ἢ καθαρῶς, ἀδὲ εἰλικρινῶς, αὐτὸ δὲ ἐκεῖνο νενομικότες ἔχειν Φῶς καθαρὸν, ἀλλὰ πῦρ· καὶ τῶν περὶ αὐτὸ πάντων ὄντες ἀθέατοι, βοῶσι μεγάλα· Φρίττετε· Φοβεῖσθε· πῦρ, Φλὸξ, θάνατος, μάχαιρα, ῥομφαία· πολλοῖς ὀνόμασι μίαν ἐξηγούμενοι τὴν βλαπτικὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων ἰδίᾳ βέλτιον παρασῆσαι, πόσῳ Φαυλότεροι τῶν παρ' ἡμῖν ἔτω γεγόνασι ποιητῶν, οἱ τῶν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ λόγων διδάσκαλοι.

Προσήκει δὲ οὐ τὰ τῶν θεῶν μόνον ἀγάλματα προσκυνεῖν· ἀλλὰ καὶ τοὺς ναοὺς, καὶ τὰ τεμένη, καὶ τοὺς βωμούς. Εὔλογον ἂν καὶ τοὺς ἱερέας τιμᾶν, ὡς λειτουργοὺς θεῶν, καὶ ὑπηρέτας, καὶ διακονοῦντας ἡμῖν τὰ πρὸς τοὺς θεούς· συνεπισχύουσι τῇ ἐκ θεῶν εἰς ἡμᾶς τῶν ἀγαθῶν δόσει. προθύονται γὰρ πάντων καὶ ὑπερεύχονται. δίκαιον οὖν ἀποδιδόναι πᾶσιν αὐτοῖς οὐκ ἔλαττον, εἰ καὶ μὴ πλέον, ἢ τοῖς πολιτικοῖς ἄρχουσι, τὰς τιμάς. Εἰ δέ τις οἴεται τοῦτο ἐπίσης χρῆναι νέμειν αὐτοῖς, καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἄρχουσι, ἐπεὶ κἀκεῖνοι τρόπον τινὰ τοῖς θεοῖς ἱερατεύουσι, φύλακες ὄντες τῶν νόμων· ἀλλὰ τά γε τῆς εὐνοίας παρὰ πολὺ χρὴ νέμειν τούτοις. οἱ μὲν γὰρ " Ἀχαιοὶ καίπερ πολέμιον ὄντα † ἱερέα προσέτατλον αἰδεῖσθαι τὸν βασιλεῖ· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τοὺς φίλους αἰδούμενοι τοὺς εὐχομένους ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ θύοντας.

Hom. Iliad. A. v. 23.

Ἀλλ' ἐπείπερ ὁ λόγος ἐς τὴν πάλαι ποθουμένην ἀρχὴν ἐλήλυθεν, ἄξιον εἶναί μοι διελθεῖν ἐφεξῆς, ὁποῖός τις ὢν ὁ ἱερεὺς, αὐτός τε δικαίως τιμηθήσεται. Τὸ γὰρ ἡμέτερον οὐ χρὴ σκοπεῖν, οὐδὲ ἐξελάζειν. ἀλλὰ ἕως ἂν

densiores tenebras lumen, non pure ac liquido contuentes, & id ipsum non sinceram lucem, sed ignem arbitrati; cum nihil eorum, quæ propinqua sunt, discernant, vehementius exclamant: Horrescite, metuite: ignis, flamma, mors, gladius, framea: pluribus vocabulis eandem in igne nocendi vim exprimentes. Sed de iis privatim ostendere satius est; quanto illi, qui se disputandi de Deo magistros profiterentur, Poëtis nostris inferiores hac in parte fuerint.

Cæterum non Deorum duntaxat adorandæ sunt effigies, sed etiam ipsa templa, atque delubra, & altaria. Quinetiam rationi valde consentaneum est, ut & sacerdotes honorentur, tanquam Deorum ministri & famuli, qui quæ ad Deos pertinent nobis administrant, & ad illorum in nos derivanda beneficia momenti plurimum adferunt. Pro omnibus enim sacrificia celebrant, ac precantur. Quare non minus ipsis, imo amplius, quam civilibus magistratibus, æquum est honoris adhiberi. Quod si quis ex æquo censeat utrisque esse tribuendum, propterea quod civiles magistratus quodam veluti sacerdotio funguntur, quatenus legum sunt custodes; tamen haud paulo majore sunt illi benevolentia prosequendi. Sane Græci sacerdotem illum, quamvis hostem, reverendum esse regi suadebant; nos ne amicos quidem ipsos reveremur, pro nobis orantes ac sacra facientes.

Et quoniam ad id, quod jamdudum peroptabam, initium nostra pervenit oratio; hoc mihi deinceps explicandum videtur, cujusmodi sacerdos esse debeat, ut merito ei honos habeatur. Nam quod nostrum est, ab ea contemplatione secernendum est, neque attentius inquirendum. Quamdiu

vero

vero ſacerdos nominatur aliquis, cultu & honore afficiendus eſt. Sin eſt nequam, ſacerdotio mulctandus, & ubi indignus habitus fuerit, abjiciendus eſt. Quamdiu vero publicis ſacris & libationibus fungitur, ac Diis aſſiſtit, eum tanquam præſtantiſſimam Deorum poſſeſſionem cum veneratione ac religione contueri debemus. Abſurdum eſt enim lapides, e quibus aræ fabricatæ ſunt, quod Deorum honori conſecrati ſint, a nobis amari; eo quod forma & figura conſtant ejusmodi, quæ ad eam, cujus gratia conditæ ſunt, functionem convenit; virum autem illum, qui Diis ipſe dicatus ſit, non honore dignum arbitrari. Forſitan id aliquis in eo faciendum exiſtimet, qui injuriam faciat, & in multis Deorum religionibus ac ritibus peccet. Ego vero redarguendum eum eſſe dico: ne, cum pravus ſit, Deos ipſos moleſte ſolicitet; donec tamen reprehenſus & convictus ab aliquo ſit, ignominioſe minime tractandus eſt. Neque enim rationis eſt, hac occaſione arrepta non iſtiusmodi ſolum, ſed etiam cæteros, qui honore digni ſunt, merito ſuo defraudare. Quamobrem ſit, ut magiſtratus, ita quilibet ſacerdos, venerabilis: quandoquidem eo Dei Didymæi oraculum illud pertinet:

Quicunque in ſacerdotes, ex improbitate mentis,
Immortalium ſtolida quædam perpetrant, & honoribus illorum
Contraria moliuntur; ſecuris Deorum conſiliis
Non jam integrum vitæ conficiunt iter
Quotcunque beatos leſerunt Deos,
Quorum illi religioſum elegerunt famularem honorem.

A ἱερεύς τις ὀνομάζηται τιμᾶν αὐτὸν χρὴ καὶ θεραπεύειν. εἰ δὲ εἴη πονηρὸς, ἀφαιρεθέντα τὴν ἱερωσύνην, ὡς ἀνάξιον ἀποφανέντα, πεπαῦσθαι. ἕως δὲ προθύῃ, καὶ παρέχεται, καὶ παρίσταται τοῖς θεοῖς, ὡς τὸ τιμιώτατον τῶν θεῶν κτῆμα, προσβλεπτέον ἐστὶν ἡμῖν μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας. ἄτοπον γὰρ εἰ τοὺς μὲν λίθους, ἐξ ὧν οἱ βωμοὶ πεποίηνται, διὰ τὸ καθιερῶσθαι τοῖς θεοῖς, ἀγαπήσομεν, ὅτι μορφὴν ἔ-
B χουσι καὶ σχῆμα πρέπον, εἰς ἣν εἰσι καλεσπευασμένοι λειτουργίαν· ἄνδρα δὲ καθοσιώμενον τοῖς θεοῖς οὐκ οἰησόμεθα χρῆναι τιμᾶν· ἴσως ὑπολήψεταί τις· ἀλλὰ ἀδικοῦντα καὶ ἐξαμαρτάνοντα πολλὰ τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς ὁσίων. Ἐγὼ δή φημι χρῆναι τὸν μὲν τοιοῦτον ἐξελέγχειν· ἵνα μὴ πονηρὸς ὢν ἐνοχλῇ τοὺς θεούς· ἕως δὲ ἐξελέγχηται, μὴ ἀτιμάζειν. οὐδὲ γὰρ ἔυλογον ἐπιλαβομένους ταύτης
C τῆς ἀφορμῆς οὐ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιηδείων τιμᾶσθαι, καὶ τὴν τιμὴν προσαφαιρεῖσθαι. Ἕως τοίνυν, ὥσπερ ἄρχων, οὕτω δὲ καὶ ἱερεὺς πᾶς αἰδέσιμος. ἐπειδὴ καὶ ἀπόφασίς ἐσι θεοῦ τοῦ Διδυμαίου τοιαύτη·

"Οσσοι ἐς ἀρητῆρας, ἀταθαλίῃσι νόοιο,
Ἀθανάτων ῥέζουσ' ἀποφώλια, καὶ γεράεσσιν
D Ἀντία βουλεύουσιν· ἀδεισιθέοισι λογισμοῖς,
Οὐκέθ' ὅλην βιότοιο διεκπερόωσιν ἀταρπόν,
"Οσσοι περ μακάρεσσιν ἐλωβήσαντο θεοῖσιν.
Ὧν κεῖνοι θεόσεπτον ἔλον θεραπηΐδα τιμήν.

καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις ὁ Θεός φησι· Πάντας μὲν θεραπόντας ἐμὰς ὁλοῆς κακότητος.

καί φησιν ὑπὲρ τούτων δίκην ἐπιθήσειν αὐτοῖς. Πολλῶν δὲ εἰρημένων τοιούτων παρὰ τοῦ Θεοῦ, δι' ὧν ἔνεστι μαθόντας ὅπως χρὴ τιμᾶν καὶ θεραπεύειν τοὺς ἱερέας· εἰρήσεταί μοι διὰ πλειόνων ἐν ἄλλοις. Ἀπόχρη δὲ νῦν, ὅτι μηδὲ σχεδιάζω μηδὲν, ἐπιδεῖξαι τήν τε ἐκ τοῦ Θεοῦ προφήτην, καὶ τὸ ἐπίταγμα τῶν αὐτοῦ λόγων, ἱκανὸν ἡγούμενος. Εἴ τις ἂν ἀξιόπιστον ὑπείληφεν ἐμὲ διδάσκαλον τῶν τοιούτων, αἰδεσθεὶς τὸν Θεὸν, ἐκείνῳ πειθέσθω, καὶ τοὺς ἱερέας τῶν θεῶν τιμάτω διαφερόντως· Ὁπόσον δὲ αὐτὸν εἶναι χρὴ, πειράσομαι νῦν εἰπεῖν. οὐχ ἕνεκα σοῦ· τοῦτο μὲν γὰρ εἰ μὴ τὸ * ἠπισάμην· ἅμα μὲν τοῦ καθηγεμόνος· ἅμα δὲ τῶν μειζόνων θεῶν μαρτυρούντων, ὅτι τὴν λειτουργίαν ταύτην διαθήσῃ καλῶς, ὅσα γε εἰς προαίρεσιν ἥκει τὴν σήν· εἰ δ' ἂν ἐτόλμησά σοι μεταδοῦναι τοσούτου πράγματος· ἀλλ' ὅπως ἔχεις ἐγγύθεν διδάσκειν τοὺς ἄλλους, οὐκ ἐν ταῖς πόλεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀγροῖς εὐλογώτερον, καὶ ἐπ' ἐξουσίας, ὡς οὐκ οἴκοθεν αὐτὰ νοεῖς καὶ πράττεις μόνος ἔχειν ὃ καὶ ἐμὲ σύμψηφον σαυτῷ, δοκοῦντά γε εἶναι διὰ τοὺς θεοὺς ἀρχιερέα μέγιστον, ἄξιον μὲν οὐδαμῶς πράγματος τοσούτου, βουλόμενον δὲ εἶναι, καὶ προσευχόμενον ἀεὶ τοῖς θεοῖς. Εἴ γὰρ ἴσθι μεγάλας ἡμῖν οἱ θεοὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἐλπίδας ἐπαγγέλλονται. πειστέον δὲ αὐτοῖς πάντως. ἀψευδεῖν γὰρ εἰώθασι, οὐχ ὑπὲρ ἐκείνων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ τῷδε. Οἱ δὲ διὰ περιουσίαν δυνάμεως οἷοί τε ὄντες καὶ τῆς ἐν τῷ

A Ad hæc alio loco Deus idem ſic loquitur: *Omnes quidem ſervos meos exitiali infortunio*, &c.

Addit, ſe propter eosdem pœnas illis irrogaturum. Ac cum ejusmodi non pauca ſint a Diis reſponſa; quibus edocti, ſacerdotes, pro eo ut oportet, honore poſſumus ac cultu proſequi, ea plenius alio in loco pertractabimus. Nunc illud ſufficit, quod ex rempore ac temere nihil dicere velim, denunciationem illam Dei, ac mandatum ejus verB bis expreſſum oſtendere; quod ad inſtitutum noſtrum ſatis eſſe judico. Jam vero ſi quis earum rerum idoneum me doctorem ac magiſtrum eſſe putet; Deum is veritus, eidem obſequatur, ac Deorum ſacerdotibus exquiſitum honorem tribuat. Nunc qualem eſſe ſacerdotem ipſum oporteat, explicare conabimur, non tua quidem cauſſa, (niſi enim penitus hoc ſciſſem, ac partim ducis ipſius, partim maximorum Deorum teſtificatione C compertum habuiſſem, iſto te munere, quantum ad animum ac voluntatem attinet, egregie eſſe perfuncturum; tantum ibi negotium committere auſus non fuiſſem,) ſed ut cæteros e propinquo, non in urbibus ſolum, verum etiam in agris, majora cum auctoritate ac ratione docere poſſis, ac præ te ferre, non privata induſtria excogitatum aliquid, aut quod ſolus ipſe facias, afferri abs te; verum meam ad iſta quoque conſenſionem ac ſuffragationem accedere: qui, D quod ad Deos ſpectat, Pontifex videor eſſe maximus; & quanquam honore iſto ſum indignus, eſſe tamen dignus ſtudeo, idque quotidianis a Diis precibus impetrare contendo. Scito enim magnas nobis poſt obitum ſpes a Diis immortalibus oſtendi; quibus habenda omnino fides eſt. Nam vera perpetuo loquuntur, non in rebus duntaxat ejusmodi, ſed in iis omnibus, quæ ad hanc vitam pertinent. Iidem vero, cum propter excellen-

excellentem vim ac potentiam perturbationem omnem, quæ in hanc vitam incidit, amoliri poſſint, & inconditum ejus abhorrentemque ſtatum corrigere; quanto magis ibi, ubi pugnantes inter ſe disjunctæ ſunt partes, quando immortali anima ſeparata, corpus emortuum jacet, iis omnibus erunt, quæcunque pollitici ſunt hominibus, præſtandis idonei? Quapropter cum non ignoremus, magna ſacerdotibus a Diis eſſe conſtituta præmia; illos ipſos dignitatis Deorum velut fidejuſſores in omnibus faciamus, qui vitam ſuam tanquam eorum, quæ in vulgus eloqui oportet, exemplar oſtentent. Hujus porro initium nobis a pietate erga Deos capiendum eſt. Sic enim nos Diis ipſis miniſtrare convenit, quaſi præſentibus, nosque contuentibus, cum a nobis minime ipſi videantur: atque interim perſpicaciſſimis oculis, qui lucem omnem ſplendoremque ſuperant, intimos quosque ſenſus ac reconditos penetrent. Quod autem non meus hic ſermo ſit, ſed ipſiusmet Dei, multis ſententiis expreſſus; ſatis erit uno allato teſtimonio demonſtrare, quo duo ſimul oſtendi poterunt; alterum, quemadmodum Dii omnia videant; alterum, quemadmodum piis hominibus delectentur.

A βίῳ τούτῳ γενέσθαι ταραχῆς, καὶ τὸ ἄτακτον αὐτῆς, καὶ τὸ ἀλλόκοτον ἐπανορθῶν, ἆρ' οὐκ ἐν ἐκείνῳ μᾶλλον, ὅπου διῄρηται τὰ μαχόμενα, χωριζθείσης τῆς μὲν ἀθανάτου ψυχῆς, τῆς δ' γενομένου τοῦ νεκροῦ σώματος· ἱκανοὶ παρασχεῖν ἔσονται ταῦθ' ὅσαπερ ἐπηγγείλαντο τοῖς ἀνθρώποις; Εἰδότες δὲ ὅτι μεγάλας ἔχειν ἔδοσαν οἱ θεοὶ τοῖς ἱερεῦσι τὰς B ἀμοιβὰς, ἐγγύους αὐτοὺς ἐν πᾶσι τῆς ἀξίας τῶν θεῶν καθασκευάσωμεν· ὧν πρὸς τὰ πλήθη χρὴ λέγειν, δεῖγμα τῶν ἑαυτῶν ἐκφέροντας βίου. ἀκριβὲς δὲ ἡμῖν τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἀρχέτω εὐσεβείας. Οὕτω γὰρ ἡμᾶς πρέπει τοῖς θεοῖς λειτουργεῖν, ὡς παρεσκιάσθαι αὐτοῖς· καὶ ὁρῶσι μὲν ἡμᾶς, οὐχ ὁρωμένους ὑφ' ἡμῶν· καὶ τὸ πάσης αὐγῆς ὄμμα κρεῖττον ἄρχει τῶν ἀ- C ποκρυπτομένων ἡμῖν λογισμῶν διατελοῦσι. Ὅτι δ' οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος ἀλλὰ τοῦ θεοῦ, διὰ πολλῶν μὲν εἰρημένος λόγων· ἐμοὶ δὲ δῆτα ἀπόχρη καὶ ἕνα παραθεμένῳ, δύο δι' ἑνὸς παρασῆσαι· πῶς μὲν ὁρῶσιν οἱ θεοὶ πάντα· πῶς δὲ ἐπὶ τοῖς εὐσεβέσιν εὐφραίνονται.

Ubique Phœbeus extenſus eſt late proſpiciens radius,

Πάντῃ φοιβείη τεταται τανυσίσκιος ἀκτὶς·

Et per ſolidas tranſit acutus oculus rupes, D

Καί τε διὰ στερεῶν χωρεῖ θοὸν ὄμμα πετρέων·

Et per cæruleum tranſit mare: neque hunc latet

Καὶ διὰ κυανέης ἁλὸς ἔρχεται· οὐδ' ἀλήθει

Cœtus aſtricus rovolubilis means

Πλήθυς ἀστερόεσσα, ποτιδινηθεῖσα ἑοῦσα

Cælum per indefeſſum, ſapientis lege neceſſitatis.

Οὐρανὸν εἰς ἀκάμαντα, σοφῆς κατὰ θεσμὸν ἀνάγκης·

Neque quotquot infimorum excepit gentes mortuorum

Οὐδ' ὅσα νεκρείων ὑπεδέξατο φῦλα καμόντων,

Τάρταρος ὑπὲρ ζόφον ἀχλυόεσσαν ἀϊδος εἴσω.

A *Tartarus, tenebroſam ſuper caliginem, apud inferos.*

Εὐσεβέσιν δ' ἐπιτοῖς γάνυμαι τόσον, ὅσσον Ὀλύμπῳ.

Piis vero mortalibus delector tantum, quantum Olympo.

Ὅσῳ δὲ λίθος καὶ πέτρας ἅπασα μὲν ψυχὴ, πολὺ δὲ πλέον ἡ τῶν ἀνθρώπων οἰκειότερον ἔχει καὶ συγγενέστερον πρὸς τοὺς θεούς· τοσούτῳ μᾶλλον εἰκὸς ἐστὶ ῥᾷον καὶ ἐνεργέστερον δι' αὐτῆς χωρεῖν τῶν θεῶν τὸ ὄμμα. Θέα δὴ τὴν φιλανθρωπίαν ἅ θεὸς, γάνυσθαι φάσκοντος τῇ τῶν εὐσεβῶν ἀνδρῶν διανοίᾳ, ὅσον Ὀλύμπῳ τῷ καθαρωτάτῳ. πάντως ἡμῖν ὅτως ἔχει καὶ ἀνάξει τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀπὸ ἅ ζόφου, καὶ τοῦ ταρτάρου μετ' εὐσεβείας αὐτῷ προσιόντων; οἶδε μὲν γὰρ καὶ τοὺς ἐν τῷ Ταρτάρῳ καταπεκλεισμένους. οὐδὲ γὰ ἐκεῖνα τῆς τῶν θεῶν ἐκτὸς πίπτει δυνάμεως. Ἐπαγγέλλεται δὲ τοῖς εὐσεβέσι τὸν Ὄλυμπον ἀντὶ τοῦ Ταρτάρου.

B *Quo igitur anima quælibet, humana vero præ cæteris, majore, quam lapis & ſaxum omne, cognatione cum Diis ac neceſſitate conjungitur; eo facilius & efficacius divinis illam oculis pervadi conſentaneum eſt. Ac vide, quæſo, incredibilem in homines Dei benignitatem; qui gaudere tantundem dicat piorum virorum mente, quantum puriſſimo ipſo cælo. An non igitur noſtrum omnium, qui cum pietate ad ipſum accedimus, animas e caligine ac Tartaro ſurſum attollet? Novit enim illos etiam, qui Tartaro incluſi continentur. Quippe cum nec iſta loca Deorum poteſtati ſubtrahantur. Atqui piis ille pro Tartaro Olympi ſedes* C *promittit.*

Διόπερ χρὴ μάλιστα τῶν τῆς εὐσεβείας ἔργων ἀντέχεσθαι προσιόντας μὲν τοῖς θεοῖς μετ' εὐλαβείας· αἰσχρὸν δὲ μήτε λέγοντας, μήτε ἀκούοντας. ἁγνεύειν δὲ χρὴ τοὺς ἱερέας οὐκ ἔργων μόνον ἀκαθάρτων οὐδὲ ἀσελγῶν πράξεων, ἀλλὰ καὶ ῥημάτων καὶ ἀκροαμάτων τοιούτων. ἐξελαύνεα τοίνυν ἐστὶ ἡμῖν πάντα τὰ ἐπαχθῆ σκώμματα· πᾶσα δὲ ἀσελγὴς ὁμιλία. Καὶ ὅπως εἰδέναι ἔχῃς ὃ βούλομαι φράζειν ἱερωμένος τις μήτε Ἀρχίλοχον ἀναγινωσκέτω· μηδὲ Ἱππώνακτα· D μήτε ἄλλον τινὰ τῶν τοιαῦτα γραφόντων. ἀποκλινέτω καὶ τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας, ὅσα τῆς τοιαύτης ἰδέας. ἄμεινον μὲν γὰρ, καὶ πάντως πρέποι δ' ἂν ἡμῖν, ἡ Φιλοσοφία μόνη· καὶ τούτων, ἡ θεοὺς ἡγεμόνας προσηκαμένη τῆς ἑαυτῶν παιδείας. ὅπερ Πυθαγόρας, καὶ Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης, οἵ τε ἀμφὶ Χρύσιππον, καὶ Ζήνωνα. Προσεκτέον μὲν γὰρ οὔτε πᾶσιν, οὔτε τοῖς πάντων δόγμασιν·

Quamobrem pietatis inprimis officia perſequenda ſunt, ut & religioſe ad Deos venerandos ſacerdotes accedant, & nihil turpe vel dicant ipſi vel audiant: ac præterea non ab impuris tantum factis ac flagitiis, ſed ab omni etiam iſtiusmodi verborum & acroamatum genere ſibi temperent. Faceſſant itaque procul a nobis illiberales joci, ac petulans omne colloquium. Et ut quid velim clarius intelligas: ſacerdos neque Archilochum legat, neque Hipponactem, neque alium quemlibet ejus generis ſcriptorem: devitet etiam ex antiquiore comœdia quicquid eo ſtylo conſcriptum eſt. Satius enim eſt ac dignitati noſtræ conſentaneum, uni ſtudere Philoſophiæ; ſed eam præſertim aſciſcere, quæ diſciplinæ ſuæ Deos præ ſe fert auctores ac duces: qualis eſt Pythagoræ, Platonis, Ariſtotelisque ſecta; tum eorum, qui Chryſippum ac Zenonem magiſtros ſequuntur. Neque enim aut omnibus, aut omnium dogmatibus auſcultandum eſt; ſed illis,

illis, & illorum decretis duntaxat, quæ pietatem animis ingenerare poſſunt; deque Diis ita nos docent: primum aliquos eſſe; deinde infimarum iſtarum rerum penes illos eſſe curam; ad hæc, nihil ipſos mali neque hominibus neque cæteris inferre, livore, invidia, ac mutuis inter ſe præliis exercitos: cujusmodi cum Poëtæ noſtri ſcriptis ſuis prodidiſſent, contemtui habiti ſunt; at vero Judæorum Prophetæ cum pro certis ac conſtitutis aſſeverent, apud infelices illos, qui ſe ad Galilæorum cœtum applicarunt, in admiratione verſantur. Nobis vero hiſtoriarum ejusmodi lectio congruit, quibus non fictæ, ſed geſtæ res memoriæ produntur; quæ autem hiſtoriæ ſpecie conſcripæ ſunt ab antiquis fabulæ, penitus repudiandæ ſunt. Talia ſunt, quorum amatorium eſt argumentum, & ejus generis alia. Ut enim non omnis via ſacerdotibus convenit, ſed eam præſcriptam eſſe illis oportet; ita nec omnis lectio ſacerdotem decet. Ac neſcio quo pacto hominum ex libris afficiuntur animi, ac paulatim cupiditates incitantur, ex quibus demum flamma ingens accenditur; cui quidem longe ante obviam eſt eundum. Quocirca nec Epicureo ad nos dogmati, neque Pyrrhoneo pateat aditus. Jam enim recte Dii immortales ſectas iſtas extinxerunt, ut plerique libri earum interciderint. Veruntamen nihil prohibet exempli duntaxat gratia mentionem illarum facere, ut, quo genere librorum ac ſermonum abſtinere maxime ſacerdotes debeant, explicetur. Quod ſi ab ſermonibus iſtis abhorrere debemus, multo magis cogitationes evitandæ ſunt. Neque enim par eſt, opinor, mentis ac linguæ delictum; ſed illa eſt curanda cumprimis, quod cum ea lingua pariter peccet. Deorum igitur ediſcendi ſunt hymni: qui quidem multi ſunt, ac pulcri, ab antiquis & recentioribus conditi. Ex iis vero potiſſimum eos ſcite convenit, qui in ſacris ca-

A ἀλλὰ ἐκείνοις μόνον καὶ ἐκείνων, ὅσα εὐσεβείας ἐστὶ ποιητικά· καὶ διδάσκῃ περὶ θεῶν πρῶτον μὲν ὡς εἰσίν· εἶτα ὡς προνοοῦσι τῶν τῇδε· καὶ ὡς ἐργάζονται μὲν οὐδὲ ἓν κακὸν οὐδὲ ἀνθρώπους, οὐδὲ ἄλλους, φθονοῦντες, καὶ βασκαίνοντες, καὶ πολεμοῦντες. ὁποῖα γεάφοντες μὲν οἱ παρ' ἡμῖν ποιηταὶ καλεφρονήθησαν· οἱ δὲ τῶν Ἰουδαίων προφῆται διαλεταγμένως συγκαλασκευάζοντες, ὑπὸ τῶν ἀβλίων

B τότων τῶν προσνεμάντων ἑαυτὸς τοῖς Γαλιλαίοις θαυμάζονται. Πρέποι δ' ἂν ἡμῖν ἱστορίαις ἐντυγχάνειν, ὁπόσαι συνεγράφησαν ἐπὶ πεποιημένοις τοῖς ἔργοις. ὅσα δέ ἐστιν ἐν ἱστορίαις ἤδη παρὰ τοῖς ἔμπροσθεν ἀπηγγελμένα πλάσματα, παραλητέον· ἐρωτικὰς ὑποθέσεις, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα. Καθάπερ γὰρ οὐδὲ ὁδὸς πᾶσα τοῖς ἱερωμένοις ἁρμότῃ· τετάχθαι δὲ χρὴ καὶ ταύτας· οὕτως οὐδὲ ἀνάγνωσμα πᾶν ἱερωμένῳ πρέπῃ. ἐγγίνεται γάρ τις

C τῇ ψυχῇ διάθεσις ὑπὸ τῶν λόγων· καὶ κατ' ὀλίγων ἐγείρῃ τὰς ἐπιθυμίας· εἶτα ἐξαίφνης ἀνάπτῃ δεινὴν φλόγα. πρὸς ἣν οἶμαι χρὴ πόρρωθεν παρᾴρεταχθαι. Μήτε Ἐπικούρειος εἰσίετω λόγος· μήτε Πυῤῥώνειος. ἤδη μὲν γὰρ καλῶς ποιοῦντες οἱ θεοὶ καὶ ἀνῃρήκασιν, ὥστε ἐπιλείπειν τὰ πλεῖστα τῶν βιβλίων. ὅμως οὐθὲν κωλύῃ τύπῳ χάριν ἐπιμνῆσθηναι μὲν καὶ τότων, ὁποίων χρὴ

D μάλιστα τὰς ἱερέας ἀπέχεσθαι λόγων. Εἰ δὲ λόγων, πολὺ πρότερον ἐννοιῶν. οὐδὲ γὰρ, οἶμαι, ταυτόν ἐστιν ἁμάρτημα γλώττης, καὶ διανοίας. ἀλλ' ἐκείνην χρὴ μάλιστα θεραπεύειν, ὡς καὶ τῆς γλώττης ἐκείνῃ συνεξαμαρτανούσης. Ἐκμανθάνειν χρὴ τὰς ὕμνους τῶν θεῶν. εἰσὶ δ' ἔτοι πολλοὶ μὲν καὶ καλοὶ πεποιημένοι παλαιοῖς καὶ νέοις· ἃ μὴν ἀλλ' ἐκείνας προσῃρῆσθαι ἐπίσασθαι, τὰς ἐν

τοῖς ἱεροῖς ἀδομένοις. οἱ πλείστοι γὰρ ὑφ' αὐτῶν τ θεῶν ἐκείνων ἐδόθησαν· ὀλίγοι δέ τινες ἐποιήθησαν καὶ παρὰ ἀνθρώπων, ὑπὸ πνεύματος ἐνθέου, καὶ ψυχῆς ἀβάτου τοῖς κακοῖς ἐπὶ τῇ τῶν θεῶν τιμῇ συγκείμενοι. Ταῦτά γε ἄξιον ἐπιτηδεύειν· καὶ εὔχεσθαι πολλάκις τοῖς θεοῖς ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ· μάλιστα μὲν τρὶς τῆς ἡμέρας. εἰ δὲ μή, πάντως ὄρθρου τε καὶ δείλης. οὐδὲ γὰρ ἔυλογον ἄθυτον ἄγειν ἡμέραν ἢ νύκτα τὸν ἱερωμένον· ἀρχὴ δὲ ὄρθρος μὲν ἡμέρας· ὀψία δὲ νυκτός. ἔυλογον δὲ ἀμφοτέρων τοῖς θεοῖς ἀπάρχεσθαι τῶν διαστημάτων, ὅταν ἔξωθεν τῆς ἱερατικῆς ὄντες τυγχάνωμεν λειτουργίας. ὡς τά γε ἐν τοῖς ἱεροῖς ὅσα πατρίῳ διαγορεύῃ νόμῳ, φυλάττειν πρέπει. καὶ ὅτε πλέον, ὅτε ἐλαττόν τι ποιητέον αὐτόν. αἴδια γὰρ ἐστι ταῦτα τ θεῶν. ὥστε καὶ ἡμᾶς χρὴ μιμεῖσθαι τὴν οὐσίαν αὐτῶν· ἵν' αὐτοὺς ἱλασκώμεθα διὰ πλέον. Εἰ μὲν οὖν ἦμεν αὐτοψυχαὶ μόναι· τὸ σῶμα δὲ πρὸς μηδὲν ἡμῖν διώχλει, καλῶς εἶχεν ἕνα τινὰ τοῖς ἱερεῦσιν ἀφορίζειν βίον. ἐπεὶ δὲ οὐχ ἱερεῦσιν ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἱερεῖ πρέπει μόνον, ὃ δὴ καὶ τὸν καιρὸν τῆς λειτουργίας ἐπιτηδευτέον. Τί δὲ ὡς ἱεραλεύειν ἀνθρώπῳ λαχόντι συγχωρητέον, ὅταν ἐκτὸς ᾖ τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς λειτουργίας; οἶμαι δὲ χρῆναι τ ἱερέα πάντων ἁγνεύσαντα νύκτωρ καὶ ἡμέραν· εἶτα ἄλλην ἐπ' αὐτῇ νύκτα καθηράμενον, οἷς διαγορεύουσιν οἱ θεσμοὶ καθαρμοῖς, ἕως εἴσω φοιτῶντα τὸ ἱερὸν μένειν ὅσας ἂν ἡμέρας ὁ νόμος κελεύῃ. τεσσαράκοντα μὲν γὰρ παρ' ἡμῖν εἰσιν ἐν Ῥώμῃ· παρ' ἄλλοις δ' ἄλλως. Εὔλογον δ' οἶμαι, μένειν ἁπάσας ταύτας τὰς ἡμέρας ἐν τοῖς ἱεροῖς φιλοσοφοῦντα· καὶ μήτε εἰς οἰκίαν βαδίζειν, μήτε εἰς ἀγοράν,

A nuntur. Horum enim plerosque ipsimet Dii multis precibus exorati tradiderunt: pauci ab hominibus profecti sunt, quos illi divini spiritus afflatu, ad honorem Deorum, ex integro & inaccesso malis animo profuderunt. In his occupanda sunt studia: & cum privatim, tum publice Diis sæpe supplicandum est, maxime quidem ter de die; sin minus, saltem diluculo, ac sub vesperam. Neque enim sacerdotem decet diem ullum ac noctem sine sacrificio transigere. Est autem ut initium diei diluculum, ita noctis vespera. Itaque rationi consentaneum est, ut amborum intervallorum velut primitiæ quædam Diis consecrentur, dum a sacerdotali functione vacamus. Nam quæ in templis ipsis obeuntur, ex patriæ legis præscripto præstanda sunt: ut nihil plus aut minus adhibeatur, quam illa præcipiat. Hæc enim Deorum propria sunt. Ideo naturam ipsorum imitari nos oportet, ut eos tanto magis propitios habeamus. Et quidem si nos meris animis constaremus, nihil ut molestiæ nobis corpus afferret, consultum foret unum quoddam ac singulare vitæ genus sacerdotibus tribuere: quoniam autem non sacerdotibus simpliciter, * * * sed tanquam sacerdoti id solum congruit, cui functionum tempore studendum est. Quid est porro ei concedendum homini, qui sacerdotale munus sortitus est, dum a sacrorum administratione vacat? Equidem sic statuo: sacerdotem oportere noctes atque dies purum se ab omnibus & integrum servantem; tum singulis noctibus iis se lustrationibus expiantem, quas ritus sacri præscribunt; ita demum intra templi septa sese continere, tanto dierum spatio, quantum leges præcipiunt. Etenim Romæ apud nos triginta præstituti sunt dies, alii aliter instituunt. Itaq; per omnes illos dies in templis residere ac philosophari mea quidem sententia convenit: neque interim domum petere, vel forum: ac ne magistratum

f. αὐτά, & mox ἴδια

Mendosus locus

gistratum quidem, nisi in templis, videre: tum vero cultus ipsum divini sedulo curam capessere, & inspiendis atque ordinandis omnibus intendere. Expletis porro legitimis diebus, ubi alteri functione cesserit, & ad humanæ vitæ negotia se transdiderit; liceat ipsi cum amicorum frequentare domos, tum si invitatus erit, conviviis interesse, non omnium, sed optimorum. Tunc & in forum prodire, non absurdum videtur, dum id raro fiat; & ducem ac provinciæ præfectum officii causa convenire, & indigentibus pro virili parte præsidium afferre. Illud vero decere sacerdotes arbitror, ut quamdiu intra templi septa sacris operantur, ornatissimam vestem habeant; extra templum, communi neque sumtuosa nimis utantur. Non enim rationi congruit, ut iis, quæ ad honorem Deorum nobis concessa sunt, ad inanem ambitionem & gloriolam abutamur. Quamobrem ab exquisitiore in foro veste, tum fastu arrogantiaque, prorsus abstinendum. Etenim Amphiaraum illum, cum propter insignem adeo modestiam Dii immortales adamassent, cumque Græcorum exercitum illum internecione damnassent, ac decreti hujus ipse conscius in eadem esset expeditione, ob idque fatalis hæc illi esset inevitabilis necessitas; alium in statum, ac meliorem sortem transtulerunt. Nam cum omnes, qui ad Thebanam obsidionem profecti erant, universa, priusquam confecta forent, clypeis suis inscriberent, ac velut tropæa de Cadmæorum calamitatibus erigerent; Deorum familiaris ille vates nuda his insignibus ad bellum arma gestabat, clementiæ vero ac temperantiæ ab ipsis etiam hostibus testimonium capiebat. Ad hoc exemplum sacerdotum mores conformadi sunt, uti Deos propitios habeamus. Non enim mediocriter adversus ipsos delinquimus, cum sacras vestes ostenA ἀλλὰ μηδὲ ἄρχοντα πλὴν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐφοράν. ἐπιμελεῖσθαι δὲ τῆς περὶ τὸ θεῖον θεραπείας αὐλὸν, ἐφορῶντα πάντα καὶ διατάττοντα· πληρώσαντα δ' τὰς ἡμέρας, εἶτα ἑτέρῳ παραχωρεῖν τῆς λειτουργίας. Ἐπὶ δὲ τ ἀνθρώπινον τρεπομένῳ βίον ἐξέσω καὶ βαδίζειν εἰς οἰκίαν " φίλων, καὶ Voss. φίλω εἰς ἑσίασιν ἀπαντᾶν παρακληθέντα, μὴ πάντων, ἀλλὰ τῶν βελτίσων. ἐν τούτῳ δὲ καὶ εἰς ἀγορὰν παρελθεῖν B οὐκ ἄτοπον ὀλιγάκις· ἡγεμόνα τε προστιθέναι, καὶ ἔθνος ἄρχοντα· καὶ τοῖς εὐλόγως δεομένοις ὅσα ἐνδέχεται βοηθῆσαι. Πρέποι δὲ οἶμαι τοῖς ἱερεῦσιν ἔνδον μὲν, ὅτε λειτουργοῦσιν, ἐσθῆτι χρῆσθαι μεγαλοπρεπεστάτῃ· τῶν ἱερῶν δὲ ἔξω, τῇ συνήθει, δίχα πολυτελείας. οὐδὲ γὰρ ἔυλογον τοῖς δεδομένοις ἡμῖν ἐπὶ τιμῇ θεῶν εἰς κενοδοξίαν καταχρῆσθαι, καὶ τύφου μάταιον. ὅθεν ἀφεκτέον ἡμῖν ἐσθῆτος C πολυτελεστέρας ἐν ἀγορᾷ, καὶ κόμπου· ἢ καὶ πάσης ἁπλῶς ἀλαζονείας. Οἱ γοῦν θεοὶ τὴν τοσαύτην ἀγαθότητα Ἀμφιαράου σωφροσύνην· ἐπειδὴ τῷ στρατεύματι ἐκείνῳ καταδίκασαν φθοράν, εἰδώς τε αὐλὸς συστρατεύειν, καὶ ἦν ἄφευκτον αὐτῷ διὰ τοῦτο τὸ πεπρωμένον, ἀπέφηνεν αὐλὸν ἄλλον ἐξ ἄλλου· καὶ μετέστησαν εἰς λῆξιν θείαν. Πάντων γοῦν τῶν ἐπιστρατευσάντων τοῖς Θήβαις ἐπὶ τῶν D ἀσπίδων πρὶν καταγράσθαι σύμπαντα γραφόντων, καὶ ἐγειρόντων τὰ τρόπαια, καὶ τὰς συμφορὰς τῶν Καδμείων, ὁ τῶν θεῶν ὁμιλητὴς, ἄσημα ἐπεστάτευεν ἔχων ὅπλα· πραότητα δὲ καὶ σωφροσύνην ὑπὸ τ πολεμίων ἐμαρτυρεῖτο. διόπερ οἶμαι χρὴ καὶ τοὺς ἱερέας " ἵνα τυγχάνωμεν εὐ- Mutilus μενῶν τ θεῶν. ὡς δ μικρά γε εἰς locus αὐλοὺς ἐξαμαρτάνομεν, δημόμενοι τοὺς ἱεροὺς ἐσθῆτας, καὶ δημοσιεύοντες. καὶ παρέ-

παρέχοντες ἁπλῶς περιβλέπειν τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ τι θαυμασόν· εἴπερ ἐκ τούτου συμβαίνοι, πολλοὶ πελάζουσιν ἡμῖν οἱ καθαροί· καὶ διὰ τοῦτο χραίνεται τὰ τῶν θεῶν σύμβολα. Τὸ δ' ἡμᾶς αὐτοὺς οὐχ ἱερατικῶς ζῶντας ἱερέων ἐσθῆτα περικεῖσθαι, πάσης ἐστὶ παρανομίας καὶ καταφρονήσεως εἰς τοὺς θεούς· εἰρήσεται μὲν οὖν ἡμῖν καὶ περὶ τούτων δι' ἀκριβείας.

A tamus, & omnium oculis tanquam mirum aliquid objicimus. Ex quo id accidit, ut cum multi ad nos impuri homines accedant, ſacra illa Deorum ſymbola contaminentur. At vero nos ſacerdotali uti veſte, niſi ut ſacerdotibus dignum eſt vitam inſtituamus, idipſum noxas omnes criminum, ac Deorum maxime contemtum, in ſeſe continet. De iis igitur accuratius aliquando diſputabimus.

Νυνὶ δὲ, ὡς τύπῳ, πρὸς σὲ γράφω περὶ αὐτῶν· τοῖς ἀσελγέσι τούτοις θεάτροις τῶν ἱερέων μηδεὶς μηδαμοῦ παραβαλλέτω· μήτε εἰς τὴν οἰκίαν εἰσαγέτω τὴν ἑαυτοῦ· πρέπει γὰρ οὐδαμῶς. καὶ εἰ μὲν ἦν τι, ἐξελάσαι παντάπασιν αὐτὰ τῶν θεάτρων· ὥστε αὐτὰ πάλιν ἀποδῦναι τῷ Διονύσῳ καθαρὰ γενόμενα, πάντως ἂν ἐπειράθην αὐτῷ προθύμως κατασκευάσαι. νυνὶ δὲ οἰόμενος τοῦτο ἔστε δυνατὸν, εἴτε ἄλλως, εἰ καὶ δυνατὸν φανείη, συμφέρον αὐτὸ γενέσθαι, ταύτης μὲν ἀπεσχόμην παντάπασι τῆς φιλοτιμίας· ἀξιῶ δὲ τοὺς ἱερέας ὑποχωρῆσαι καὶ ἀποσῆναι τῷ δήμῳ τὴν ἐν τοῖς θεάτροις ἀσελγείας. Μηδεὶς οὖν ἱερεὺς εἰς θέατρον ἐξίτω· μηδὲ " * φίλον θυμελικόν· μηδὲ ἁρματηλάτην· μηδὲ ὀρχηστὴς, μηδὲ μῖμος, αὐτῶν τῇ θύρᾳ προσίτω· τοῖς ἱεροῖς ἀγῶσι ἐπιτρέπω μόνον τῷ βουλομένῳ παραβαλεῖν· ὧν ἀπηγόρευται μετέχειν οὐκ ἀγωνίας μόνον, ἀλλὰ καὶ θέας ταῖς γυναιξίν. Ὑπὲρ δὲ τῶν κυνηγεσίων τί δεῖ καὶ λέγειν, ὅσα ταῖς πόλεσιν εἴσω τῶν θεάτρων συντελεῖται, ὡς ἀφελέον τούτων ἐστὶν οὐχ ἱερεῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ παισὶν ἱερέων; Ἦν μὲν οὖν ἴσως πρὸ τούτων εἰρῆσθαι καλὸν, ὅθεν καὶ ὅπως χρὴ τοὺς ἱερέας ἀποδεικνύειν. οὐδὲν δὲ ἄτοπον εἰς τοῦτό μοι τοὺς λόγους λῆξαι. Ἐγὼ φημι τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι βελτίους

B Nunc ut rudi, quod ajunt, Minerva de iisdem ad te ſcribam; ad obſcœna illa theatrorum ſpectacula nullus omnino ſacerdos accedat; neque in ædes ſuas introducat. Non enim decet. Quod ſi a rheatris excludi penitus iſta poſſent, ut hæc illa Baccho rurſus a tanta turpitudine purgata redderentur; plane iſtud aſſequi omni ope ſtuduiſſem. Sed cum vel effici poſſe deſperem; vel, ut obtineri poſſit, minus expedire judicem; ab ambitioſo illo ſtudio mihi temperandum eſſe duxi: ſacerdotes vero theatrali iſta petulantia populo cedere, ac procul abhorrere cupio. Proinde nullus horum in theatrum prodeat, neque cum hiſtrione ullo vel auriga ſit amicitia conjunctus; *neque ſaltator vel mimus* ad eorum fores accedat. Ad ſacra duntaxat certamina, ſi qui velint, adeundi poteſtatem habeant; dum ejusmodi ſint, quibus non certare ſolum, ſed vel ſpectare mulieres prohibeatur. Nam de venationibus, quæ in civitatibus intra theatra præſtantur, quid attinet dicere, non ab iis modo ſacerdotes, ſed ſacerdotum etiam arcendos eſſe liberos? Illud plane, & ante ſuperiora omnia dicendum fortaſſis erat, undenam & quomodo ſacerdotes eligendi ſint. Sed abſurdum non erit, ſi inſtitutam orationem in ejus rei tractatione deſinam. Placet igitur eos ex omnibus conſtitui, qui in civitatibus optimi ſunt, & inprimis quidem Dei, deinde

f. ποιεῖτω, vel ἐχίτω

de vero hominum amantiſſimos quosque, ſive pauperes ſint, ſive divites. Nec enim ullum, quod ad eam rem attinet, inter obſcuros & illuſtres debet eſſe diſcrimen. Nam qui propter animi manſuetudinem latet, nequaquam propter obſcuritatem & ignobilitatem arcendus eſt. Igitur etſi pauper ſit aliquis, aut plebejus, ſi duobus hiſce præditus ſit ornamentis, religione erga Deum, & in homines benignitate, ſacerdos nihilominus eligatur. Porro religionis quidem in Deum argumentum eſt, ſi propinquos omnes ad pietatem erga Deos capeſſendam alliciat; humanitatis vero, ſi vel ex modico libenter pauperibus impertiat, prolixeque communicet, ac quamplurimos ſua complecti liberalitate ſtudeat. Ad hanc enim partem majore quadam attentione opus eſt, unde remedii aliquid afferatur. Etenim quoniam ita contigit, uti pauperes ſacerdotibus neglectui eſſent; hoc animadverſo, nefandi Galilæi in id humanitatis genus incubuerunt, peſſimumque facinus hac officii ſpecie corroborarunt: velut qui pueros placenta aliqua decipiunt, quam cum bis terve illis dederint, & ad ſe ſequendos hac arte pellexerint, demum ab ædibus procul abſtractos & in navem impoſitos diſtrahunt, ut quod brevem illis jucunditatem attulerat, id acerbum in omni vita ſentiatur. Sic iſti ab ea, quam vocant, agape & convivio, menſarumque miniſterio (eſt enim uti factum ipſum, ita vocabulum apud illos frequens,) incipientes, fideles ad Deorum contemtum impietatemque perducunt. * * *

A καὶ μάλιστα μὲν φιλοθεωτάτους, ἔπειτα φιλανθρωποτάτους· ἐάν τε πένητες ὦσιν, ἐάν τε πλούσιοι. διάκρισις ἔστω πρὸς τοῦτο μηδέ τις ἦν ἀφανὴς καὶ ἐπιφανής. Ὁ γὰρ διὰ πραότητα λεληθὼς, ἢ διὰ τὴν τοῦ ἀξιώματος ἀφάνειαν, δίκαιός ἐστι κωλύεσθαι. κἂν πένης ἦν ἤ τις, κἂν δημότης, ἔχων ἐν ἑαυτῷ δύο ταῦτα, τό τε φιλόθεον, καὶ τὸ φιλάνθρωπον, ἱερεὺς ἀποδεικνύσθω. Δεῖγμα δὲ τοῦ φιλοθέου

B μὲν, εἰ τοὺς οἰκείους ἅπαντας εἰς τὴν περὶ τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν εἰσαγάγοις τοῦ φιλανθρώπου δὲ, εἰ καὶ ἐξ ὀλίγων εὐκόλως κοινωνεῖ τοῖς δεομένοις, καὶ μεταδίδωσι προθύμως, εὖ ποιεῖν ἐπιχειρῶν ὅσους ἂν οἷός τε ᾖ. προσεκτέον γὰρ μάλιστα τῷ μέρει τούτῳ, καὶ τὴν ἰατρείαν ὅθεν ποιητέον. Ἐπειδὴ γὰρ οἶμαι συνέβη, τοὺς πένητας ἀμελεῖσθαι προερωμένους ὑπὸ τῶν ἱερέων, οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι κάλαυσή-

C σαντες, ἐπέθεντο ταύτῃ τῇ φιλανθρωπίᾳ· καὶ τὸ χείριστον τῶν ἔργων, διὰ δοκοῦντος τοῦ ἐπιτηδεύματος, ἐκράτυναν. ὥσπερ οἱ τὰ παιδία διὰ τοῦ πλακοῦντος ἐξαπατῶντες, τῷ καὶ δῖς καὶ τρὶς προσέσθαι, πείθουσιν ἀκολουθεῖν ἑαυτοῖς. εἶθ' ὅταν ἀποσήσωσι πόρρω τῶν οἰκιῶν, ἐμβάλλουσιν εἰς ναῦν ἀπέδοντο· καὶ γέγονεν εἰς ἅπαντα ἡ ἐξῆς βίον πικρὸν τὸ δόξαν πρὸς ὀλί-

D γον γλυκὺ· τὸν αὐτὸν καὶ αὐτοὶ τρόπον ἀρξάμενοι διὰ τῆς λεγομένης παρ' αὐτοῖς ἀγάπης καὶ ὑποδοχῆς καὶ διακονίας τραπεζῶν· ἔστι γὰρ ὥσπερ τὸ ἔργον, οὕτω δὲ καὶ ὄνομα παρ' αὐτοῖς πολύ· ποιοῦς ἐνήγαγον εἰς τὴν ἀθεότητα. * * * *

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ.

IVLIANI IMP. CÆSARES.

CAROLO CANTOCLARO *Interprete.*

ΕΠΕΙΔΗ δίδωσιν ὁ θεὸς παίζειν, (ἔστι γὰρ Κρόνια) γελοῖον δὲ ὐδέν, ὐδὲ τερπνὸν οἶδα ἐγὼ, τὸ μὴ καταγέλαστα φράσαι, φροντίδος ἄξιον ἔοικεν, ὦ φιλότης. Εἶτα τίς ἔτω παχύς ἐστι καὶ ἀρχαῖος, ὦ Καῖσαρ, ὥστε καὶ παίζειν πεφροντισμένα; ἐγὼ ὤμην, τὴν παιδιὰν ἄνεσίν τε εἶναι τῆς ψυχῆς, καὶ ἀνάπαυσιν τῶν φροντίδων. Ὀρθῶς γε σὺ τοῦτο ὑπολαμβάνεις· ἀλλ' ἐμοὶ δὲ ὐ ταύτῃ ἔοικεν ἀπαλλαγὴν τὸ χρῆμα. πέφυκα γὰρ ὐδαμῶς ἐπιτήδειος ὅτε σκώπτειν, ὅτε παροιδεῖν, ὅτε γελοιάζειν. Ἐπεὶ ὃ χρὴ τῷ νόμῳ πείθεσθαι θεοῦ, βούλῃ σοι ἐν παιδιᾶς μέρει μῦθον διεξέλθω, πολλὰ ἴσως ἔχοντα ἀκοῆς ἄξια; Λέγοις ἂν μάλα ἀσμένως· ἐπεὶ οὐδὲ ἐγὼ ὐκ ἀτιμάζω τοὺς μύθους, ὐδὲ παντάπασιν ἐξελαύνω τοὺς ὀρθῶς ἔχοντας· ἀκόλουθά σοί τε καὶ φίλα τῇ σῇ, μᾶλλον δὲ τῇ κοινῇ, Πλάτωνι διανοούμενος, ἐπεὶ καὶ αὐτῷ πολλὰ ἐν μύθοις ἐσπούδασται. Λέγεις ναὶ μὰ Δία ταῦτα ἀληθῆ. Τίς δὲ, ἦ ποδαπὸς ὁ μῦθος; ὐ τῶν παλαιῶν τις, ὁποίους Αἴσωπος ἐποίησεν; ἀλλ' εἴτε πλάσμα λέ-

Voss. ἔοικ. εἶναι ἄξιον

Voss. ἐγὼ ὤμην in Voss. τῆς deest

Voss. ἀπαλλαγὴν

Voss. ὑπολαμβάνεις οἶμαι

Voss. λέγοις

QUandoquidem ludendi facultatem Deus tribuit, (sunt enim Saturnalia) neque ego quicquam joeosum aut facetum novi: cura & cogitatione dignum videtur, o amiee, de rebus minime ridieulis sermonem instituere. AM. Anne aliquis, o Cæsar, adeo rudi est ingenio & rerum imprudens, ut serio & aeeurate joearī & ludere velit? Ego vero semper existimavi, ludum nihil aliud esse, quam animi remissionem, & curarum sedationem. JUL. Recte tu quidem istud; sed mea ratio ab hac ratione abhorret. Nec enim unquam ita natura comparatus fui, ut ad dicteria jacienda, & ad irridendum, & risum commovendum, aptus & idoneus essem. Sed quoniam legī Dei parendum est, vis ut tibi oblectamenti loco fabulam recensеam, nonnihil fortasse auditu & eognitione dignum habituram? AM. Næ tu fidenter dixeris. Etenim fabulas non minimi facio, neque prorsus rejiciendas puto, quæ ad rectam vivendi rationem ducunt. Atque ego hae in re eonsentanea nimirum tibi, atque eadem cum Platone tuo, vel potius nostro, sentio; a quo multa seria & gravia fabulis sunt pertracta. JUL. Vera sane dicis. Sed quænam tandem isthæc erit fabula? an priscarum aliqua,

qua, cujusmodi Æſopus factitavit? an vero, A de Mercurii commento ut verba faciam, admones? Hoc enim, ut ab eo accepi, tibi narrabo; quod an verum ſit, an falſa veris immixta contineat, res ipſa ſtatim indicabit. AM. Verum tu ſatis ſuperque præfationi, quantum fabulam narraturo, imo & orationem habituro, ſufficiat, operæ impendiſti; age jam ſermonem ipſum, qualis fuerit, expone. JUL. Accipe igitur.

Romulus cum pro Saturnalibus faceret, omnes Deos & Cæſares ad convivium in- B vitavit. Præparati vero erant ad diſcumbendum thori, Diis quidem in ſuprema cœli regione, Olympum vocant,

— Sedes ubi firma Deorum
Creditur. —

Illuc enim fertur conceſſiſſe poſt Herculem Quirinus: ſi quidem ipſum hoc nomine, famæ, quæ de ejus divinitate percrebuit, parentes, appellare fas eſt. Illic igitur præ- C paratum erat Diis convivium. Sub ipſa vero Lunæ concavitate, in ſuprema aëris parte, Cæſares prandio excipere viſum eſt. Eo autem illos & corporum levitas, ut erant amicti, & Lunæ ipſius circumvolutio ſuſtulit. Itaque quatuor lecti ſtrati erant, ut Deos maximos decebat, magnifice exſtructi & decori. Et in Saturni quidem lecto, ex ebeno nitente confecto, divinus & immenſus ſplendor ſub nigredine deliteſcens, ut nemo contra aſpicere poſſet, elucebat. D Itaque oculis in eo intuendo, eadem propter magnitudinem fulgoris eveniebant, quæ Solis orbem intentius contemplantibus accidere ſolent. Jovis vero lectus erat quidem argento lucidior, & auro candidior; quod tamen an electrum, an alio quopiam metalli nomine appellari deberet, non ſatis certo & perſpicue poterat mihi Mercurius explicare. At in aureo throno aſſidebant utrinque mater & filia, Juno quidem

γεις Ἑρμῆ; πέπυσμένος γὰρ αὐλὸν, ἐκεῖθέν σοι Φράσω· εἴτε, ἀληθὲς ὅτως ἔχῃ, εἴτε μίξις τίς ἐστιν ἀμφοῖν ἀληθῆς καὶ ψευδὴς, αὐτὸ ἐπιδείξει τὸ πρᾶγμα. Τοσαῦτα μὲν ἂν ἤδη μυθικῶς ἅμα καὶ ῥητορικῶς ἐξειργασαί σοι τὸ προοίμιον· ἀλλά μοι τὸν λόγον αὐτὸν ὁποῖός ποτέ ἐστιν, ἤδη διέξελθε. Μανθάνοις ἄν.

Θύων ὁ Ῥωμύλος τὰ Κρόνια, πάντας ἐκάλεσε τοὺς θεοὺς, καὶ δὴ καὶ αὐτοὺς τοὺς Καίσαρας. Κλῖναι δὲ ἐτύγχανον παρεσκευασμέναι, τοῖς μὲν θεοῖς ἄνω καθ' αὐτὸ, φησὶν, ὑρανῷ τὸ μετέωρον,

Οὔλυμπόν θ' ἕδος θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.

Λέγεται γὰρ μετὰ Ἡρακλέα παρελθεῖν ἐκεῖσε καὶ ὁ Κυρῖνος. ὧ δὴ χρὴ καλεῖν αὐτὸν ὀνόματι τῇ θείᾳ πειθομένους φήμῃ. Τοῖς μὲν οὖν θεοῖς ἐκεῖσε παρεσκεύαστο τὸ συμπόσιον. ὑπ' αὐτὴν δὲ τὴν Σελήνην, ἐπὶ μετεώρῳ τῷ ἀέρος, ἐδέδοκτο τοῖς Καίσαραις δειπνεῖν. ἀνεῖχε δὲ αὐτοὺς, ἥτε τῶν σωμάτων κουφότης· " ἅπερ ἐτύγχανον ἠμφιεσμένοι· καὶ ἡ περιφορὰ τῆς Σελήνης. Κλῖναι μὲν οὖν ἦσαν ἐκείνῳ τέτταρες, εὐπρεπεῖς τοῖς μεγίστοις θεοῖς. " ἐξέννα " μὲν οὖν ἦν ἡ τῷ Κρόνῳ σιλβούσης, καὶ πολλὴν ἐν τῷ μέλανι, καὶ θείαν αὐγὴν κρυπτούσης, ὥστε οὐδεὶς οἷός τε ἦν ἀντιβλέπειν. ἔπασχε δὲ τοῦτο, πρὸς τὴν " ἔξενον ἐκείνην τὰ ὄμματα δι' ὑπερβολὴν τῆς λαμπηδόνος· ὅπερ οἶμαι πρὸς Ἥλιον, ὅταν αὐτῷ τῷ δίσκῳ τις ἀτενέστερον προσβλέπῃ. Ἡ δὲ τοῦ Διὸς, ἦν ἀργύρου μὲν σιλπνοτέρα, χρυσίου δὲ λευκοτέρα· τοῦτο, εἴτε ἠλεκτρον χρὴ καλεῖν, εἴτε ἄλλό τι λέγειν, οὐ σφόδρα " ἐκ τῶν μεταλλευομένων εἶχέ μοι γνωρίμως ὁ Ἑρμῆς Φράσαι. Χρυσοθρόνῳ δὲ παρ' ἑκάτερον

Voss. ἅτε παρεπήγν.
Voss. ἐξέννα
Voss. μὲν ἦν
Voss. ἔξενον
Voss. εἶχέ μοι γνωρ. ἐκ τ. μεταλλ. ὁ Ερμ. Φρ.

Voss. ἐκαθιζέτην

ρον " ἐκαθιζέτην, ἥ τε μήτηρ, καὶ ἡ θυ- A
γάτηρ, Ἥρα μὲν παρὰ τὸν Δία,
Ῥέα δὲ παρὰ τὸν Κρόνον. Τὸ δὲ τῶν
θεῶν κάλλος, οὐδὲ ἐκεῖνος ἐπεξῆλθ πρὸς
λόγῳ, μεῖζον εἶναι λέγων αὐτὸ, καὶ νῷ

Voss. προσιδῆναι, al. Mss. προσιέναι γε. παραδεχθῆναι

θεατέον, ἀκοῇ δὲ οὐ ῥήματιν ἔστε " προ-
σιέναι ῥᾴδιον, ἔστε " παραδεχθῆναι
δυνατόν. Οὐχ ἕτω τις ἔσαι, κἂν ἐ-
παινῆται μεγαλόφων, ὥστε τὸ μέ-
γεθος ἐκεῖνο φράσαι τῷ κάλλει, ὁ-
πόσον ἐπιπρέπει τῇ τῶν θεῶν ὄψει.
Παρεσκεύασο δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις θε- B
οῖς, ἑκάστῳ θρόνος ἢ κλίνη καλὰ
πρεσβεῖαν. ἤειζε δὲ οὐδεὶς ἀλλ' " ὥσ-

Voss. ἔπις

περ Ὅμηρος ὀρθῶς ποιῶν ἔφη, δο-
κεῖ μοι παρὰ τῶν Μουσῶν αὐτῶν ἀκη-
κοὼς, ἔχειν ἕκαστον τῶν θεῶν θρόνον,
ἐφ' ᾧ πάντως αὐτῷ θέμις καθῆσθαι
σεμνῶς καὶ ἀμεταπτώτως. Ἐπεὶ καὶ
πρὸς τὴν παρουσίαν τῶν πατρὸς ἐξα-
νισάμενοι, παράπτωσιν οὐδαμῶς τὰς κα-

Voss. ὑφαπ. ἀλλήλων

θέδρας, οὐδὲ μεταβαίνουσιν, οὐδὲ " ὑ- C
φαρπάζουσιν ὑπ' ἀλλήλων. γνωρίζει γὰρ
ἕκαστος τὸ προσῆκον αὐτῷ. Πάν-

Voss. κύκλῳ τῶν θεῶν καθημ.

των δὲ " τῶν θεῶν κύκλῳ καθημένων,
ὁ Σειληνὸς ἐρωτικῶς ἔχειν " δοκῶν μοι
τῷ Διονύσῳ καλῷ καὶ νέῳ, καὶ τῷ
πατρὶ τῷ Διὶ παραπλησίῳ· πλησί-
ον αὐτῷ τροφεύς τις οἷα καὶ παιδα-
γωγὸς καθῆστο· τά τε ἄλλα φιλο-

Voss. Φιλογέλωτα καὶ χαριδότην

παίγμονα, καὶ " φιλογέλωτα, καὶ χαριδο- D
δότην ὄντα τὸν θεὸν εὐφραίνων· καὶ δὴ καὶ
τῷ σκώπτειν τὰ πολλὰ, καὶ γελοιάζειν.

Ὡς δὲ καὶ τὸ τῶν Καισάρων συνε-
δρεῖον συμπόσιον, εἰσῆλθ πρῶτος
Ἰούλιος Καῖσαρ, ὑπὸ φιλοτιμίας
αὐτῷ βουλόμενος ἐρίσαι τῷ Διὶ περὶ
τῆς μοναρχίας. εἰς ὃν ὁ Σειληνὸς βλέ-
ψας· ὅρα, εἶπεν, ὦ Ζεῦ, μή σε ὁ ἀνὴρ
οὗτος ὑπὸ φιλαρχίας ἀφελέσθαι καὶ
τὴν βασιλείαν διανοηθείη. καὶ γὰρ, ὡς
ὁρᾷς, ἐστὶ μέγας καὶ καλός· ἐμοὶ γοῦν εἰ

Jovi, Rhea vero Saturno. Deorum autem pulchritudinem neque ille oratione persequutus est: majus aliquid esse dicens, quodque mentis contemplatione perlustrandum esset, & ad cujus cognitionem auditu aut verbis pervenire non sit facile, ut quod oratione comprehendi aut concipi minime possit. Nemo, quantumvis copia aut orationis ubertate præditus, excellentem pulchritudinem aspectus Deorum pro dignitate eloqui aut effari valeat. Reliquis quoque Diis omnibus præparata erant sedilia, in quibus pro cujusque antiquitate accumberent. Neque vero inter eos ullum fuit dissidium. Etenim, quemadmodum recte finxit Homerus, ab ipsis Musis, opinor, edoctus, unicuique Deorum proprius, ubi ipsum consistere fas est, attributus est locus, quo privari aut moveri nulla unquam ratione potest. Quamobrem cum venienti patri assurgunt, id citra tumultum & sedium confusionem faciunt, neque quisquam assignatum locum transgreditur, aut alter alterius rapit & occupat. Siquidem quæ sibi conveniunt, eorum nemo non novit. Sic igitur Diis in orbem sedentibus, Silenus, Dionysio juveni & venusto Jovi patri proximo proximus, ut educatorem & institutorem par erat, assedit. Cujus consuetudine plurimum delectari, eique admodum cupide & propenso animo adhærere videbatur, quo Deum, alioquin sua sponte lusus jocique studiosum, & gratiæ datorem, falsis & ridiculis dictis sæpius utendo exhilararet.

Instructo vero & indicto Cæsaribus convivio, primus ingressus est Julius Cæsar, qui præ gloriæ cupiditate & excellenti studio, Jovi patri contentionem de regno movere velle videbatur. In hunc Silenus intuens: Vide, inquit, Jupiter, ne vir hic, præ dominandi desiderio, regni tibi eripiendi consilia ineat: est enim, ut vides, magnus & pulcher, mihique, si qua alia in re, sane capite

Digitized by Google

perfi-

perſimilis. Hæc adhuc ludente Sileno, neque dum Diis admodum ad ea quæ dicebantur animum mentemque advertentibus, Octavianus prodiit in medium, modo hos, modo alios (ut chamæleontibus moris eſt) colores aſſumens, nunc pallidus, mox rubens, deinde niger, nebulis & caligine obductus, poſtremo tamen ad Venerem Gratiasque ſe referebat. Hic & oculorum fulgore proxime ad Solem accedere videri volebat, nec quenquam ſe ex adverſo intueri ſuſtinebat. Eo conſpecto Silenus exclamavit: Papæ! quam varium hoc animal! nempe nobis aliquid mali inferet. Cui Apollo: Deſine nugari, inquit, hunc enim ego ubi huic Zenoni tradidero, mox ipſum vobis exhibebo tanquam aurum purum & incorruptum. Heus tu, inquit, ô Zenon, alumni mei curam habeto. Ille vero dicto audiens, deinde paulum admodum præceptorum Octavio obcantans, tanquam ſi quis Zamolxidis incantationes in aurem ſuſurraret, præſtitit eum virum probum & frugi. Tertius acceſſit ad ipſos Tiberius, gravis vultu, & truculentus aſpectu, neſcio quid prudentiæ & militaris virtutis præ ſe ferens. Quo ad cathedram converſo, ſeſe oculis obtulerunt cicatrices a tergo infinitæ, vitiligines, impreſſæ cuti labes & notæ quædam, plagæ graves, & vibices, ex intemperantia & cruditate lepræ & impetiginis in modum inuſtæ. At Silenus:

Longe alius mihi nunc, ô hoſpes, quam ante videris.

Quæ cum diceret, viſus eſt ſolito gravior. Itaque ad eum Dionyſius: Quid ita, ô patercule, ſeria loqueris? Perculit me ſane ſenex iſte Satyrus, ait, fecitque ut mihi nec cogitanti exciderint Muſæ Homericæ. Quin

A καὶ μηθὲν ἄλλο, τὰ γῦν περὶ τὴν κεφαλὴν ἐσι τροσόμοι. Παίζοντος ἔτι " ταῦτα τῦ Σειληνῦ, καὶ τῶν Θεῶν μὲ σφόδρα προσεχόντων αὐτῷ, Ὀκταβιανὸς ἐπεισέρχεται, πολλὰ ἀμείβων, ὥσπερ οἱ χαμαιλέοντες, χρώματα· καὶ νῦν μὲν ὠχριῶν· αὖθις δὲ ἐρυθρὸς γενόμεν· εἶτα μέλας, καὶ ζοφώδης, καὶ συννεφής· ἀνίετο δὲ αὖθις εἰς Ἀφροδίτην, καὶ Χά-

B ριτας. εἶναι δὲ ἤθελε τὰς βολὰς τῶν ὀμμάτων, ὁποῖός ἐσιν ὁ μέγας Ἥλι. οὐδένα γὰρ οἱ τῶν πάντων ἀντιβλέπειν ἠξίε. Καὶ ὁ Σειληνός· βαβαὶ, ἔφη, τῦ παιδοδαπῦ τύτυ θηρίυ! τί ποτ' ἄρα δεινὸν ἡμᾶς ἐργάσεται; παῦσαι, εἶπεν, ληρῶν, ὁ Ἀπόλλων· ἐγὼ γὰρ αὐτὸν τύτῳ Ζήνωνι παραδὺς, αὐτίκα ὑμῖν ἀποφανῶ χρυσὸν ἀκήρατον. ἀλλ' ἴθι, εἶπεν, ὁ

C Ζήνων, ἐπιμελήθηλι τῦ ἐμῦ θρέμματ. ὁ δὲ " ἐπακύσας, εἶτα ἐπάσας αὐτῷ μικρὰ τ δογμάτων· ὥσπερ οἱ τὰς Ζαμόλξιδ ἐπῳδὰς θρυλλῦντες, ἀπέφηνεν ἄνδρα ἔμφρονα καὶ σώφρονα. Τρίτ ἐπεισέδραμεν αὐτοῖς Τιβέριος, σεμνὸς τὰ πρόσωπα καὶ βλοσυρὸς, σώφρων τε ἅμα, καὶ πολεμικὸν βλέπων. Ἐπισραφὲν δὲ πρὸς τὴν καθέδραν, ὤφθησαν ὠτειλαὶ καλὰ τὸν νῶτον μυρίαι, καυτῆρές τινες, καὶ ξέσμαλα, καὶ

D πληγαὶ χαλεπαὶ, καὶ μώλωπες, ὑπό τε ἀκολασίας καὶ ὠμότη ψῶραί τινες, καὶ λειχῆνες, οἷον ἐγκαυμέναι. Εἶτα ὁ Σειληνός·

Ἀλλοῖός μοι, ξεῖνε, Φάνης νέον, ἢ τὸ πάροιθεν, Hom. Odyſſ. π. v. 181.
εἰπών, ἔδοξεν " αὐτῦ Φαίνεσθαι σπυδαιότερ. καὶ ὁ Διόνυσ πρὸς αὐτὸν, τί δῆτα, εἶπεν, ὦ παππίδιον, σπυδάζεις; καὶ ὅς, ἐξέπληξέ με· ὁ γέρων ἀτοσὶ ὁ Σάτυρ, ἔφη, καὶ πεποίηκεν " λαθόμενον ἐμαυτῦ, τὰς

Ὁμηρικὰς προβάλλεσθαι Μούσας. Ἀλλά σε, εἶπεν, ἕλξει τῶν ὤτων. λέγεται γάρ αὐτὸς, καὶ γραμματιστήν τινα τῶν ἐργάσασθαι. οἰμώζων μέν ἔν, εἶπεν, ἐν μονῇ νησιδίῳ (τὰς Καπρέας αἰνιττόμενος) τὸν ἅθλιον ἁλιέα ψηχέτω. Ταῦτα ἔτι παιζόντων αὐτῶν, ἐπεισέρχεται θηρίον πονηρόν· εἶτα οἱ θεοὶ πάντες ἀπέστρεψαν τὰ ὄμματα· κατὰ αὐτὸν μὲν ἡ Δίκη δίδωσι τοῖς ποιναῖς. οἱ δὲ ἔρριψαν εἰς τάρταρον. ἀθὲν ἔν ἔσχεν ὁ Σειληνὸς ὑπὲρ αὐτοῦ φράσαι. τῷ Κλαυδίῳ δὲ ἐπεισελθόντι, ὁ Σειληνὸς ἄρχεται τὰς Ἀριστοφάνους Ἱππέας ᾄδειν ἀντὶ τοῦ Δημοσθένους, κολακεύων δῆθεν τὸν Κλαύδιον. Εἶτα πρὸς τὸν Κυρῖνον ἀπιδών· ἀδικεῖς, εἶπεν, ὦ Κυρῖνε, τὸ ἀπόγονον ἄγων εἰς τὸ συμπόσιον, δίχα τῶν ἀπελευθέρων Ναρκίσσου καὶ Πάλλαντος· Ἀλλ' ἴθι, εἶπε, πέμψον ἐπ' ἐκείνους. εἰ βούλῃ δὲ καὶ τὴν γαμετὴν Μεσσαλίναν. ἔστι γὰρ ἐκείνων δίχα, τοῦτο τῆς τραγῳδίας τὸ δορυφόρημα, μικρὸν καὶ ἄψυχον. Ἐπεισέρχεται λέγοντι τῷ Σειληνῷ Νέρων μετὰ τῆς κιθάρας, καὶ τῆς δάφνης. εἶτα ἀποβλέψας ἐκεῖνος πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα· ἔτος, εἶπεν, ἐπί σε παρασκευάζεται. καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀπόλλων· ἀλλ' ἔγωγε αὐτὸν, εἶπεν, ἀποστεφανώσω ταχέως· ὅτι με μὴ πάντα μιμεῖται, μηδὲ ἐν οἷς με μιμεῖται, γίνεταί μου μιμητὴς δίκαιος· ἀποστεφανωθέντα δὲ αὐτὸν ὁ Κωκυτὸς εὐθέως ἥρπασεν. Ἐπὶ τούτῳ δὲ πολλοὶ καὶ πανταχόθεν συνέδραμον, Βίνδικες, Γάλβαι, Ὄθωνες, Βιτέλλιοι. καὶ ὁ Σειληνὸς, τούτων, εἶπε, τῶν μοναρχῶν τὸ δῆμον πόθεν ἐξεύρηκε, ὦ θεοί; τυφόμεθα γὰρ ὑπὸ τοῦ καπνοῦ· φείδεται γὰρ οὐδὲ τῶν ἀναθέρων ταυτὶ τὰ θηρία. Καὶ ὁ Ζεὺς ἀπιδὼν πρὸς τὸν

A tibi aures evellet, inquit Dionyſius: fertur enim & hoc in Grammaticum quendam admiſiſſe. Ille vero, reſpondit Silenus, in ſolitudine inſulæ plorans (Capreas ſcilicet innuebat) miſerum piſcatorem defricando conficiat licet. Hæc invicem jocantibus advenit fera atque immanis bellua, quam Nemeſis, quæ juſtitiæ præſidet, ut ab ea Deos omnes vultum oculosque avertere vidit, pœnis & diris ultricibus torquendam tradi-
B dit. Illam vero hæ præcipitem traxerunt in Tartarum. Sie igitur cum prærepta Sileno in Cajum aliquid dicendi facultas eſſet, Claudio introeunte, Silenus principium Comœdiæ Ariſtophanis, quæ Equites inſcribitur, canere ineepit, *loco Demoſthenis*, ſcilicet ipſi Claudio gratificans. Deinde converſus ad Quirinum: Injurius es, inquit, ô Quirine, qui hunc tuum nepotem in hoc convivium inducas ſine libertis Narciſſo &
C Pallante. Imo & una cum illis, ait, ſi tibi videtur, uxorem quoque ejus Meſſalinam accerſi jube. Sine illis enim videtur hic, parum abeſt, quoddam tragicum ſatellitium mutum & inanimum. Hæc dicenti Sileno, ſupervenit Nero citharam geſtans, & lauro redimitus. At Silenus in Apollinem detorquens oculos: Hic ad tui imitationem, inquit, ſe comparat. Cui rex Apollo: Ego quidem huic, inquit, quamprimum coronam eripiam. Nec enim me in omnibus eſt æmulatus: atque adeo in quibus me imitari
D voluit, valde perverſus mei extitit imitator. Illum igitur Coeytus adempta corona repente in præceps rapuit. Poſt hunc multi & undique ſimul accurrerunt, Vindices, Galbæ, Othones, Vitellii. Quibus conſpectis Silenus ait: Ubinam tantam Imperatorum turbam inveniſtis, o Dii? ſuffocamur præ fumo. Hujusmodi enim feræ ne quidem *Deorum templis* parcunt & ignoſcunt. Deinde Jupiter derepente ad Serapim fratrem,

Voſſ. ἀν καὶ
Voſſ. ἐν τοῦ νησυδείῳ
Voſſ. ψωχέτω
Voſſ. δίδωσι ἡ Δίκη τοῖς ποιναῖς
Voſſ. δεῖ ἀφανῶν
in Voſſ. δὲ deeſt.
Voſſ. συνέτρεχον

trem ſuum converſus, Veſpaſianum oſtendens: Mitte, inquit, & hunc parcum & reſtrictum virum, quam citiſſime fieri poterit ex Ægypto, qui hanc flammam extinguat. Hujus vero ſeniorem filium jube ludere cum Venere publica; juniorem vero, feræ Siculæ proximum, ferreis vinculis conſtringito. Ad hos quoque ſe contulit ſenex, aſpectu pulcher & decorus, (lucet enim & aliquando in ſenectute decor vultus) aditu facilis & perhumanus, & in rerum adminiſtratione æquiſſimus & continentiſſimus. Hoc delectatus Silenus, conticuit. At illi Mercurius: Nihilne tu habes quod nobis de iſto dicas? Sane per Jovem, inquit, etenim ego vos inæquabilis varietatis accuſo. Priori enim immani & cædibus dedito tyranno quindecim annos, huic ne annum quidem integrum imperium tenere indulſiſtis. Sed ne reprehende, Jupiter, inquit; ego enim poſt hunc multorum proborum copiam immittam. Illico igitur ingreſſus eſt Trajanus, humeris geſtans tropæa Getica & Parthica. Hunc Silenus conſpicatus, quamvis ſubmiſſa voce loqueretur, intelligi tamen volens, hæc verba protulit: Hoc tempore maxime ſumma cura & diligentia eſt adhibenda domino Jovi, quo illi cuſtodiatur Ganymedes. Poſt hunc progreditur vir prolixa barba venerandus, reliquis quidem diſciplinis, ſed muſicis præcipue excultus & ornatus. Hunc cum ſæpius in cælum oculos attollentem, & ſollicite occulta & non in vulgus enuncianda inquirentem, conſpexiſſet Silenus, ait: Quid vobis videtur hic ſophiſta? Num Antinoum quærit? Illi vero veſtrum aliquis renunciet, non hic eſſe adoleſcentem; atque ita hominis nequitiam & laſciviam comprimat & coërceat. Deinde ad hos accedentem virum, non quidem rerum venerearum, ſed reipublicæ gubernandæ peritum, cernens

A ἀδελφὸν αὐτῷ Σάραπιν, καὶ τὸν Οὐεσπασιανὸν δείξας, πέμπε, εἶπε, τ' σμικρίνην τοῦτον ἀπὸ τῆς Αἰγύπτ ταχέως, ἵνα τὴν Φλόγα ταύτην κατασβέσαι. τῶν παίδων δὲ, τὸν πρεσβύτερον μὲν, παίζειν κέλευε μετὰ τῆς Ἀφροδίτης τῆς πανδήμ· τὸν νεώτερον δὲ, τῷ Σικελικῷ θηρίῳ παραπλησίως, κλοιῷ δῆσον. Παρῆλθεν ἐπὶ τούτοις γέρων ὀφθῆναι καλὸς, (λάμπ γὰρ ἐσὶν ὅτε καὶ ἐν τῷ γήρᾳ τὸ κάλλ) εὐτυχεῖν πραότατ,

B χρηματίσαι δυκαιότατ. Ἡδέσθη τούτῳ ὁ Σειληνὸς, καὶ ἀπεσιώπησεν· εἶτα ὁ Ἑρμῆς, ὑπὲρ δὲ τούτ, εἶπεν, οὐδὲν ἡμῖν λέγεις; ναὶ μὰ Δία, ἔφη, μέμφομαι" γὰρ ὑμᾶς τῆς ἀνισότητ. τῷ γὰρ" Φοινικῷ θηρίῳ τρὶς πέντε νείμαντες ἐναυτὸς, ἕνα μόλις ἐδώκατε τούτῳ βασιλεῦσαι. Ἀλλὰ μὴ μέμφ, εἶπεν ὁ Ζεύς· εἰσάξω γὰρ ἐπὶ τούτῳ πολλοὺς καὶ ἀγαθούς. Εὐθέως δ' ὁ Τραιανὸς εἰσήρχετο, φέρων ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ τρόπαια, τό τε Γετικὸν, καὶ Παρθικόν. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Σειληνὸς ἔφη, λανθάνειν τε ἅμα καὶ ἀκούεσθαι βουλόμεν· ὥρα νῦν τῷ δεσπότῃ Διῒ σκοπεῖν, ὅπως ὁ" Γανυμήδης αὐτῷ φρουρήσεται. Μετὰ τοῦτον ἐπεισέρχεται, βαθεῖαν ἔχων ὑπήνην ἀνὴρ σοβαρὸς, τά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ μουσικὴν ἐργαζόμεν, εἴς τε τ' οὐρανὸν ἀφορῶν πολλάκις, καὶ πολυπραγμονῶν τὰ ἀπόῤῥητα. Τοῦτον δὴ ἰδὼν ὁ Σειληνὸς ἔφη, τί δὲ ὑμῖν ὅτος ὁ σοφιστὴς δοκεῖ; μῶν Ἀντίνοον τῆδε περισκοπεῖ; φράσατω τις αὐτῷ μὴ παρεῖναι τὸ μειράκιον ἐνθαδὶ, καὶ παυσάτω τὴν λήρ καὶ τῆς φλυαρίας αὐλόν. Ἐπὶ τούτοις ἀνὴρ εἰσέρχεται σώφρων, ὁ τὰ εἰς Ἀφροδίτην, ἀλλὰ

ροσ. νῦν ροσ. φοινικῷ ροσ. Γανυμήδης

ἀλλὰ τὰ εἰς πολιτείαν. Ἰδὼν αὐτὸν ὁ Σειληνὸς ἔφη, βαβαὶ τῆς μικρολογίας· εἷς εἶναί μοι δοκεῖ τ διαπριόντων τὸ κύμινον, ὁ πρεσβύτης ἔτος. Ἐπεισελθόσης δὲ αὐτῷ τῆς τῶν ἀδελφῶν ξυνωρίδος, Βήρῳ καὶ Λυκίῳ, δεινῶς ὁ Σειληνὸς συνεσάλη. παίζειν γὰρ οὐκ εἶχεν, οὐδὲ ἐπισκώπτειν, μάλιστα τὸν Βῆρον· καί τοι καὶ τοῦτο τὰ περὶ τὸν υἱόν, καὶ τὴν γυναῖκα πολυπραγμονῶν ἁμαρτήματα· τὴν μὲν, ὅτι πλέον, ἢ προσῆκεν, ἐπένθησεν· ἄλλως τε οὐδὲ κοσμίαν ὄσαν τὸν δὲ, ὅτι τὴν ἀρχὴν συναπολλυμένην περιεῖδεν, ἔχων καὶ ταῦτα σπουδαῖον κηδεστήν, ὃς τῶν τε κοινῶν ἂν προέσῃ κρεῖττον, καὶ δὴ καὶ τῷ παιδὸς αὐτῷ βέλτιον ἂν ἐπεμελήθη, ἢ αὐτὸς αὐτῷ. Καίπερ ὢν ταῦτα πολυπραγμονῶν, ἠδεῖτο τὸ μέγεθος αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς· τόν γε μὴν ὑέα, οὐδὲ τῷ σκωφθῆναι νομίσας ἄξιον, ἀφῆκεν. ἔπιπλεγὰρ κ αὐτὸς εἰς γῆν, ὁ δυνάμενος ἴσασθαι, καὶ συνομαρτεῖν τοῖς Ἥρωσιν. Ἐπεισέρχεται Περτίναξ, ἐν τῷ συμποσίῳ τὴν σφαγὴν ὀδυρόμενος. ἡ Δίκη δὲ αὐτὸν καλέλεησασα· ἀλλ' ὦ χαιρήσουσιν, εἶπεν, οἱ τούτων αἴτιοι, καὶ σὺ δὲ, ὦ Περτίναξ, ἠδίκεις κοινωνῶν τῆς ἐπιβουλῆς, ὅσον ἐπὶ τοῖς σκέμμασι, ἧς ὁ Μάρκου παῖς ἐπεβουλεύθη. Μετὰ τοῦτον ὁ Σέβηρος, ἀνὴρ πικρίας γέμων, κολαστικός. ὑπὲρ τούτου, εἶπεν ὁ Σειληνὸς, οὐδὲν λέγω· φοβοῦμαι γὰρ αὐτοῦ λίαν ἀπηνὲς καὶ ἀπαραίτητον. Ὡς ὃ ἔμελλεν αὐτῷ καὶ τὰ παιδεῖα συνιέναι, πόρρωθεν αὐτὰ διεκώλυσεν ὁ Μίνως. ἐπιγνοὺς δὲ σαφῶς, τὸν μὲν νεώτερον ἀφῆκε· τὸν δὲ πρεσβύτερον τιμωρίαν ἔπεμψε τόσον-

A Silenus, ait: Papæ! ut pauci ſermonis eſt! Hunc ego ſenem reor eſſe aliquem ex his, qui cuminum ſecant. Poſt hunc vero ingrediente duorum fratrum pari Vero & Lucio, Silenus graviter frontem contraxit. Neque enim illudere, aut dicteriis impetere ullam in partem poterat; præcipue Verum; quamvis ſtudioſe agitaret & inquireret quæ circa filium & uxorem deliquerat. In hanc, quia immoderatius defunctam luxiſſet, alioquin non probam; quod ad illum attinet, quia ruentis imperii nullam rationem habuiſſet, cum generum reipublicæ ſtudioſum & frugi haberet, quem ſummæ rei præponi longe fuiſſet utilius, quique filio ejus, melius quam ipſe ſibi, conſuluiſſet. Quæ omnia cum diligenter ſcrutaretur & excuteret, tamen vehementer ejus virtutis magnitudinem venerabatur & ſuſpiciebat. Hujus filium, ne quidem dignum in quem aliquod facetum dictum conjiceret, ſponte ſilentio præteriit. At ille, cum inter Heroas conſiſtere & converſari nequiret, in terram decidit. Acceſſit & Pertinax, cædem ſibi illatam in medio convivio deflens; cujus Nemeſis, quæ juſtitiæ præeſt, miſeratione commota: Equidem hujus facti auctores, inquit, haudquaquam ex eo magnam ſunt lætitiam percepturi: quamvis tu quoque Pertinax & in hoc inique egeris, quod conſiliis adhibitus, conjurationis, qua Marci filius occubuit, videaris fuiſſe particeps & conſcius. Poſt hunc Severus in puniendo vehemens & acerbus. Ego vero hunc, inquit Silenus, irridere ſuperſedeo. Nec enim parvum mihi ipſius inexorabilis ſævitia & immanitas terrorem incutit. Ejus autem filios, cum ſe patri conjungere vellent, Minos ſatis longo ab eis diſſitus intervallo, vetuit. Verum ſimulatque alterum ab altero liquido dignoſcere potuit, juniorem quidem miſſum fecit, ſeniorem vero digna ſuis facinoribus ſuppli-

Voſſ. παρεμαρτεῖν

deeſt ὅσον in Voſſ.

ſupplicia ſubiturum amandavit. Nec multo poſt Macrinus *fugitivus* homicida, deinde adoleſcens ab Emeſa civitate oriundus, longe neſcio quo locorum a ſacris clauſtris repulſus eſt. Sed Alexander Syrus qualemcunque locum inter poſtremos nactus, ſuam calamitatem querebatur & deplorabat. Quem Silenus irridens: O te hominem amentiſſimum, & nullius plane conſilii, qui ad tantum dignitatis faſtigium elatus, tuas res ex animi tui ſententia non adminiſtraſti, ſed tuas pecunias matri commiſiſti; neque tibi in mentem venit, longe fatius & utilius eſſe eas amicis impartiri, quam ſibi recondere. Sed ego, inquit Nemeſis, omnes eos quicunque ſceleris in hunc commiſſi conſcii & participes fuerunt, ſupplicio afficiendos tradam. Sic itaque miſſo facto adoleſcente, ecce Gallienus una cum patre acceſſit intro: hic quidem adhuc vinculis captivitatis ſuæ oneratus; ille vero ſtola & inceſſu.utens molliori, mulierum ritu. In priorem Silenus hæc luſit:

Quis candidus hic galea eſt,
Qui agit copias prior?

In Gallienum vero:

Hic aurum geſtat tener undique more puellæ.

Hos duos autem Jupiter juſſit ab iis, quæ iſthic celebrabantur, epulis egredi. Ad hos etiam introducitur Claudius: in quem cum omnes Dii vultus oculosque defixiſſent, in magna admiratione eum propter animi magnitudinem habuerunt, tum etiam annuerunt ipſius poſteris rerum potiri: juſtum eſſe exiſtimantes, tam amantis patriæ viri poſteritatem quam diutiſſime principem in republica locum obtinere. Ad hos etiam accurrit Aurelianus, tanquam feſtinato curſu ſe ab eorum conſpectu propipiens, qui illi negotium faceſſebant apud Minoa. Etenim multis exagitabatur criminationibus, multarum cædium injuſte perpetrata-

τα. Μακρῖνος ἐνταῦθα φυγὰς μιαιφόνος· εἶτα τὸ ἐκ τῆς Ἐμίσης παιδάριον, πόρρω πως τῶν ἱερῶν ἀπηλαύνετο περιεβόλων. Ὅγε μὴν Σύρος Ἀλέξανδρος ἐν ἐσχάτοις πως καθῆστο, τὴν αὐτοῦ συμφορὰν ὠλιγώμενος. καὶ ὁ Σειληνὸς ἐπισκώπτων αὐτὸν, ἐπεῖπεν, ὦ μωρὲ, καὶ μέγα νήπιε, τηλικοῦτος ὤν, οὐκ αὐτὸς ἦρχες τῶν σεαυτοῦ, τὰ χρήματα δὲ διδοὺς τῇ μητρὶ, καὶ οὐκ ἐπείσθης, ὅσῳ κρεῖττον ἀναλίσκειν ἦν αὐτὰ τοῖς φίλοις, ἢ θησαυρίζειν. Ἀλλ' ἔγωγε, εἶπε ἡ Δίκη, πάντας αὐτοὺς, ὅσοι μεταίτιοι γεγόνασι τούτων, κολαθησομένους παραδώσω· καὶ ὅτως ἀνείθη τὸ μειράκιον. Ἐπὶ τούτῳ παρῆλθεν εἴσω Γαλλιῆνος μετὰ τοῦ πατρός· ὁ μὲν τὰ δεσμὰ τῆς αἰχμαλωσίας ἔχων· ὁ δὲ στολῇ τε καὶ κινήσει χρώμενος μαλακωτέρᾳ, ὥσπερ αἱ γυναῖκες. Καὶ ὁ Σειληνὸς πρὸς μὲν ἐκεῖνον·

Τίς ὅτος ὁ λευκολόφας
Πρόσωπα ὃς ἡγεῖται στρατοῦ;

Eurip. Phœniſſ. v. 120.

ἔφη. πρὸς δὲ τὸν Γαλλιῆνον,

Ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πάνυ τρυφᾷ,
ἡύτε κόρη.

Τούτῳ δὲ ὁ Ζεὺς εἶπε τῆς ἐκείσε θοίνης ἐκβῆναι. Τούτοις ἐπεισέρχεται Κλαύδιος, εἰς ὃν ἀπιδόντες οἱ θεοὶ πάντες, ἠγάθησάν τε αὐτὸν τῆς μεγαλοψυχίας, καὶ ἐπένευσαν αὐτοῦ τῷ γένει τὴν ἀρχὴν· δίκαιον εἶναι νομίσαντες, ὅτω φιλοπάτριδος ἀνδρὸς ἐπὶ πλεῖστον εἶναι τὸ γένος ἐν ἡγεμονίᾳ. Τούτοις ἐπεισέδραμεν Αὐρηλιανὸς, ὥσπερ ἀποδιδράσκων τὸς ἐργοντας αὐτὸν παρὰ τῷ Μίνωϊ· πολλαὶ γὰρ αὐτῷ συνίσαν δίκαι τῶν ἀδίκων φόνων, καὶ ἔφευγε τὰς γραφὰς,

Voſſ. τῆς ἐκείσε θοίνης ἐ-

Voſſ. δὲ ἰδίοις

Voſſ. τῇ Δίκῃ

Φὰς, κακῶς ἀπολογέμενον. Ἥλιος δὲ, ὁ ἐμὸς δεσπότης, πρός τε τὰ ἄλλα βοηθῶν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ πρὸς τοῦτο αὐτῷ συνήργει, φράσας ἐν τοῖς θεοῖς. ἀλλ' ἀπέτισε τὴν δίκην ἣ λέληθεν ἡ δοθεῖσα Δελφοῖς μαντεία,

Voss. ὁ ὑμὸς δεσπότης αὐτῷ πρός

Voss. Αἶκε

Voss. δὲ ἰδ.

Voss. αὐτὸν ὅμως

Voss. μιγνυῆς

Voss. παπίδιον

rum nomine; quibus quasdam improbas defensiones prætexens, *reus erat convictus.* Sol vero, dominus meus, & in reliquis opem ferre solitus, non minimo quoque illi adjumento hac in re fuit; palam inter Deos prædicans, ipsum pœnas dependisse, & oraculum apud Delphos redditum eveniisse,

" Εἶκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη " τ' ἰθεῖα γένοιτο.

Judicium, si quis quæ fecit perferat, æquum est.

Τούτῳ συνεισέρχεται Πρόβος ἑβδομήκοντα πόλεις ἀνασήσας ἐν ὑδὲ ὅλοις ἐνιαυτοῖς ἐπὶ τὰ, καὶ πολλὰ πάνυ σωφρόνως οἰκονομήσας, ἄδικα ἦ πεπονθὼς, ὑπὸ τῶν θεῶν ἐτιμᾶτο, τάτε ἄλλα, καὶ τὸ τὰς φονέας αὐτῷ τὴν δίκην ἐκτίσαι. Σκώπτειν δὲ " ὅμως αὐτὸν, ὁ μὲν Σειληνὸς ἐπειρᾶτο, καίτοι πολλῶν αὐτῷ σιωπᾶν παρακελευομένων· ἀλλ' ἐᾶτε, ἔφη, νῦν γὰρ δὴ αὐτῷ τὰς ἐξῆς φρενωθῆναι. Οὐκ οἶσθα, ὦ Πρόβε, ὅτι τὰ πικρὰ φάρμακα " καταμιγνύντες οἱ ἰατροὶ τῷ μελικράτῳ προσφέρουσι; σὺ δὲ ἀυσηρὸς ἦσθα λίαν, καὶ τραχὺς ἀεὶ, εἰκῶν δὲ ἁδαμῶ. πέπονθας ἂν ἄδικα μὲν, εἰκότα δὲ ὅμως. Οὐ γὰρ ἐστὶν, ὅτε ἵππων, ὅτε βοῶν ἄρχειν, ὅτε ἡμιόνων, ἥκιστα δὲ ἀνθρώπων, μή τι καὶ τῶν κεχαρισμένων αὐταῖς συγχωρῆντα· ὥσπερ ἔσθ' ὅτε τοῖς ἀσθενοῦσι οἱ ἰατροὶ μικρὰ ἐνδιδόασιν, ἵν' ἐν τοῖς μείζοσιν ἔχωσιν αὐτὸς πειθομένους. Τί τοῦτο, εἶπεν ὁ Διόνυσος, ὦ " παπίδιον, φιλόσοφος ἡμῖν ἀνεφάνης; Οὐ γὰρ, ὦ παῖ, ἔφη, καὶ σὺ φιλόσοφος ὑπ' ἐμοῦ γέγονας; οὐκ οἶσθα, ὅτι καὶ ὁ Σωκράτης ἐοικὼς ἐμοὶ, τὰ πρωτεῖα καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἀπηνέγκατο τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων, εἰ τῷ Δελφῷ πιστεύεις, ὅτι ἐστὶν ἀψευδὴς; ἔα τοίνυν ἡμᾶς μὴ πάντα γελοῖα λέγειν, ἀλλὰ καὶ

Convenit & Probus, qui intra septem annos nondum completos septuaginta instauravit urbes, & multa quoque domi prudenter instituit. Huic, licet iniqua passo, magnus a Diis in multis rebus habitus est honos, cum ob id maxime, quod ejus percussores tanti sceleris ergo ipsi pœnas luerunt. Illum tamen Silenus nihilo secius irridere & cavillari conatus est. Et multis illum tacere jubentibus: Sinite, inquit, eos qui sequentur ex isto prudentiores evadere. An ignorasti, o Probe, medicos melicrato amaris medicamentis infuso, jucundiora propinare? Tu vero, qui nihil unquam cuiquam condonasti, cum in tota tua ratione longe severior & asperior, quam par erat, fueris, iniquam, sed tamen meritam, calamitatem pertulisti. Nemo enim aut equis, aut bobus, aut mulis, nedum hominibus, recte præfuerit, nisi eorum gratiæ & voluntati aliquid dederit; ut fit cum medici ægrotorum cupiditatibus in levibus rebus indulgent, quo illos sibi in majoribus obsequentes præstent. Quid ita, o patercule, inquit Dionysius, te nobis philosophum derepente exhibuisti? Non & tu, o fili, inquit ille, in philosophicis quoque disciplinis a nobis es institutus & eruditus? An nescis & nobis persimilem fuisse Socratem, qui primas inter suæ ætatis philosophos tenuit? siquidem tu Delphicum oraculum minime mendax esse persuasum habes. Liceat igitur nobis per te non omnia ridicula dicere, sed

ſed ſeria & gravia levibus nonnunquam miſcere. Hæc illis inter ſe diſſerentibus, Carus una cum filiis ad convivium accedere voluit, ſed a Juſtitia repulſam tulit. Deinde Diocletianus, ſecum ducens Maximianos duos, & avum meum Conſtantium, cum ſplendido ornatu in medium progreſſus eſt. Hi quidem manibus ſe invicem tenebant, neque ex æquo gradiebantur, ſed Diocletianum chori in modum circumſtabant: quos ſibi ille apparitorum vice fungi & præire volentes prohibebat; nihil enim ſibi præcipuum arrogare ſtudebat. Ut vero pariter cum aliis incedere cœpit, cum ſe oneris mole premi & urgeri ſentiret, omnia quæcunque humeris geſtabat inter eos partitus, ſolutus & expeditus iter faciebat. Horum concordiam Dii admirati, longe digniori præ multis aliis loco ſedere præceperunt. At Maximianum acerbe & intemperanter ſeſe gerentem, Silenus non dignum duxit, quem dicteriis inceſſeret; ſed in cœtum & convivium Imperatorum non admiſit. Non ſolum enim erat in omnis generis libidines effuſus & intemperans, verum etiam rerum novarum cupidus, & perfidiæ plenus, neque in omnibus tetrachordo concors. Quamobrem ipſum Nemeſis continuo in fugam conjecit: fugitque neſcio quo locorum; nec enim mihi in mentem venit ea de re Mercurium percontari. Ab hoc & adnatum eſt huic in omnibus concordi tetrachordo aliud grave, durum, & turbulentum *ſyſtema*. Hos igitur duos ne quidem cœtus Heroum limen attingere, numen illud, quod juſtitiæ præeſt, permiſit. Licinium vero eo usque loci progreſſum, propterea quod multa turpia & nefaria ſcelera commiſerat, quamcitiſſime Minos profligavit. Conſtantinus autem acceſſit intro, & longo temporis ſpatio ſedit. Secundum ipſum & ejus filii. Nec enim Magnentio patuit aditus, quia nihil unquam ſani fecerat. Licet enim

A σωκδαῖα. Ἔτι διαλεγομένων αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους, ὅτε Κάρῳ ἅμα τοῖς παισὶν, εἰσφρῆσαι βουληθεὶς εἰς τὸ συμπόσιον, ἀπελήλατο παρὰ τῆς Δίκης. Καὶ ὁ Διοκλητιανὸς, ἄγων μεθ' ἑαυτῦ Μαξιμιανώ τε τὼ δύω, καὶ τὸν ἐμὸν πάππον Κωνσάντιον, ἐν κόσμῳ προῆγεν. Εἶχοντο ὅ ἀλλήλων τὼ χεῖρε, καὶ ἐβάδιζον, οὐκ ἐξ ἴσης· ἀλλ' οἷα χορός τις ἦν περὶ αὐτὸν, τῶν μὲν ὥσπερ δορυφορούντων, καὶ προθέειν αὐτῦ βουλομένων, τὰ δὲ εἴργοντος· ἀδὲν γὰρ ἠξίει πλεονεκτεῖν. Ὡς δὲ ξυνέκει, κάμνοντος ἑαυτῦ, " αὐτοῖς διδοὺς ἅπαντα ὅσα ἔφερεν ἐπὶ τῶν ὤμων, αὐτὸς ἔυλυτος ἐβάδιζεν. ἠγάσθησαν οἱ θεοὶ τῶν ἀνδρῶν τὴν ὁμόνοιαν, καὶ ἐπέτρεψαν αὐτοῖς πρὸ πολλῶν πάνυ καθῆσθαι. Δεινῶς δὲ ὄντα τὸν Μαξιμιανὸν ἀκόλαστον, ὁ Σειληνὸς ἐπισκώπτειν μὲν οὐκ ἠξίει, τὸ δὲ τῶν βασιλέων οὐκ εἰσεδέχετο συσσίτιον. Οὐ γὰρ μόνον τὰ εἰς Ἀφροδίτην ἦν παντοίως ἀσελγὴς, ἀλλὰ καὶ φιλοπράγμων, καὶ " ἄπιστος, καὶ ἐν τὰ πάντα τῷ τετραχόρδῳ συνῳδῶν. Ἐξήλασεν ἔν αὐτὸν ἡ Δίκη ταχέως· εἶτα ἀπῆλθεν οὐκ οἶδα " ὅπη γῆς· ἐπελαθόμην γὰρ αὐτὸ παρὰ τῦ Ἑρμῦ πολυπραγμονῆσαι. Τούτῳ δὴ τῷ παναρμονίῳ τετραχόρδῳ παραφύεται δεινὸν, καὶ τραχὺ, καὶ ταραχῶδες σύστημα. " Τὼ μὲν ἔν δύω, οὐδὲ τῶν προθύρων ἅψασθαι τῆς τῶν Ἡρώων ἀγορᾶς ἡ Δίκη συνεχώρησεν. Λικίνιον δὲ μέχρι τ προθύρων ἐλθόντα, πολλὰ καὶ ἄτοπα πλημμελῆντα, ταχέως ὁ Μίνως ἐξήλασεν. Ὁ Κωνσαντῖνος δὲ παρῆλθεν ἔσω, καὶ πολὺν ἐκαθέσθη χρόνον· εἶτα μετ' αὐτὸν τὰ παιδία. Μαγνεντίῳ γὰρ οὐκ ἦν ἔσοδος, ὅτι μηδὲν ὑγιὲς ἐπεπράγει, καίτοι πολλὰ

Voſſ. δὺς αὐτοῖς

Voſſ. ἀκόλαστος

Voſſ. ὅπου

Voſſ. τὰς

ἐδόκει περᾶχθαι τῇ ἀνδρὶ καλά. οἱ θεοὶ δὲ ὁρῶντες, ὅτι μὴ ταῦτα ἐκ καλῆς αὐλῆς πεποίηται διαθέσεως, εἴων αὐτὸν οἰμώζειν ἀπολιπόντα.

Οὔσης δὲ τοιαύτης τῆς ἀμφὶ τὸ δεῖπνον παρασκευῆς, ἐπόθουν μὲν οἱ θεοὶ, πάντα γὰρ ἔχουσιν· αὐτῶν δὲ τῶν Ἡρώων ἐδόκει τῷ Ἑρμῇ διαπειρᾶσθαι· καὶ τῷ Διὶ τῶν ἐκ ἀπὸ γνώμης ἦν. ἐδεῖτο δὲ καὶ ὁ Κυρῖνος, ἤδη τινὰ μεταγεῖν ἐκεῖθεν παρ' ἑαυτόν· Ἡρακλῆς δὲ, οὐκ ἀνέξομαι, εἶπεν, ὦ Κυρῖνε· διά τι γὰρ ἐχὶ καὶ τὸν ἐμὸν Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὸ δεῖπνον παρεκάλεις; σὺ τοίνυν, εἶπεν, ὦ Ζεῦ, δέομαι, εἴ τινα τούτων ἔγνωκας ἄγειν πρὸς ἡμᾶς, ἥκειν τὸν Ἀλέξανδρον κέλευε. τί γὰρ ἐχὶ κοινῇ τῶν ἀνδρῶν ἀποπειρασόμενοι τὸ βελτίον δεόμεθα; Δίκαια λέγειν ὁ τῆς Ἀλκμήνης ἐδόκει τῷ Διΐ· καὶ ἐπεισελθόντος αὐτῷ τοῖς Ἥρωσιν, ὅτε ὁ Καῖσαρ, ὅτε ἄλλος τις, ἐπανίστατο· καταλαβὼν δὲ σχολάζουσαν καθέδραν, ἣν ὁ τοῦ Σεβήρου παῖς ἐπεποίητο ἑαυτῷ, (ἐκεῖνον γὰρ ἀπελήλατο διὰ τὴν ἀδελφοκτονίαν) ἐνεκάθισε. Καὶ ὁ Σειληνὸς ἐπιστρώπτων τὸν Κυρῖνον· ὅρα, εἶπε, μή ποτε ὅτοι ἑνὸς ὦσιν οἱ ἀνθρωποι τούτοις τῷ Γραικῷ. νὴ μὰ Δία, εἶπεν ὁ Κυρῖνος, οἶμαι πολλοὺς εἶναι μὴ χείρονας. ὅτω δὲ αὐτὸν οἱ ἐμοὶ τεθαυμάκασιν ἔκγονοι, ὥστε μόνον αὐτὸν ἐκ πάντων, ὅσοι γεγόνασιν ἡγεμόνες ξένοι, ὀνομάζουσι καὶ νομίζουσι μέγαν. ὁ μὴν ἔτι καὶ τῶν παρ' ἑαυτοῖς γεγονότων οἴονται μείζονα τοῦτον, ἴσως μὲν ὑπὸ φιλαυτίας πάσχοντες, ἴσως δὲ καὶ ὅτως ἔχοντες· εἰσόμεθα δὲ αὐτίκα μάλα τῶν ἀνδρῶν ἀποπειρώμενοι. Ταῦτα μάλιστα λέγων ὁ Κυρῖνος ἡρυθρία· καὶ δῆλος ἦν ἀγωνιῶν ὑπὲρ τῶν ἀπογόνων τῶν ἑαυτοῦ, μήπως τὰ δευτερεῖα λαβόντες

ab ipso multa egregie gesta videri possint, quia tamen Dii perspexerunt hæc non a recto & confirmato animi judicio profecta esse, fugientem eum in luctu dimiserunt.

Hujuscemodi igitur erat prandii apparatus: et *Dii quidem nihil desiderabant*, sunt enim omnia in eorum manu & potestate; *Mercurio autem visum est Heroas ipsos experiri.* Nec ab hoc Jovis sententia abhorrebat. Postulabat vero & Quirinus jamdudum, ut aliquem alium ex suis illuc introduceret. Non feram, o Quirine, inquit Hercules. Cur enim & non meum Alexandrum huic convivio adhibuisti? Te igitur, o Jupiter, inquit, oro atque obtestor, si quem horum ad nos constituisti intromittere, Alexandrum venire jube. Cum enim palam de viris fortibus periculum facturi sumus, cur præstantiore caremus? Justa & rationi consentanea dicere Jovi patri Alcmenæ filius visus est. Et in cœtum Heroum ingrediente Alexandro, neque Cæsar ipse, neque quisquam alius assurgere dignatus est. At ille cathedram accipiens, quam ipsi vacuam fecerat Severi filius, (etenim propter fratricidium ab Heroum consuetudine repulsus fuerat) sedit. Quo facto in Quirinum Silenus jocans: Vide, inquit, ne hi omnes cum hoc uno Græco comparari digni sint. Per Jovem, inquit Quirinus, inter eos opinor esse quamplures ipsi nulla re inferiores. Tanta autem hunc mei posteri sunt admiratione prosecuti, ut solum eum inter duces exteros & vocent & censeant Magnum; non quo eum majorem reliquis apud se natis judicent, seu quod plus æquo sibi faveant & suis studeant, seu forte quia ita res habet. Illud vero cujusmodi sit, postea certo cognoscemus, ubi de viris periculum fecerimus. Quæ cum dixisset Quirinus, erubuit. Ex quo facile perspectum est, ipsum suorum posterorum causa vehementer laborare, ne in secundis partibus

Voss. μεταγεῖν παρ' ἑαυτόν
Voss. εἶπεν, οὐκ ἀνέξ. ὦ Κυρ.
Voss. παρακαλεῖς
Voss. ἀποπειρασόμενοι, τῷ βελτίονι τιθέμεθα
Voss. ὦσιν αὐτάξιοι
Voss. ὄντες
Voss. ἔχον

partibus hærerent. Poſt hæc Jupiter apud Deos propoſuit, an oporteret omnes decertare, an vero iſtud certamen ad gymnicorum morem inſtituendum foret: in quibus qui illum vicit, qui plures aſſecutus eſt palmas, unius victor cæteris quoque præſtare cenſetur, qui ab eo, de quo victoriam retulit, ſuperati ſunt; licet cum ipſis in certamen non venerit. Et ea quidem judicii faciendi ratio, tanquam valde apta & explicata, ab omnibus Diis communi voce & ſententia eſt approbata. Edixit igitur Mercurius, primum adeſſe Cæſarem, deinde Octavianum, tertium Trajanum, tanquam bellicoſiores. Hinc facto ſilentio, rex Saturnus Jovem intuitus: Miror, inquit, bellica laude illuſtres Imperatores ad hoc certamen vocatos, Philoſophum vero neminem; quamvis hi quoque non minus mihi cari ſint quam reliqui. Vocate igitur & intro Marcum. Et ille quidem accerſitus adfuit gravis & conſtans valde, tum oculis, tum vultu, præ animi contentione, aliquantulum ſevero & nonnihil contracto ſimili; pulchritudinem, quam nemo imitatione aſſequi poſſet, in eo demonſtrans, quod eſſet horridus & incomtus. Erat enim barba prolixa, & amictu ex omni parte frugali & modeſto. Denique propter paucitatem alimentorum corpus illi erat ſplendidius & nitidius, ipſius puriſſimi, ut arbitror, & *clariſſimi luminis* inſtar. Illo veto intra ſacra ſepta intromiſſo, Dionyſius cœpit dicere: O Saturne rex, & Jupiter pater, utrum aliquid imperfectum & depravatum inter Deos verſari fas eſt? Quibus nihil reſpondentibus: Atqui accerſamus & huc, inquit, aliquem voluptatis ſectatorem. Sed huc, Jupiter ait, quenquam pedem inferre nefas eſt, qui noſtra non revereatur & probet. Fiat itaque, reſpondit Dionyſius,

A οἴχωνται. Μετὰ τοῦτο ὁ Ζεὺς ἤρετο τοὺς θεούς, πότερον χρὴ πάντας ἐπὶ τὸν ἀγῶνα καλεῖν, ἢ καθάπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γίνεται, ὁ τὰ πολλὰς ἀνελομένου νίκας κρείττων, ἑνὸς περιγενόμενος, οὐδὲν ἔλαττον δοκεῖ κἀκείνων γεγονέναι κρείσσων, οἷς προσεπάλαισαν μὲν ὁδαμῶς αὐτῷ, τοῦ κορυφαίου δὲ ἥττους ἐγένοντο. Καὶ ἐδόκει πᾶσιν ἡ τοιαύτη σφόδρα ἐμ-
B μελῶς ἔχειν ἐξέτασις. Ἐκήρυττεν οὖν ὁ Ἑρμῆς, παρεῖναι Καίσαρα· καὶ τὸν Ὀκταβιανόν· ἐπὶ τούτῳ· Τραϊανόν δὲ ἐκ τρίτου, ὡς πολεμικωτέρους. Εἶτα γενομένης σιωπῆς, ὁ βασιλεὺς Κρόνος βλέψας εἰς τὸν Δία, θαυμάζειν, ἔφη, πολεμικοὺς μὲν ἀνδρικράτορας ὁρῶν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τοσοὺς καλουμένους, οὐθένα μέντοι φιλόσοφον. ἐμοὶ δὲ, εἶπεν, οὐκ ἧττόν εἰσιν οἱ τοιού-
A quis cauſſam hanc extra Græciam evocaſſet, minus certe virium Corinthii habuiſſent, & juris æquitas a multis & egregiis iſtis patronis diligenter exquiſita, magis apparuiſſet: a quibus & judicem propoſita civitatis dignitate veritum, veriſimile eſt talem ſententiam tuliſſe. Verum de civitatis jure, & ororibus, ſi audire voles, ipſisque dicendi poteſtas fiat, cauſſam a principio audies, & B de tota ſumma recte ex eorum oratione ſtatuetur. Quod vero iis, qui legati huc venerunt, credere oporteat, pauca addenda ſunt. Diogenes & Lamprias, ſi quis alius hoc tempore, philoſophantur. Atqui hi reipublicæ munera & quæſtus aſpernantur: attamen ſi patria eorum operam deſideret, ei pro viribus ſerviunt: tum cauſſas agunt, rempublicam adminiſtrant, legationes ſuſcipiunt, & pe- C cunias liberaliter impendunt; denique re ac factis philoſophiæ crimina refurant, &, quod vulgo creditur, philoſophos patriæ inutiles eſſe, falſum demonſtrant. Utitur enim illis ad res iſtas patria, & juſtitiæ cauſſam defendere conantur noſtro auxilio uſi, nos vero tuo. Hoc enim reliquum eſt iis, qui afficiuntur injuria, quo ſe tueantur ac ſervent, judicem eum nanciſci, qui recte judicare & velit, & D poſſit: utrumvis defuerit iſtorum, ut judex fallatur, aut prævaricetur, æquitatem perire eſt neceſſe. Verum quando judex eſt, qualem optamus, dicendi autem poteſtas non eſt *iis, qui tum non appellaverunt, hoc primum ſibi concedi poſtulant*; neque illius inertiam, qui tum civitatis cauſſam agebat, tantæ fraudi ſibi in poſterum eſſe. Neque vero abſurdum

abſurdum debet videri; quod judicium revocetur: utile eſt enim populo commoda & opportunitates paululum negligere, ut in poſterum pacem atque otium redimat. Cum enim exiguis regionibus ejus vita terminetur, jucundum eſt exiguo ſaltem tempore tranquille & quiete vivere: horribile autem & periculoſum, in ipſo fori conſpectu cauſſam perire, & ad poſteros non definitam transmitti; ut melius eſſe videatur, boni quocunque modo dimidium obtinere, quam de toto dimicantes perire. At urbes iſtas immortales, niſi quis integre judicabit, omnemque controverſiam dirimet, ſempiternas inimicitias gerere neceſſe eſt. Grave autem odium eſſe ſolet, quod temporis longinquitas confirmavit. Dixi, ut ajunt Rhetores: nunc de cauſſa, ut æquum erit, ſtatuito.

A πον δὲ ὃ χρὴ νομίζειν, τὸ, τὴν δίκην ἄνθις ἀνάδικον ποιεῖν. τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις συμφέρει τὸ κρεῖττον καὶ λυσιτελέσερον ὀλίγον παριδεῖν, τὴν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀσφάλειαν ὠνούμενοις. ὄνθ' γὰρ αὐτοῖς ὀλίγος βίος, ἡδὺ μὲν καὶ τὸ μετ' ὀλίγον ἡσυχίαν ἀπολαῦσαι· φοβερὸν δὲ καὶ πρὸ τῶν δικαστηρίων ἀπολέσθαι κρινόμενον, καὶ παραπέμψαι τὴν δίκην ἀτελῆ. ὥστε B κινδυνεύειν κρεῖσσον εἶναι τὸ καλὸν ὁπωσοῦν προσλαβεῖν ἥμισυ, ἢ περὶ τῷ παντὸς ἀγωνιζόμενον ἀποθανεῖν. Τὰς πόλεις δὲ ἀθανάτους ὔσας, εἰ μή τις δικαίως κρίνας, τὴν πρὸς ἀλλήλας φιλονεικίας ἀπαλλάξῃ, ἀθάνατον ἔχειν τὴν δύσνοιαν πάντως ἀναγκαῖον. καὶ τὸ μῖσος δὲ ἰσχυρὸν τῷ χρόνῳ κρατυνόμενον. Εἰρηται, φασὶν οἱ Ῥήτορες, ὃ γ' ἐμὸς λόγος· κρίνοις δ' ἂν αὐτὸς τὰ δέοντα.

C

JULIANUS IMPERATOR Porphyrio Salutem.

XXXVI.

GEorgii magna ſane & copioſa bibliotheca fuit, & Philoſophorum & Hiſtoricorum omni genere referta: ſed de Galilæorum maxime doctrina permulti & varii commentarii extabant. Quare totam eam bibliothecam perquire, & Antiochiam mitte. Scito autem te quoque graviſſimas pœnas eſſe daturum, niſi omnem diligentiam in quærendo adhibueris; & quos ſuſpicio erit quacunque ratione libros aliquos intervertiſſe, tum argumentis omnibus, tum jurejurando multiplici, tum magis ſervorum quæſtione, niſi queas convincere, ſaltem vi cogas eos in medium proferre.

Ἰουλιανὸς αὐτοκράτωρ Πορφυρίῳ χαίρειν.

λς.

ΠΟλλή τις ἦν πάνυ καὶ μεγάλη βιβλιοθήκη Γεωργίου, παντοδαπῶν μὲν φιλοσόφων. πολλῶν δὲ ὑπομνηματογράφων, οὐκ ἐλάχιστα δ' ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ τῶν Γαλιλαίων πολD λὰ καὶ παντοδαπὰ βιβλία. Πᾶσαν οὖν ἀθρόως ταύτην τὴν βιβλιοθήκην ἀναζητήσας, φρόντισον εἰς Ἀντιόχειαν ἀποσεῖλαι, γινώσκων ὅτι μεγίστη δὴ καὶ αὐτὸς περιβληθήσῃ ζημία, εἰ μὴ μετὰ πάσης ἐπιμελείας ἀνιχνεύσεως, καὶ τὰς ὁπωσοῦν ὑπόνοιαν ἔχοντας ὑφηρῆσθαι τῶν βιβλίων, πᾶσι μὲν ἐλέγχοις, παντοδαποῖς δὲ ὅρκοις, πλείοσι δὲ τῶν οἰκείων βασάνῳ, πείθειν εἰ μὴ δύναιο, καταναγκάσειας εἰς μέσον πάντα προκομίσαι.

Barocc. Ἰωσείῳ Ἐπιέχω Ἀλγύπτῳ ἐπὶ τῇ Γυναικὶ

Ἀμερίῳ.

λζ.

Οὐκ ἀδακρυτί σε τὴν ἐπιστολὴν ἀνέγνων, ἣν ἐπὶ τῷ τῆς συνοικήσης θανάτῳ πεποίησαι, τὰ πάθη τὴν ὑπερβολὴν ἀγγείλας. Πρὸς γὰρ τῷ καὶ καθ' ἑαυτὸ λύπης τὸ ξυμβὰν ἄξιον εἶναι, γυναῖκα νέαν, καὶ σώφρονα, καὶ θυμήρη τῷ γήμαντι, πρὸς δὲ καὶ παίδων ἱερῶν μητέρα, πρὸ ὥρας ἁρπαχθῆναι· καθάπερ δᾷδα Barocc. λαμπρῶς ἠμμένην, εἶτα ἐν ὀλίγῳ καταβαλοῦσαν τὴν Φλόγα, ἔτι καὶ τὸ τὰ πάθη εἰς σὲ τεῖνον, οὐχ ἧττόν μοι δοκεῖ λυπηρὸν εἶναι. Ἤκιστα γὰρ δὴ πάντων ἄξιος ἦν ὁ καλὸς ἡμῶν Ἀμέριος, ἀλγεινῆ τινος εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, ἀνὴρ καὶ λόγῳ χρηστὸς, καὶ ἡμῖν εἰς τὰ μάλιστα τῶν Φίλων ὁ ποθεινότατος. Οὐ μὴν Barocc. περὶ τούτων ἀλλ' εἰ μὲν ἕτερός τις ἦν, ᾧ γράφειν ἐπὶ τούτοις ἐχρῆν, πάνυ ἂν ἔδει μοι πλειόνων εἰς τοῦτο λόγων, τό, τε συμβὰν ὡς ἀνθρώπινον, καὶ τὸ φέρειν ὡς ἀναγκαῖον, καὶ τὸ μηδὲν ἐκ τοῦ μᾶλλον ἀλγεῖν, ἔχειν πλέον εὑρεῖν, καὶ πάντα ὅσα ἐδόκει πρὸς τὴν τοῦ πάθους παραμυθίαν ἁρμόττειν, ὡς ἀγνοοῦντα διδάσκοιμι. Ἐπεὶ δὲ αἴσχιον ἡγοῦμαι Barocc. πρὸς ἄνδρα τοὺς ἄλλους ναθετοῦντα ναθετεῖν εἰδότα ποιεῖσθαι λόγους, οἷς χρὴ τοὺς μὴ εἰδότας σωφρονεῖν καὶ παιδεύειν, φέρε Barocc. ὡς χρὴ σοι τὰ ἄλλα παρεὶς, ἀνδρὸς εἶπω σοφοῦ μῦθον, εἴτε δὴ λόγον ἀληθῆ, σοὶ μὲν ἴσως οὐ ξένον, τοῖς πολλοῖσι δὲ, ὡς εἰκὸς, ἄγνωστον, ᾧ δὴ καὶ μόνῳ χρησάμενος ὥσπερ φαρμάκῳ νηπενθεῖ, λύσιν ἂν εὕροις τοῦ πάθους, οὐκ ἐλάττω τῆς κύλικος, ἣν ἡ Λάκαινα τῷ Τηλεμάχῳ πρὸς τὸ ἴσον τῆς χρείας ὀρέξασθαι Barocc. ὠρέξαι

AMERIO.

XXXVII.

LEgi tuam epiſtolam non ſine lacrymis, in qua de uxoris tuæ obitu ſcribis, caſusque acerbitatem exponis. Nam cum res per ſe luctuoſa ſit, uxorem adoleſcentulam, & caſtam, & viro ſuo jucundam, prætereaque liberorum præſtantium matrem, ante tempus ereptam eſſe, tanquam facem accenſam, & paulo poſt extinctam: tum vero ad te dolorem eum pertinere, per mihi moleſtum eſt. Etenim indigniſſimus erat omnium noſter Amerius, qui moleſtiam doloremque aliquem guſtaret, vir & oratione optimus, & nobiſcum conjunctiſſimus. Verumenimvero ſi ad alium ſcriberem, omnino longiore mihi oratione opus eſſet, qua & humanum eſſe eum caſum docerem, & ferre neceſſarium, & in luctu graviore ſolatium majus non eſſe: denique omnia remedia quæ ad dolorem leniendum apta viderentur, tanquam eorum imperito, adhiberem. Nunc vero quoniam turpe videtur ad eum, qui cæteros docet, ea uti oratione, qua indoctos lenire ac erudire conſuevimus: age, cæteris rebus omiſſis, referam tibi fabulam, vel potius verum ſermonem ſapientis cujusdam viri, non quidem illum tibi fortaſſe inauditum, attamen multis, ut opinor, ignotum; quo vel unico, tanquam lætitiæ pharmaco uſus, ægritudinis remedium invenies, non minus quam illo poculo, quod Telemacho in re ſimili Lacæna dediſſe

disse creditur. Ajunt enim Democritum Abderiten, cum nullo modo posset Darium, cui paulo ante uxor pulcherrima e vita excesserat, consolari, se illi mortuam resuscitaturum dixisse, si vellet res ad hoc negotium necessarias suppeditare: cumque Rex eum juberet, nulla sumtus ratione habita, quidquid opus esset, accipere, promissaque præstare: tum paulisper cunctatum dixisse, cætera quidem sibi abunde suppetere, unum deesse, neque id quemadmodum haberi posset se intelligere; Darium tamen, quod totius Asiæ Rex esset, facile fortasse consecuturum. Hic cum rogaret ille, quid tandem tam magnum esset, quod soli regi fas esset scire? tum Democritum respondisse ajunt: Si tumulo uxoris inscriberet nomina trium, quas nemo luxisset, sic demum illam ab inferis esse redituram: fore enim ut ejus mortis consuetudine erubesceret. Tum Darius cum hæreret, neminemque reperiret, cui triste aliquid non accidisset; Democritus pro sua consuetudine ridens: Et tu, inquit, ineptissime omnium, non vereris lugere; quasi unus tanti mali particeps, cum neminem eorum qui unquam fuerunt, sine privato aliquo dolore vixisse reperias? Verum ista quidem Darium audire conveniebat, hominem barbarum & indoctum, voluptati ac dolori obsequentem; at te & Græcum, & veræ doctrinæ studiosum, a teipso habere decet, ut tibi imperes. Etenim turpe fuerit rationi, non posse impetrare, quod imperatura est dies.

πιστεύεται. Φασὶ καὶ Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην, ἐπειδὴ Δαρείῳ γυναικὸς καλῆς ἀλγοῦντι θάνατον οὐκ εἶχεν ὅ, τι ἂν εἰπὼν εἰς παραμυθίαν ἀρκέσειεν, ὑποσχέσθαι οἱ τὴν ἀπελθοῦσαν εἰς φῶς ἀνάξειν, ἢν ἐθελήσῃ τῶν εἰς τὴν χρείαν ἡκόντων ὑποσῆναι τὴν χορηγίαν. κελεύσαντος δ' ἐκείνου μὴ φείσασθαι, ὅ, τι δ' ἂν ἐξῇ λαβόντα τὴν ὑπόσχεσιν ἐμπεδῶσαι, μικρὸν ἐπισχόντα χρόνον εἰπεῖν, ὅ τι τὰ μὲν ἄλλα αὐτῷ πρὸς τὴν τοῦ ἔργου παρᾶξιν συμποριοῖθ' ἑκάστου, μόνου δὲ ἑνὸς προσδέοιτο, οὗ δὴ αὐτὸν μὲν οὐκ ἔχειν ὅπως ἂν λάβοι· Δαρεῖον δὲ ὡς βασιλέα ὅλης τῆς Ἀσίας, εὐχαλεπῶς ἂν ἴσως εὑρεῖν. ἐρομένου δ' ἐκείνου, τί ἂν εἴη τοσοῦτον, οὗ μόνῳ βασιλεῖ γνωσθῆναι συγχωρεῖται; ὑπολαβόντα φασὶ τὸν Δημόκριτον, εἰ τειῶν ἀπενθήτων ὀνόματα τῷ τάφῳ τῆς γυναικὸς ἐπιγράψειεν, εὐθὺς αὐλὴν ἀναιώσεσθαι, τῷ τ' τελευτῆς νόμῳ δυσωπημένην. Ἀποροῦντος δὲ τοῦ Δαρείου, καὶ μηδένα ἄνδρα δυνηθέντος εὑρεῖν, ὅτῳ μὴ καὶ παθεῖν λυπηρόν τι συνηνέχθη, γελάσαντα συνήθως τὸν Δημόκριτον εἰπεῖν· " ἔτι, ὦ πάντων ἀτοπώτατε θρηνεῖς ἀνέδην, ὡς μόνος ἀλγεινῷ τοσούτῳ συμπλακείς, ὃ μηδὲ ἕνα τῶν πώποτε γεγονότων ἄμοιρον οἰκείας πάθους ἔχων εὑρεῖν; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀκούειν ἐδεῖτο Δαρεῖος, ἀνὴρ βάρβαρος καὶ ἀπαίδευτος, ἔνδοτος ἡδονῇ καὶ πάθει· σὲ δὲ, ἄνδρα Ἕλληνα καὶ παιδείαν ἀληθῆ πρεσβεύοντα, καὶ παρὰ σαυτοῦ τὸ εἰκὸς ἔχειν ἄρχειν· ἐπεὶ καὶ ἄλλως αἰσχύνη & λογισμῶ γένοιτ' ἄν, εἰ μὴ ταχὺ δύναιτο τῷ χρόνῳ.

Barnes. μηδενὸς

Barnes. τί ἂν

A

Μαξίμῳ Φιλοσόφῳ.

λη.

Πάντα ἀθρόα ἔπεισί μοι, καὶ ἀποκλείει τὴν φωνὴν ἄλλο ἄλλῳ προελθεῖν ἐ συγχωρῶν τῶν ἐμῶν διανημάτων. εἴτε ψυχρὸν τῶν παθῶν, εἴτε ὅπως φίλον κατονομάζειν τὰ τοιαῦτα. ἀλλ' ἀποδῶμεν αὐτοῖς, ἣν ὁ χρόνος ἀπέδωκε τάξιν, εὐχαριστήσαντες τοῖς πάνυ ἀγαθοῖς θεοῖς, οἳ τέως μὲν γράφειν ἐμοὶ συνεχώρησαν, ἴσως δὲ ἡμῖν καὶ ἀλλήλους ἰδεῖν συγχωρήσουσιν. Ὡς πρῶτον Αὐτοκράτωρ ἄκων ἐγενόμην· ὡς ἴσασιν οἱ θεοὶ, καὶ τῷ αὐτοῖς καταφανὲς, ὃν ἐνεδέχετο τρόπον, ἐποίησα· στρατεύσας ἐπὶ τοὺς Βαρβάρους, ἐκείνης μοι γενομένης τριμήνου στρατιᾶς, ἐπανιὼν εἰς τοὺς Γαλατικοὺς, ἐπεσκόπουν, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἡκόντων ἀνεπυνθανόμην, μή τις Φιλόσοφος, μή τις σχολαστικὸς, ἢ τριβώνιον, ἢ χλανίδιον φορῶν καλῆρεν. Ἐπεὶ δὲ περὶ τὸ Βικεντίωνα· πολίχνιον δὲ νῦν ἐστιν ἀνειλημμένη, πάλαι δὲ μεγάλη τε ἦν, καὶ πολυτελέσιν ἱεροῖς ἐκεκόσμητο, τείχει καρτερῷ, καὶ προσέτι τῇ φύσει τὸ χωρίον, περιβέβληται γὰρ αὐτὸ ὁ Δάνουβις ποταμὸς, ἦδε ὥσπερ ἐν θαλάττῃ πέτρώδης ἄκρα ἀνέσηκεν, ἄβατος ὀλίγοις δέω φάναι καὶ αὐτοῖς ὄρνισι, πλὴν ὅσα ὁ ποταμὸς αὐλὴν περιῤῥέων, ὥσπερ τινὰς αἰγιαλοὺς ἔχει προκειμένους. ταύτης πλησίον τῆς πόλεως ἀπήντησε Κυνικός τις ἀνὴρ, ἔχων τρίβωνα καὶ βακτηρίαν. Τοῦτον πόῤῥωθεν θεασάμενος, οὐδὲν ἄλλο ὑπέλαβον ἢ σέ. πλησίον δὲ ἤδη προϊὼν, παρά σου πάντως ἥκειν αὐτὸν ἐνόμιζον. Οὗτος δ' ἀνὴρ φίλος μέν, ἧττον δὲ τῆς προσδοκωμένης ἐλπίδος. ἐν μὲν δὴ τοιοῦτον ὄναρ ἐγένετό μοι. μετὰ τοῦτο δέ ὤμην σε πολυπρα-

B

C

D

Maximo Philoſopho.

XXXVIII.

OMnes uno tempore cogitationes meæ ſeſe mihi offerunt, vocemque intercludunt, dum nulla aliam præire patitur: ſive eſt ineptus & frigidus quidam affectus, ſive aliud quodcunque voles nominare. Sed demus iis locum, quem tempus tribuit, Diisque optimis gratias agamus, qui adhuc facultatem ſcribendi nobis conceſſere, ac viſendi mutuo fortaſſis etiam concedent. Cum primum Imperator invitus creatus ſum, (cujus rei conſcii ſunt Dii, & quantum in me ſitum fuit, ipſis declaravi) bellum gerens in Barbaros, & trimeſtri ſpatio in ea militia conſumto, ad Gallos revertens, circumſpiciebam, & percontabar de omnibus qui illinc venirent; num quis philoſophus, num quis ſcholaſticus, aut pallio penulave indutus, eo appuliſſet. Cum autem Veſontionem appropinquarem (eſt autem oppidulum nunc refectum, magnum tamen olim, & magnificis templis ornatum, mœnibus firmiſſimis, & loci natura munitum, propterea quod cingitur *Dubi*: eſtque, ut in mari, rupes excelſa, propemodum ipſis avibus inacceſſa, niſi qua flumen ambiens tanquam littora quædam habet projecta) cum, inquam, prope abeſſem ab hac urbe, vir quidam Cynicus cum pera & baculo mihi occurrit. Eum ego cum eminus aſpexiſſem, teipſum eſſe putavi: cum acceſſi propius, a te omnino illum venire ſuſpicatus ſum. Eſt autem mihi quidem ille amicus, multum tamen infra expectationem meam. Ergo hoc unum nobis commodum attulit. Poſtea exiſtimabam

mabam te de rebus meis ſollicitum, nusquam e Græcia pedem extuliſſe. Teſtis eſt Jupiter, teſtis magnus Sol, teſtis Minerva, teſtes Dii Deæque omnes, quanto in timore tua cauſſa fuerim, cum ad Illyrios a Gallis venirem. Et quidem ſciſcitabar Deos, non ego ipſe, (neque enim præſens ſpectare audireve potuiſſem, quis tum ſtatus eſſe poſſet rerum tuarum) ſed aliis negotium committebam. At Dii manifeſte oſtendebant, perturbationes aliquas tibi fore; nihil tamen tetribile, aut opportunum ſceleratis conſiliis denunciabant. Sed vides me multas & magnas res præterire. Illud maxime te audire convenit, & quemadmodum uno tempore præſens auxilium Deorum ſenſimus, nemine occiſo, aut ſpoliatio, ſed iis tantum cuſtodiæ traditis, qui in ſcelere ipſo deprehenſi etant. Atque hæc quidem fortaſſe melius erat dicere, quam ſcribere: puto tamen abs te libentiſſimo animo auditum iri. Deos publice & palam colimus, & totus meus exercitus pietatem amat. Nos aperte boves immolamus. Diis gratias egimus multis hecatombis. Me jubent Dii pure & caſte, quoad potero, vivere. Ego veto iis pareo, & quidem libenti animo. Magnos fructus labotum pollicentur, niſi ſegniter agamus. Venit ad nos Evagrius.

A γμονήσαντα τὰ καθ' ἐμὲ, ὡ Ἑλλάδ@ ἐκλὸς ὐδαμῶς ἐυρεθῆναι. Ἴσω Ζεὺς, ἴσω μέγας Ἥλι@, ἴσω Ἀθηνᾶς κράτ@, καὶ πάντες θεοὶ καὶ πᾶσαι, πῶς κατιὼν ἐπὶ τὰς Ἰλλυριὰς ἀπὸ τῶν Κελτῶν, ἔτρεμον ὑπέρ σε. καὶ ἐπυνθανόμην τῶν θεῶν, αὐτὸς μὲν ὐ τολμῶν· ὐ γὰρ ὑπέμενον ὅτε ἰδεῖν τοιοῦτον, ὅτε ἀκοῦσαι ὐδὲν, οἷον ἄν τις ὑπέλαβε δύνασθαι
B τηνικαῦτα περί σε γίνεσθαι· ἐπέτρεπον δὲ ἄλλοις. Οἱ θεοὶ δὲ ταραχὰς μέν τινας ἔσεσθαι περί σε περιΦανῶς ἐδήλων, ὐθὲν μέν τοι δεινόν, ὐδὲ εἰς ἔργον τῶν ἀθέσμων βουλευμάτων. Ἀλλ' ὁρᾷς ὅτι μεγάλα καὶ πολλὰ παρέδραμον. μάλισά σε πυθέσθαι ἄξιον, πῶς μὲν ἀθρόως τ- ἐπιΦανείας ἠθόμεθα τῶν θεῶν· τίνα δὲ τρόπον τὸ τοσοῦτον τῶν ἐπιβούλων πλῆθ@ διαπεΦεύγαμεν, λείναντες ὐδένα, χρήματα ὐδενὸς ἀΦε-
C λόμενοι, Φυλαξάμενοι δὲ μόνον ὡς ἐλαμβάνομεν ἐπ' αὐτοΦώρῳ. Ταῦτα μὲν ἴσως ὐ γράΦειν, ἀλλὰ Φράζειν χρή· οἶμαι δέ σε καὶ μάλα ἡδέως πεύσεσθαι. θρησκεύομεν τὰς θεὰς ἀναΦανδόν· καὶ τὸ πλῆθ@ τῷ συγκαλεσθέντ@ μοι στρατοπέδῳ θεοσεβὲς ἐσιν. ἡμεῖς Φανερῶς βουλευόμεν. ἀπεδώκαμεν τοῖς θεοῖς χαριστήρια, ἑκατόμβας πολλάς. ἐμὲ κελεύουσιν οἱ θεοὶ τὰ πάντα ἁγνεύειν
D εἰς δύναμιν. καὶ πείθομαί γε καὶ προθύμως αὐτοῖς. μεγάλας καρπὰς τῶν πόνων ἀποδώσειν Φασὶν, ἢν μὴ ῥαθυμῶμεν. ἦλθε πρὸς ἡμᾶς Εὐάγρι@.

EIDEM.

XXXIX.

Dum tecum eſt hoſpes, colito; dimitte volentem,

Τῷ αὐτῷ.

λθ.

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα Φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν,

Ὅμηρ@

Odyſſ. o. v. 74. Ὅμηρος ὁ σοφὸς ἐνομοθέτησεν. ἡμῖν δὲ ὑπάρχῃ πρὸς ἀλλήλους ξενικῆς φιλίας ἀμείνων, ἥτε διὰ τῆς ἐνδεχομένης παιδείας, καὶ τὸ περὶ τὰς θεὰς εὐσεβείας. Ὥσε οὐκ ἂν μέ τις ἐγράψαιτο δικαίως τὸν Ὁμήρου παραβαίνοντα νόμον, εἰ καὶ ἐπὶ πλεῖόν σε μένειν παρ' ἡμῖν ἀξιώσαιμι. ἀλλά σοι τὸ σωμάτιον ἰδὼν ἐπιμελείας πλείονος δεόμενον, ἐπέτρεψα βαδίζειν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ ῥᾳστώνης ἐπεμελήθην τῆς πορείας. ὀχήματι γὰρ ἔξεσί σοι δημοσίῳ χρήσασθαι. πορεύοιεν δέ σε σὺν Ἀσκληπιῷ πάντες οἱ θεοὶ, καὶ πάλιν ἡμῖν συντυχεῖν δοῖεν.

A sic lex Homeri præcipit. At nobis amicitia eſt longe major, quam illa hoſpitii, nempe hæc, quam doctrina, quæcunque eſt, ac religio conciliat. Quare nemo me jure accuſaſſet, quaſi Homericam legem violarem, ſi te apud nos diutius manere voluiſſem. Sed cum viderem corpuſculum tuum curationis ac ſolatii majoris indigere, permiſi tibi ut B ires in patriam, & de commoditate itineris providi: uſum ſiquidem publici vehiculi tibi conceſſi. Æſculapius & Dii omnes te deducant, atque iterum ad nos adducant.

Ἰαμβλίχῳ.

μ.

Ἀληθάνομαί σε τῆς ἐν τῇ μέμψει γλυκύτητος, καὶ ὡς ἑκάτερον ἐξ C ἴσου πράττεις, καὶ οἷς γράφεις τιμῶν, καὶ οἷς ἐγκαλεῖς παιδεύων. Ἐγὼ δὲ εἰ μέν τι συνήδειν ἐμαυτῷ τοῦ πρός σε γιγνομένου, καὶ παλαὶ μικρὸν ἐλλείψαντι, πάντως ἢ τὰς προφάσεις εὐλόγως εἰπὼν, πειρῴην, ὡς ἐνῆν, τὴν μέμψιν ἐκκλίνειν, ἢ συγγνώμην ἁμαρτὼν αἰτεῖν οὐκ ἠρνούμην. ἐπεὶ μηδὲ ἄλλως ἀσύγγνωστον οἶδά σε πρὸς τοὺς σοὺς, εἴτι τῶν πρός σε φιλικῶν ἐξήμαρτον ἄκοντες. Νῦν δέ· οὐ γὰρ ἦν ὅτε παροφθῆναι θέμις, ὅτε ἡμᾶς ἀμελεῖν, ἵνα τύχοιμεν ὧν ἀεὶ ζητοῦντες πόθουμεν· φέρε σοι καθάπερ ἐν ὄρῳ γραφῆς ἀπολογήσομαι, καὶ δείξω μηδὲν ἐμαυτὸν ὧν ἔχρῃν, εἰς σὲ παρ- D ιδεῖν, ἀλλὰ μηδὲ μελλῆσαι τολμήσαντα. Ἦλθον ἐκ Παννονίας ἤδη τρίτον ἔτος τουτὶ, μόλις ἀφ' ὧν

JAMBLICHO.

XL.

SEntio tuam in reprehendendo dulcedinem, & quemadmodum utrumque pariter efficias, ut & nos ſcribendo ornes, & reprehendendo erudias. Ego vero ſi mihi eſſem conſcius, vel tantillum officio erga te meo defuiſſe, certe aliqua probabili ratione crimen conarer effugere, quantum poſſem, aut delicti veniam petere non recuſarem: præſertim cum te ſciam non eſſe tuis implacabilem, ſi quid per imprudentiam in amicitia offenderint. Nunc autem (neque enim cunctationem aut inertiam res ferebat, ſi modo aſſequi aliquando volumus, quæ ſemper optavimus) conſtitui tibi, tanquam coram judice res eſſet, cauſſam dicere, nihilque a me ſecus quam oporteret, vel negligentia vel tarditate commiſſum eſſe, probare. E Pannonia veni tertio ab hinc anno, vix ex illis periculis

riculis & laboribus, quos tu minime ignoras, ereptus. Cum autem fretum Chalcedonium trajeciſſem, & ad urbem Nicomedis appropinquaſſem, tibi primo quaſi patrio Deo prima pro ſalute mea vota perſolvi, cum ad te ſignum adventus mei, quaſi donarium aliquod ſacrum, ſalutationem miſi. Litteras autem ferebat unus e regiis ſatellitibus, nomine Julianus, Bacchyli filius, genere Apameus; cui propterea libentius epiſtolam tradidi, quod & iſtuc ire, & te optime noſſe ajebat. Poſtea vero mihi abs te, tanquam ab Apolline, ſacra epiſtola allata eſt, qua te libenter de meo adventu cognoviſſe declarabas. Fuit vero mihi tanquam lætum omen, & initium bene ſperandi, ſapiens ille Jamblichus, & Jamblichi litteræ. Quid hic commemorem, quantopere lætatus fuerim, aut quemadmodum legendis tuis litteris affectus? Si enim de hac re litteras noſtras accepiſti, (quas tabellario cuidam ex iis, qui ad nos iſtinc veniunt, dedimus ad te perferendas) certe quantam ex iis voluptatem ceperim, e noſtris verbis intelligis. Iterum autem cum domum rediret educator meorum liberorum, alteras ad te litteras miſi; quibus & tibi de prioribus tuis litteris gratias agebam, & ſimul in poſterum mutuas a te litteras flagitabam. Poſtea venit ad nos legatus clarus vir Sopater: utque hominem agnovi, continuo exſilui, eumque complexus, flevi præ gaudio, quod nihil niſi te ac tuas litteras augurarer. Quas ut accepi, oſculatus ſum, & ad oculos admovi, mordicusque tenui, quaſi veritus ne inter legendum imago vultus tui ex oculis meis

A οἶσθα κινδύνων καὶ πόνων σωθείς. ὑπερβὰς δὲ τὸν Χαλκηδόνιον πορθμὸν, καὶ ἐπισὰς τῇ Νικομήδους πόλῃ, σοὶ πρώτῳ καθάπερ πατρίῳ Θεῷ τὰ πρωτόλεια τῶν ἐμαυτοῦ σώτερων ἀπέδωκα, σύμβολον τῆς ἀφίξεως τῆς ἐμῆς, οἷον ἀντ' ἀναθήματος ἱερὸν τὴν εἰς σὲ προόρμησιν ἐκπέμπων. ᾗ ἦν ὁ κομίζων τὰ γράμματα τῶν βασιλείων ὑπασπιστῶν εἷς, Ἰουλιανὸς ὄνομα,
B Βακχύλου παῖς, Ἀπαμεὺς τὸ γένος, ᾧ διὰ τοῦτο μάλιστα τὴν ἐπιστολὴν ἐνεχείριζον, ὅτι καὶ πρὸς ὑμᾶς ἤξειν, καί σε ἀκριβῶς εἰδέναι καθυπίσχνεῖτο. Μετὰ ταῦτά μοι καθάπερ ἐξ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐφοίτα παρά σου γράμμα, τὴν ἄφιξιν τὴν ἡμετέραν ἀσμένως ἀκηκοέναι δοκῶν τος. ἦν τε τοῦτο ἐμοὶ δεξιὸν οἰώνισμα, καὶ χρηστῶν ἐλπίδων ἀρχὴ, Ἰάμβλιχος ὁ σοφὸς, καὶ τὰ Ἰαμ-
C βλίχου γράμματα, τί με δεῖ λέγειν ὅπως ἠνφράνθην, ἢ ἃ περὶ τὴν ἐπιστολὴν ἔπαθον σημαίνειν; Εἰ γὰρ ἐδέξω τὰ παρ' ἡμῶν ἕνεκα τούτου γραφέντα· ἦν ᾗ δι' ἡμεροδρόμου τῶν ἐκεῖθεν ἰόντων ὡς σὲ πεμφθέντα· πάντως ὁπόσην ἐπ' αὐτοῖς ἡδονὴν ἔσχον, ἀφ' ὧν ἐδήλων γινώσκεις. Πάλιν ἐπανιόντος οἰκαδε τοῦ τροφέως τῶν ἐμαυτοῦ παιδίων, ἑτέρων ἤρχον πρός σε γραμμάτων, ὑμοῦ καὶ τὴν
D ἐπὶ τοῖς φθάνουσι χάριν ὁμολογῶν, καὶ πρὸς τὸ ἐξῆς ἐν ὅσῳ παρά σου τὴν ἀντίδοσιν αἰτῶν. Μετὰ ταῦτα ἐπρέσβευσεν ὡς ἡμᾶς ὁ καλὸς Σώπατρος· ἐγὼ δὲ ὡς ἔγνων, εὐθὺς ἀναπηδήσας ἦξα, καὶ περιπλακεὶς ἐδάκρυον ὑφ' ἡδονῆς, οὐδὲν ἄλλο ἢ σε καὶ τὰ παρά σου πρὸς ἡμᾶς ὀνειροπολῶν γράμματα. ὡς δὲ ἔλαβον, ἐφίλουν, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς προσῆγον, ᾗ ἀπεῖξ εἰχόμην, ὥσπερ δεδιὼς μὴ λάθῃ με ἀποπλὰν ἐν τῇ τῶν

γραμμάτων ἀναγνώσῃ τὸ τῆς σῆς εἰκόνος ἴνδαλμα. κἀγὼ δὴ κἀντέγραφον εὐθὺς, οὐ πρός σε μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ἱερὸν Σώπατρον τὸν ἐκείνου παῖδα, καθάπερ θρυπτόμενος, ὅτι τὸν κοινὸν ἑταῖρον ἐκ τῆς Ἀπαμείας οἷον ἐνέχυρον τῆς ὑμετέρας ἀπουσίας ἀντειληφότες εἴημεν. Ἐξ ἐκείνου ταύτην ἤδη πρός σε γεγραφὼς, αὐτὸς, οὐδεμίαν ἄλλην, ἢ τὴν ἐν ᾗ μέμφεσθαι δοκεῖς, ἐπιστολὴν ἐδεξάμην. Εἰ μὲν δὴ διὰ τοῦτ' ἐγκαλεῖς, ἵνα τῷ τῆς αἰτίας σχήματι πλείονας ἡμῖν ἀφορμὰς τοῦ γράφειν προξενῇς, δέχομαι τὴν μέμψιν ἄσμενος πάντων, κἀν οἷς λαμβάνω, τὸ πᾶν τῆς χάριτος εἰς ἐμαυτὸν οἰκειοῦμαι. εἰ δὲ ὡς ἀληθῶς ἐλλείψαντά τι τοῦ πρός σε καθήκοντος αἰτιᾷ, τίς ἂν ἐμοῦ γένοιτ' ἂν ἀθλιώτερος, διὰ γραμματοφόρων ἀδικίαν ἢ ῥᾳθυμίαν, πάντων ἥκιστα τούτου τυγχάνοντος; καί τοι ἐγὼ μὲν κἂν μὴ πλεονάκις γράφω, δίκαιός εἰμι συγγνώμης παρά σου τυγχάνειν. ἀ τῆς ἀσχολίας, ἣν ἐν χερσὶν ἔχω, φαίην ἄν. μὴ γὰρ ὅτῳ πράξαιμι κακῶς, ὡς μὴ καὶ ἀσχολίας ἁπάσης, καθά φησι Πίνδαρος, τὸ καλά σε κρεῖττον ἡγεῖσθαι· ἀλλ' ὅτι πρὸς ἄνδρα τηλικοῦτον, ὃν καὶ μνησθῆναι φόβος, ὁ καὶ γράφειν κατοκνῶν, τῷ πλέον ἢ σοφίᾳ θαρροῦντός ἐστι σωφρονέστερος. Ὥσπερ γὰρ οἱ τοῖς ἡλίου μαρμαρυγαῖς ἀντιβλέπειν συνεχῶς τολμῶντες, ἂν μὴ θεῖοί τινες ὦσι, καὶ τῶν ἀκτίνων αὐτοῦ καθάπερ οἱ τῶν ἀετῶν γνήσιοι καθορῶσιν, ὅτε δὲ μὴ θέμις ὀφθῆναι, θεωρεῖν ἔχουσι, καὶ ὅσῳπερ μᾶλλον φιλονεικοῦσι, τοσούτῳ πλέον ὅτι μὴ δύνωνται τυχεῖν, ἐμφαίνουσιν. οὕτω κἀ ὁ πρός σε γράφειν τολμῶν, ὅσῳπερ ἂν ἐθέλῃ θαρρεῖν, τοσούτῳ μᾶλλον, ὅτι χρὴ δεδιέναι, καθαρῶς δείκνυσι. Σοί γε μὴν, ὦ γενναῖε, παν-

A sensim evolaret. Et quidem statim rescripsi, non ad te solum, sed etiam ad illius filium Sopatrum clarissimum; quasi ludens, quod communem amicum ex Apamea tanquam obsidem pro vobis absentibus accepissemus. Ex eo tempore cum hanc ad te scripserim, nullam abs te epistolam accepi, præter istam qua me videris accusare. Ac si ob id nos B accusas, ut hac specie accusationis maiorem nobis occasionem scribendi præbeas, accipio libenti animo toram accusationem tuam, atque ex his ipsis litteris, quas abs te accipio, omnem gratiam & suavitatem decerpo. Sin autem omnino peccatum aliquod meum erga te accusas; quis me miserior, qui per tabellariorum injuriam, aut negligentiam, tibi satisfacere officio non possum? Quanquam ego certe, licet non per- C sæpe scriberem, attamen jure possem a te veniam obtinere: non propter negotium, quod in manibus habeo, (absit enim ut adeo sim miser, ut te meis rebus omnibus, sicut Pindarus ait, non anteponam) sed quod ad te, tantum virum, cujus vel meminisse sine timore non licet, qui scribere etiam cunctatur, sapientior est meo judicio, quam is qui nimis audet. Nam sicut qui in D solem assidue suspicere audent, nisi diviniore quadam natura præditi sint, ejusque radios tanquam aquilarum veri fœtus intueantur, neque ea, quæ nefas est videre, possunt cernere, & quo magis contendunt, eo magis se id assequi non posse ostendunt: sic qui ad te audet scribere, quo plus audere nititur, eo magis timendum esse liquido demonstrat. Tibi vero, vir *generose*, qui ad *Gentilita-*

tem

tem totam ſervandam, ut ita dicam, conſtitutus es, conſentaneum erat & ad nos crebras litteras mittere, & noſtram deſidiam inertiamque, quantum poſſes, coërcere. Nam quemadmodum Sol (ut iterum ex eodem Deo ad te ſimilitudinem mea ducat oratio) ut, inquam, Sol cum purus totus ac lucidus radiis collucet, non diſpiciens an quod lumini occurrit ſit conſentaneum, ſuum munus perficit: ſic te oportebat liberaliter bona tua, tanquam lucem, in *univerſos Gentiles* effundere, neque eo deſiſtere, quod aliquis metu aut verecundia erga te impeditus, reſpondere tibi ſcribendo non audeat. Neque enim Æſculapius mercedis ſpe homines curat, ſed humanitatem ſuam, tanquam diſciplinam aliquam, in omnes homines explicat. Idem te facere oportuit, cum ſis animorum ſtudioſorum medicus; & omnibus in rebus virtutis præceptum ſervare; ut bonus ſagittarius, qui tametſi adverſarium non habeat, tamen ſemper manum exercet, ut opportuno tempore ea utatur. Nam neque ſcopus utrique noſtrum idem eſt, ut nos videlicet tuis eruditis ſcriptis fruamur, & tu noſtra legas. Sed nos quamvis millies ſcribamus, ſimilitet ut Homerici pueri ludimus, qui juxta littora, quicquid e luto finxerunt, arena obrui ſinunt: cum interim tua, licet parva, epiſtola cuivis fertili fluvio anteponenda ſit. Ac ſane epiſtolam unam Jamblichi malim, quam *omne* Lydium aurum poſſidere. Quod ſi amatorum tuorum ulla tibi cura eſt, (eſt autem aliqua, niſi fallor) ne nos quaſi pullos negligas, qui cibo tuo magnopere egemus: ſed ſcribe aſſidue, neque tuis bonis paſcere nos deſine. Quod ſi forte officio defue-

A τὸς, ὡς εἰπεῖν, τῇ Ἑλληνικῇ σωτῆρι καθεσῶτι, πρέπον ἦν ἀφθόνως τε ἡμῖν γράφειν, καὶ τὸν παρ' ἡμῶν ὄκνον, ἐφ' ὅσον ἐξῆν, καταστέλλειν. ὥσπερ γὰρ ὁ Ἥλιος· ἵνα δὴ πάλιν ἐκ τῆ θεῆ πρός σε τὴν εἰκόνα λάβῃ ὁ λόγος· ὁ δ' ἦν Ἥλιος, ὥσπερ ὅταν ἀκτῖσι καθαρθεὶς ὅλος λάμπῃ, μὴδὲ ἀποκρίνῃ τῇ πρὸς τὴν αὐγλην ἐλθόντος, ὃ μὴ τὸ οἰκεῖον, ἐργάζεται. οὕτω δὴ καί σε χρῆν ἀφθόνως

B τῶν παρά σε καλῶν, οἷον φωτὸς, τὸ Ἑλληνικὸν ἐπαρδεύοντα, μὴ ἀποκνεῖν, εἴ τις ἢ αἰδοῦς ἢ δέους ἕνεκα τῆ πρός σε, τὴν ἀντίδοσιν δυσωπεῖται. Οὐδὲ γὰρ ὁ Ἀσκληπιὸς ἐπ' ἀμοιβῆς ἐλπίδι τὰς ἀνθρώπους ἰᾶται, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον αὐτῆ φιλανθρώπευμα, καθάπερ μάθημα, παιδαχῇ πληροῖ. ὃ δὴ καί σε χρῆν ὥσπερεὶ ψυχῶν ἐλλογίμων ἰατρὸν ὄντα ποιεῖν, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς παράγγελμα διὰ πάντων σώζειν. οἷον ἀγαθὸν τοξότην,

C ὃς κἂν μὴ τὸν ἀντίπαλον ἔχῃ, πάντως ἐς τὸ καίριον ἀεὶ τὴν χεῖρα γυμνάζῃ. ἐπεὶ μηδὲ ὁ σκοπὸς ἑκατέρῳ ὁ αὐτὸς, ἡμῶν τε τῶν παρά σε δεξιῶν τυχεῖν, καί σε τοῖς παρ' ἡμῶν διδομένοις ἐντυχεῖν. Ἀλλ' ἡμεῖς κἂν μυριάκις γράφωμεν, ἴσα τοῖς Ὁμηρικοῖς παισὶ παίζομεν, οἱ παρὰ τὰς θῖνας, ὅτι ἂν ἐκ πηλῆ πλάσωσιν, ἀφιᾶσιν ἀγιαλῷ κλύζεσθαι. παρά σε δὲ καὶ μικρὸν γράμμα παντὸς

D ἔστι γονίμου ῥεύματος κρεῖττον. Καὶ δεξαίμην ἂν ἔγωγε Ἰαμβλίχου μᾶλλον ἐπιστολὴν μίαν, ἢ τὸν ἐκ Λυδίας χρυσὸν κεκτῆσθαι. Εἰ δὲ μέλῃ τί σοι τῶν ἐρασῶν τῶν σῶν· μέλῃ δὲ, εἰ μὴ σφάλλομαι· μὴ περιΐδῃς ὥσπερ νεοττιὰς ἡμᾶς ἀεὶ τῶν παρά σε τροφῶν ἐν χρείᾳ τυγχάνοντας· ἀλλὰ κἀγράφε συνεχῶς, καὶ τοῖς παρὰ σαυτῆ καλοῖς ἐσιᾶν μὴ καλόκνῃ. κἂν ἐλ-

λίπωμεν, αὐτὸς ἑκαλέρᾳ τὴν χρείαν οἰκείᾳ, καὶ ὧν δίδως, καὶ ὧν ἀνθ' ἡμῶν τὸ ἴσον ἀποδείκνυς. Πρέπει γὰρ Ἑρμῇ λογίᾳ μαθητὴν, εἰ δὲ βούλει τρόφιμον ὄντα σε, ἐκείνᾳ ῥάβδον οὐκ ἐν τῷ καθεύδειν ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ κινεῖν καὶ διεγείρειν μᾶλλον ἐθέλειν μιμεῖσθαι.

rimus, ipſe utrumque munus præſtato, tum ad nos, tum pro nobis vicisſim ſcribendo. Etenim Mercurii facundi diſcipulum, aut etiam alumnum, qualis tu es, virga uti decet; non ad ſomnum inducendum, ſed ad movendum & excitandum; atque hac ex parte maxime illum imitari.

B

Τῷ αὐτῷ.

μα.

Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς, τῷ γράμματι πειθομένους τῷ Δελφικῷ, γινώσκειν ἑαυτοὺς, καὶ μὴ τολμᾶν ἀνδρὸς

Ειτοε. ἀκοῆς

"ἀκοαῖς τοσούτοις καταθαρσεῖν ὧ καὶ ὀφθέντι μόνον ἀντιβλέψαι δυσχερὲς, ἢ τοι τὴν πάνσοφον ἁρμονίαν κινοῦντι πρὸς τὸ ἴσον ἐλθεῖν. Ἐπεὶ καὶ Παρὶ μέλῳ λιγυρὸν ἠχοῦντι, πᾶς ὅστις ἐκταίη, κἂν "Ἀρειταίῳ ᾖ, καὶ Ἀπόλλωνι πρὸς κιθάραν ψάλλοντι, πᾶς ὅστις "ἠρεμεῖ, κἂν τὴν Ὀρφέως μουσικὴν εἰδείη. τὸ γὰρ ἧττον τῷ κρείττονι, καθόσον ἥττων ἐστὶν, εἰκὸς ἂν δικαίως, εἰ μέλλοι τό, τε οἰκεῖον, καὶ τὸ μὴ, τί ἐστι γινώσκειν. Ὅστις δ' "ἐνθέσμῳ μουσικῇ" θνητῇ ἐναρμόσαι μέλος ἤλπισεν, οὐκ ἔμαθέ ποτε τὸ Μαρσύου θ' Φρυγὸς πάθος· οὐδὲ τ' ὁμώνυμον ἐκείνῳ ποταμὸν, ὃς μανέντι αὐλητῇ τιμωρίαν

Ειτοε. ἠρεμοίη

Ναρ. ἐνθέῳ Ειτοε. θνητὸν ἁρμόσαι

ῥεῖ. ἀλλ' οὐδὲ τὴν "Θαμύριδος θ' Θρᾳκὸς τελευτὴν ἤκουσεν, ὃς ταῖς Μούσαις οὐκ εὐτυχῶς ἀντεφθέγξατο. Τί γὰρ δεῖ τὰς Σειρῆνας λέγειν, ὧν ἔτι τὸ πλεῖον ἐπὶ θ' μετώπου φέρουσιν αἱ νικήσασαι; Ἀλλ' ἐκείνων μὲν ἕκαστος ἁμοῦ τόλμης ἀπέτισαν ἔτι, καὶ νῦν ἐκτίνει τῇ μνήμῃ δίκην· ἡμᾶς δὲ ἔδει μὲν, ὡς ἔφην, εἴσω τῶν οἰκείων ὅρων ἐσάναι, καὶ τῆς ὑπό σου μουσικῆς

Θαμύρᾳ

C

D

Eidem.

xli.

OPortebat ſane, juxta Delphicum oraculum, nos ipſos noſſe, neque tanti viri auribus obſtrepere: quem vel aſpicientem reſpicere difficile eſt, nedum concentum omnis ſapientiæ moventi velle par referre. Nam & Pani dulce carmen canenti quilibet conceſſerit, quamvis ſit Ariſtæus: & Apolline ad citharam canente, unusquisque tacet. Quod enim minus eſt, hoc ipſo quod eſt minus, cedere debet majori, ſi modo vult & ſua ipſius bona, & aliena meliora cognoſcere. Quisquis autem cum divina muſica humanam vult componere, nunquam Marſyæ Phrygis caſum didicit, neque nominis ejusdem fluvium, qui tibicinis inſani ſupplicio manat: immo neque Thamyræ Thracis mortem audivit, qui infeliciter cum Muſis de cantu certavit. Quid enim Sirenas memorem, quarum eæ quæ cantu viccrunt, alam in fronte adhuc geſtant? Verumenimvero illi ſtultæ audaciæ pœnas ſatis magnas nunc etiam poſteritati perſolvunt. Nos autem, ſicut ante dixi, oportebat ſane noſtris finibus contentos eſſe, & tua muſica ſatiatos quieſcere,

quieſcere; ut qui Apollinis oracula e A ſacris adytis cum ſilentio excipiunt. Verum, quando tu nobis ad canendum præis, & tanquam Mercurii virga, *tua oratione* nos moves atque excitas dormientes; ecce ipſi quoque, ſicut qui Baccho thyaſum pulſanti cum choreis *lymphati* occurrunt, ſic ad plectrum tuum reſpondemus: perinde ut qui præſultorem ad numeri provocationem ſequuntur. Accipies igitur primum, B quando ita vis, orationes, quas nuper Imperatoris juſſu in nobilem illam freti conjunctionem elaboravi. Parvum certe munuſculum, ſi cum tuo conferatur, omninoque æs pro auro reddimus: ſed tamen quo poſſumus munere noſtrum Mercurium proſequimur. Theſeus quidem certe menſam Hecales, licet tenuem, non eſt aſpernatus: ſed neceſſitati obſecutus, exiguo con- C tentus fuit. Pan ille Nomius non erubuit, cum pueri bubulci fiſtulam ſuis labris admovit. Quare tu quoque librum noſtrum amico animo accipe, neque te pœniteat exiguo carmini magnam aurem præbere: ſed ſi quid erit boni, & liber felix eſt, & ejus auctor, ut cui Minerva ipſa teſtimonium laudis dederit; ſin extremam manum, quo perficiatur, deſi- D derat, ne ſit tibi grave, quod deeſt, addere. Sic olim ſagittario invocanti Deus affuit, & telum una direxit: ſic citharœdo Orthium canenti, cum nervus deficeret, Apollo ipſe cicadæ ſpecie reſpondit.

ἐμφορεμένας ἡρεμεῖν, ὥσπερ οἱ τὴν Ἀπόλλωνος μαντείαν ἐξ ἀδύτων ἱερῶν προσιοῦσαν ἡσυχῇ δέχονται. Ἐπεὶ δ' αὐτὸς ἡμῖν τὸ μέλος τὸ ἐνδόσιμον μηνύεις, καὶ οἷον Ἑρμῆ ῥάβδῳ τῷ παρὰ σαυτοῦ λόγῳ κινεῖς καὶ διεγείρεις καθεύδοντας, φέρε σοι, καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν θύασον κρούσαντι πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται· ἕτω καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῷ σῷ πλήκτρῳ τὸ εἰκὸς ἀντηχήσομεν. ὥσπερ οἱ τῷ χοροσάτῃ πρὸς τὸ ἀνάκλημα τοῦ ῥυθμοῦ συνομαρτοῦντες. Καὶ πρῶτόν σοι τῶν λόγων, ὃς βασιλεῖ κελεύσαντι, πρὸς τὴν ἀοίδιμον τοῦ πορθμοῦ ζεῦξιν ἔναγχος ἐξειργασάμεθα, ἐπειδὴ τοῦτό ἐσι δοκοῦν ἀπαρξώμεθα, μικρὰ μὲν ἀντὶ μεγάλων τῶν παρά σου, καὶ τῷ ὄντι χαλκοῦν χρυσοῦ ἀντιδιδόντες· οἷς δὲ ἔχομεν ξενίοις τὸν Ἑρμῆν τὸν ἡμέτερον ἑστιῶντες. Πάντως δὲ ὁ Ἑκάλης ὁ Θησεὺς τοῦ δείπνου τὸ λιτὸν ἀπηξίωσεν. ἀλλ' ἤρκει καὶ μικροῖς ἐς τὸ ἀναγκαῖον ἀρκεῖσθαι. ὁ Πὰν δὲ ὁ Νόμιος τοῦ παιδὸς τοῦ βυκόλου τὴν σύριγγα προσαρμόσαι τοῖς χείλεσιν οὐκ ἠτίμασεν. Πρός σου δὴ καὶ φίλος ὁ λόγος εὐμενεῖ νεύματι, καὶ μὴ ἀποκνήσῃς ὀλίγῳ μέλει μεγάλην ἀκοὴν ἐνδοῦναι· ἀλλ' ἐὰν μὲν ἔχῃ τι δεξιόν, αὐτός τε ὁ λόγος εὐτυχεῖ, καὶ ὁ ποιητὴς αὐτοῦ τῆς παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς ψήφου τὴν μαρτυρίαν προσλαβών. εἰ δ' ἔτι χειρὸς ἐνδεᾶς εἰς τὸ τοῦ ὅλου πλήρωμα προσδεῖται, μὴ ἀπαξιώσῃς αὐτὸς τὸ ἐνδέον προσθεῖναι. Ἤδη που καὶ ἀνδρὶ τοξότῃ κληθεὶς ὁ Θεὸς παρέσῃ, καὶ συνεφήψατο τοῦ βέλους, καὶ κιθαρῳδῷ τὸν Ὄρθιον ᾄδοντι, πρὸς τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορδῆς, ὑπὸ τῶν τέττιγι τὸ ἴσον ὁ Πύθιος ἀντεφθέγξατο.

Baroc. Συρσὸν πρόσωπος

Baroc. τὸ ἰσοῦν

Baroc. καὶ χρυσοῦ

μϛ. XLII.

Παιδείαν ὀρθὴν εἶναι νομίζομεν, ὃ τὴν ἐν τοῖς ῥήμασιν, οὐδὲ τῇ γλώττῃ πολυτελῆ εὐρυθμίαν· ἀλλὰ διάθεσιν ὑγιῆ νῦν ἐχούσης διανοίας, καὶ ἀληθεῖς δόξας ὑπέρ τε ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν, καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν. Ὅσις ἂν ἕτερα μὲν φρονεῖ, διδάσκῃ δὲ ἕτερα τὰς πλησιάζουσας, αὐτὸς ἀπολελεῖφθαι δοκεῖ τοσούτῳ παιδείας, ὅσῳ καὶ τῆς χρηστὸς ἀνὴρ εἶναι. Καὶ εἰ μὲν ἐπὶ σμικροῖς εἴη τὸ διάφορον τῆς γνώμης πρὸς τὴν γλῶτταν, κακὸς μὲν εἰς τόδε, ὅμως τῷ τοσῷ γίνεται. εἰ δὲ ἐν τοῖς μεγίστοις ἄλλο μὲν φρονοίη τις, ἐπ' ἐναντίον δὲ ὧν φρονεῖ διδάσκῃ, πῶς ὁ τῶν ἐκεῖνο καπήλων ἐστὶν, ἤ τι χρηστῶν, ἀλλὰ παμπονήρων βίῳ ἀνθρώπων; οἳ μάλιστα παιδεύουσιν, ἃ μάλιστα φαῦλα νομίζουσιν, ἐξαπατῶντες καὶ δελεάζοντες τοῖς ἐπαίνοις, εἰς ἃς μεταθέναι τὰ σφέτερα ἐθέλουσιν, οἶμαι, κακά. Πάντας μὲν οὖν χρὴ τοὺς καὶ ὁτιοῦν διδάσκειν ἐπαγγελλομένους, εἶναι τὸν τρόπον ἐπιεικεῖς, καὶ μὴ μαχόμενα τοῖς δημοσίᾳ μεθαρμοζομένοις, τὰ ἐν τῇ ψυχῇ φέρειν δοξάσματα· πολὺ δὲ πλέον ἁπάντων οἶμαι δεῖν εἶναι τοιούτους ὅσοι ἐπὶ λόγοις τοῖς νέοις συγγίνονται, τῶν παλαιῶν ἐξηγηταὶ γενόμενοι συγγραμμάτων, εἴτε ῥήτορες, εἴτε γραμματικοὶ, καὶ ἔτι πλέον οἱ σοφισταί. βάλλονται γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ λέξεων μόνον, ἠθῶν δὲ εἶναι διδάσκαλοι. καὶ τὸ καλὰ σφᾶς εἶναί φασι τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν. Εἰ μὲν οὖν ἀληθὲς ἢ μή, τῷ ἀφεῖσθω νῦν. ἐπαινῶν δὲ αὐτοὺς ὅτως ἐπαγγελμάτων καλῶν ὀρεγομένους, ἐπαινέσαιμ' ἂν ἔτι πλέον, εἰ μὴ ψεύδοιντο, μηδ' ἐξελέγχοιεν αὐτοὺς, ἕτερα μὲν φρονοῦντες, διδάσκοντες δὲ τοὺς πλησιάζοντας ἕτερα. Τί οὖν; Ὁμήρῳ μέν τοι, καὶ Ἡ-

Doctrinam rectam esse arbitramur; non verborum linguæve magnificum & exquisitum sonum, sed mentis bene constitutæ sanam affectionem, & veras certasque de bonis & malis, honestis & turpibus, sententias. Quare quisquis aliud sentit, aliud suos discipulos docet, is tantum videtur a scientia, quantum a probitate abesse. Ac si de parva re sit linguæ animique dissensio, in hoc ipso etiam est improbus, tametsi modum non excedat sceleris magnitudo: sin vero in maximis rebus aliud sentit, contraque ac sentit docet, nonne hæc cauponum, non dico bonorum, sed nequissimorum, vita est? quippe cum id maxime doceant, quod maxime malum existimant, fallentes atque inescantes eos laudibus, quibuscum sua, ut arbitror, mala commutare volunt. Quamobrem omnes, qui quidvis docere profitentur, bonis moribus esse debent, neque opiniones novas & a sensu populari abhorrentes afferre; sed inprimis tales esse debent, qui adolescentes in veterum scriptis instituunt, sive sint Rhetores, sive Grammatici, & præcipue Sophistæ, qui non solum verborum, sed etiam morum magistros se esse volunt, & ad se philosophiam de administrandis rebuspublicis pertinere contendunt. Hoc verum sit, necne, in præsentia omitto: laudo eos, quod doctrinam tam præstantem expetant; plus certe laudaturus, si non mentirentur, neque seipsi refellerent, dum aliud sentiunt, aliud discipulis tradunt. Quid? Homerus, Hesiodus,

ſiodus, Demoſthenes, Herodotus, Thucydides, Iſocrates, Lyſias, Deos habent doctrinæ ſuæ duces & auctores. Nonne eorum alii Mercurio, alii Muſis, ſacros ſe eſſe arbitrabantur? Quare abſurdum eſt, qui horum libros exponunt, Deos vituperare, quos illi coluerunt. Neque tamen, quia id abſurdum puto, idcirco eos diſcipulorum cauſſa ſententiam mutare jubeo: verum do optionem, ut ne doceant quæ non bona eſſe cenſent; ſin docere malunt, doceant re ipſa primum & perſuadeant diſcipulis, neque Homerum, neque Heſiodum, neque quemquam eorum, quos interpretati ſunt, quosque impietatis, amentiæ, & erroris erga Deos condemnarunt, talem eſſe. Nam alioqui cum ex illorum ſcriptis alantur, mercedemque capiant; avariſſimos plane & ſordidiſſimos ſe fatentur, ſi paucis drachmis id facere ſuſtineant. Atque hactenus quidem multa erant, quæ eos templorum aditu prohiberent: & timor undique impendens excuſabat, quo minus veriſſimæ de Diis ſententiæ explicarentur. Nunc autem cum Deorum munere atque conceſſu libertate potiamur, abſurdum mihi videtur ea homines docere, quæ non bona eſſe arbitrentur. Quod ſi in iis quæ docent, & quorum quaſi interpretes ſedent, ſapientiam eſſe ullam arbitrantur, ſtudeant primum illorum in Deos pietatem imitari. Sin in Deos ſanctiſſimos putant ab illis auctoribus peccatum eſſe, eant in Galilæorum Eccleſias, ibique Matthæum & Lucam interpretentur: quibus vos obtemperantes, a ſacris abſtinere jubetis. Cupio ego & aures, & linguam veſtram (ſicut vos loqueremini) renaſci in iis rebus, quarum utinam & ego ſim ſemper particeps, & omnes qui me diligunt. Doctoribus quidem

A σιόδῳ, καὶ Δημοσθένῃ μέντοι καὶ Ἡροδότῳ, καὶ Θουκυδίδῃ, καὶ Ἰσοκράτῃ, καὶ Λυσίᾳ θεοὶ πάσης ἡγοῦνται παιδείας. οὐχ οἱ μὲν Ἑρμῆ σοφᾶς ἱερὰς, οἱ δὲ Μουσῶν ἐνόμιζον; ἄτοπον μὲν οἶμαι τὰς ἐξηγουμένους τὰ τούτων, ἀτιμάζειν τὰς ὑπ' αὐτῶν τιμηθέντας θεούς. Οὔμην ἐπειδὴ τοῦτ' ἄτοπον οἶμαι, φημὶ δεῖν αὐτὰς μεταθεμένους τοῖς νέοις· συνδίδωμι δὲ αἵρεσιν, μὴ
B διδάσκειν ἃ μὴ νομίζουσι σπουδαῖα· βουλομένους δὲ, διδάσκειν ἔργῳ πρῶτον, καὶ πείθειν τὰς μαθητὰς, ὡς οὔτε Ὁμήρου, οὔτε Ἡσιόδου, οὔτε τούτων τις, ὃς ἐξηγοῦνται καὶ καλεγνωκότες εἰσὶν ἀσέβειαν, ἄνοιάν τε, καὶ πλάνην εἰς τοὺς θεοὺς, τοιοῦτός ἐστιν. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνοι ἐξ ὧν γεγράφασι παρατρέφονται μισθαρνοῦντες, εἶναι ὁμολογοῦσιν αἰσχροκερδέστατοι, καὶ δραχμῶν ὀλίγων ἕνεκα πάντως ὑπομένειν. Ἕως μὲν οὖν τοῦτο πολλὰ ἦν τὰ
C αἴτια τοῦ μὴ φοιτᾶν εἰς τὰ ἱερὰ, καὶ ὁ πανταχόθεν ἐπικρεμάμενος φόβος ἐδόκει συγγνώμην ἀποκρύπτεσθαι τὰς ἀληθεστάτας ὑπὲρ τῶν θεῶν δόξας. Ἐπειδὴ δὲ ἡμῖν οἱ θεοὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔδοσαν, ἄτοπον εἶναί μοι φαίνεται διδάσκειν ἐκεῖνα τοὺς ἀνθρώπους, ὅσα μὴ νομίζουσιν εὖ ἔχειν. ἀλλ' εἰ μὲν οἴονται σοφὰ ὧν εἰσιν ἐξηγηταὶ, καὶ ὧν ὥσπερ προφῆται κά-
D θηνται, ζηλώτωσαν αὐτῶν πρῶτον τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν· εἰ δὲ εἰς τοὺς τιμιωτάτους ὑπολαμβάνουσι πεπλανῆσθαι, βαδιζόντων εἰς τὰς τῶ Γαλιλαίων ἐκκλησίας, ἐξηγησόμενοι Ματθαῖον καὶ Λουκᾶν· οἷς πειθόμενοι, ἱερείων ὑμεῖς ἀπέχεσθαι νομοθετεῖτε. Βούλομαι ὑμῶν ἐγὼ κἀγὼ τὰς ἀκοὰς, ὡς ἂν ὑμεῖς εἴποιτε, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξαναγεννηθῆναι τούτων, ὧν ἔμοιγε εἴη μελέτην ἀεὶ, καὶ ὅσις ἐμοὶ φίλα νοεῖ τε κἀπράττει· τοῖς μὲν καθηγεμόσι καὶ διδασκάλοις ἅτοσι

κοινὸς

κοινὸς κεῖται νόμος. ὁ βουλόμενος γὰρ τῶν νέων φοιτᾷν, οὐκ ἀποκέκλεισται. οὐδὲ γὰρ εὔλογον ἀγνοοῦντας ἔτι τοὺς παῖδας ἐφ' ὅ, τι τρέπωνται, τῆς βελτίστης ἀποκλείειν ὁδοῦ, φόβῳ δὲ καὶ ἄκοντας ἄξειν ἐπὶ τὰ πάτρια. Καί τοι δίκαιον ἦν, ὥσπερ τοὺς φρενιτίζοντας, οὕτω καὶ τούτους ἀκόντας ἰᾶσθαι. πλὴν ἀλλὰ συγγνώμην ὑπάρχειν ἅπασι τῆς τοιαύτης νόσου. καὶ γάρ, οἶμαι, διδάσκειν, ἀλλ' οὐχὶ κολάζειν χρὴ τοὺς ἀνοήτους.

A & præceptoribus communis hæc lex ſtatuatur. Adoleſcentes enim qui ire volent, minime prohibentur. Iniquum ſiquidem fuerit, pueros adhuc ignaros quo ſe vertant, ab optima via rejicere, ac metu coactos ad patria inſtituta deducere. Quanquam autem verum erat iſtos tanquam impotentes & inſanos, etiam B invitos ac repugnantes, curare: attamen liceat omnibus per nos iſto morbo detineri. Docere enim amentes, non punire, oportet.

Ἐκηβόλῳ.

HECEBOLO.

μγ.

XLIII.

Ἐγὼ μὲν κἀκείνοις τοῖς Γαλιλαίοις ἅπασιν οὕτω πρᾴως καὶ φιλανθρώπως, ὥστε μηδένα μηδαμοῦ βίαν ὑπομένειν, μηδὲ εἰς ἱερὸν ἕλκεσθαι, μηδ' εἰς ἄλλό τι τοιοῦτον ἐπηρεάζεσθαι παρὰ τὴν οἰκείαν προθεσιν. Οἱ δὲ τῆς Ἀρειανικῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ πλούτου τρυφῶντες, ἐπεχείρησαν τοῖς ἀπὸ τοῦ Οὐαλεντίνου, καὶ τετολμήκασι τοσαῦτα καὶὰ τὴν Ἔδεσσαν, ὅσα οὐδέποτε ἐν εὐνομουμένῃ πόλει γένοιτ' ἄν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ θαυμασιωτάτου νόμου προείρηται, ἵν' εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐοδώτερον πορευθῶσι, πρὸς τοῦτο συναγωνιζόμενοι τοῖς ἀνθρώποις, αὐτῶν τὰ χρήματα τῆς Ἐδεσσηνῶν ἐκκλησίας ἅπαντα ἐκελεύσαμεν ἀναληφθῆναι, δοθησόμενα τοῖς στρατιώταις, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις προσενεμηθῆναι πρίασιν· ἵνα πενόμενοι σωφρονῶσι, καὶ μὴ στερηθῶσιν, ἧς ἔτι ἐλπίζουσιν, οὐρανίου βασιλείας. Τοῖς

C Equidem de Galilæis omnibus adeo clementer & humaniter ſtatui, ut nemini vis inferatur, neque in templum trahatur, nequa alia de re ulla prætet voluntatem ſuam contumelia afficiatur. At qui ſunt de Eccleſia Arianorum, luxuriantes opibus, in Valentinianos invaſerunt, eaque apud Edeſſam perpetraverunt, quæ nunquam in civitate bene inſtituta accidiſſent. D Quare quod ipſis a lege admirabili imperatum eſt, quo facilius in regnum cælorum veniant, nos ad id hominibus opem tulimus, eorumque pecunias omnes ab Edeſſenorum Eccleſia tolli juſſimus, ut militi dividantur, & facultates, ut noſtris privatis attribuantur: quo illi pauperes facti ſapiant, neque regno cæleſti, quod nunc etiam ſperant, priventur. Iis autem qui Edeſ-

ſam

ſam incolunt, edicimus, ut ſeditione pugnaque omni abſtineant; ne, ſi noſtram humanitatem commoverint, vos ipſi pro communi omnium intemperie ac inſolentia pœnas luatis, gladio, exilio, igne mulctati.

A οἰκῶσι δὲ τὴν Ἔδεσαν προαγορέυομεν ἀπέχεσθαι πάσης ςάσεως καὶ Φιλονεικίας, ἵνα μὴ τὴν ἡμετέραν Φιλανθρωπίαν κινήσαντες, καθ' ὑμῶν αὐτῶν ὑπὲρ τ τῶν κοινῶν ἀταξίας δίκην τίσητε, ξίΦει, καὶ Φυγῇ, καὶ πυρὶ ζημιωθέντες.

LIBANIO.

XLIV.

NUlper cum e graviſſimo atque acerrimo morbo, Numinis providentia, recreatus eſſem, veſtras accepi litteras, quo die primum balneum intravi. Quas cum veſperi legiſſem, dici non poteſt, quam ſim confirmatus perſpecta tua ſincera puraque benevolentia: qua utinam dignus eſſem, ne dedecori ſim amicitiæ tuæ. Igitur ſtatim litteras veſtras legi, quamvis id facere non admodum poſſem: quas autem Antonius ad Alexandrum mittebat, in poſterum diem reſervavi. Inde ad te ſeptimo die hæc ſcripſi, cum mihi, Dei providentia, valetudo e ſententia procederet. Vale, mihi optatiſſime & cariſime frater, *a Deo, qui omnia reſpicit; videam te, meum bonum; & propria manu, ita per ſalutem tuam ac meam, per omnia reſpicientem Deum, ut ſentio, ſcripſi. O optime, quando te videbo & complectar? nunc enim & nomen tuum, ſicut infelices in amore ſolent, diligo.*

B

" Λιβανίῳ.

Baroc. πείσκῳ

μδ.

ΑΡτι μοι παυσαμένῳ τῆς χαλεπῆς πάνυ καὶ ταχείας νόσου, τῇ τ̃ παύλα ἐΦορῶντι προνοίᾳ, γράμματα εἰς χεῖρας ἦλθεν ὑμέτερα, καθ' ἣν ἡμέραν πρῶτον ἐλουσάμην. δείλης ἤδη ταῦτα ἀναγνὰς, ὡς ἂν εἴποις ῥᾳδίως ὅπως ἐρρωννύμην, C αἰσθανόμενος τ σῆς ἀκεραΦνῆς καὶ καθαρᾶς εὐνοίας. ἧς εἴθε γενοίμην ἄξιος, ὡς ἂν μὴ καταισχύναιμι τὴν σὴν Φιλίαν. Τὰς μὲν ὖν ὑμετέρας ἐπιςολὰς εὐθὺς ἀνέγνων, καίπερ σ σΦόδρα τ̃τ' ποιεῖν δυναμένου. τὰς δὲ τ̃ Ἀντωνίου πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, εἰς τὴν ὑςεραίαν ἐταμιευσάμην. Ἐκεῖθεν ἑβδόμῃ σοι ταῦτα ἔγραΦον ἡμέρᾳ, καλὰ λόγον μοι τ ῥώσεως προχωρούσης διὰ τὴν τ Θεοῦ προμήθειαν. σώζοιό μοι, ποθεινότατε καὶ Φιλικώτατε ἀδελ- D Φὲ [ὑπὸ τ τὰ πάντα ἐΦορῶντι Θεῷ· ἴδοιμί σε ἐμὸν ἀγαθὸν· καὶ ἰδίᾳ χειρὶ· νὴ τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν ἐμήν· νὴ τὸν πάντα ἐΦορῶντα Θεὸν· ὡς Φρονῶ, γέγραΦα. ἀγαθώτατε πότε σε ἴδω, καὶ περιλάβωμαι; νῦν γὰρ σ καὶ τ̃νομα, καθάπερ οἱ δυσέρωτες, Φιλῶ.] *hæc adduntur in Baroc. Mſſ.*

Hh h Ζήνωνι."

A

Baroc. Λεχιτρῷ

Ζήνωνι."

ZENONI.

με.

XLV.

Baroc. σωΦρο-σύνης

Πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα σοι μαρτυρεῖ, καὶ τὸ ἰατρικῆς τέχνης εἰς τὰ πρῶτα ἀνήκειν, καὶ ἤθους, καὶ ἐπιεικείας, καὶ βίου" σωφροσύνης συμφώνως πρὸς τὴν τέχνην ἔχειν. νῦν δὲ προσῆλθε τὸ κεφάλαιον τὸ μαρτυρίας· τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων B πόλιν ἁπὰν ἐπιστρέφεις εἰς σεαυτὸν τοσοῦτον αὐλῇ κέντρον, ὥσπερ μέλιτα, καταλέλοιπας. εἰκότως· καλῶς γὰρ εἰρῆσθαι καὶ Ὁμήρῳ δοκεῖ,

